This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

N
BSii stack
310d

Digitized by Google

Digitized by Google

N. ii. 310.d stack

scarce

Digitized by Google

ON OILS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

N
RBSII stack
310 d

Digitized by Google

Digitized by Google

N. ii. 310d stack

Digitized by Google

ON OLIS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. TERENTI

COMOEDIAE

EDIDIT ET APPARATU CRITICO
INSTRUXIT

FRANCISCUS UMPFENBACH

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXX

Digitized by Google

JUL 1946

Digitized by Google

PRAEFATIO

Emendandas potius quam emendatas emittenti mihi P. Terenti comoedias exponendum est de critici laboris subsidiis, quae in hac editione primum congesta procedunt. Et *codicum* quidem postquam C. A. BOETTIGER (in nouae editionis specimine Lips. p. 1795 p. XVI) post alios duas familias esse pronuntiauit, quarum alterius Bembinum, alterius ‚Cantabrigiensem, quem Academicum uocat Bentleius', ἀρχηγὸν esse indicauit praepropere, propius ad ueritatem accessit FR. RITSCHL, qui in indice scholarum Vratislauiensium hibernarum a. 1838 duo esse genera Terentianorum librorum statuit, antiquius alterum, alterum ex recensione Calliopii ductum: illius esse Bembinum, cui satis confidentur Victorianum, dubitanter Decurtatum iungit, iuniores reliquos quotquot hodie extant. Nunc uero Victoriano et Decurtato recuperatis, Calliopii subscriptionem et ipsis testantibus, Ritschelii distinctionem ita restringendam esse apparuit, ut omnes praeter unum Bembinum codices ex illius grammatici prorsus ignoti recensione manasse dicendi sint: reficta autem est Calliopii recensio in Victoriano et Decurtato, quibus praeter partes nonnullas Ambrosiani, fragmentum Vindobonense, fragmenta Coloniensia a GUIL. SCHMITZIO in Fleckeiseni Annalibus a. 1868 p. 652 sqq. excerpta Laurentianus XXXVIII 27 (saec. XII^{mi}) addendus est, addendi erunt sine dubio haud pauci in bibliothecis latentes, ex commento Aelii Donati tam constanter, ut recensionibus Bembini et integrae Calliopianae

Digitized by Google

tertiae familiae instar addere possimus correctam ex Donato. *Donati* autem *commenti*, quod ut non familiam ducat in instrumento critico facit iniuria temporum, qua omnium generum uitia contraxit, triplex est auctoritas: nam uel diserte uarias lectiones affert uel poëtae uerba interpretamentis praefixa habet uel denique exempli causa laudat. Tertio denique loco *Terentianorum uersuum apud ueteres scriptores commemoratio* in poëtae manu uel stabilienda uel reuocanda ualet.

Codices

GABRIEL FAERNUS, qui primus editionem a ueterrimorum qui in Italia sunt librorum auctoritate pendentem parauit, felici fortuna praeter Bembinum iamdudum nobilium grammaticorum praeconio celebratum insignes duarum, quas supra significauimus, familiarum testes nactus est: sed ut consuetudo temporum erat, neque in singulis locis uarias uniuscuiusque lectiones exscripsit neque quo necessitudinis uinculo inter se coniuncti essent quaesiuit, sed ut sano iudicio Bembino primas detulit, ita ex reliquorum h. e. praeter iuniorum plebeculam ex Basilicani, Vaticani, Victoriani, Decurtati copiis satis parce delibauit quae ad emendationem facere ei uidebantur. Et cum ipse praematura morte a labore non plane perfecto auocatus librorum suorum, quorum quantum pretium esset nemo grauius praedicauit quam summus ille Terenti sospitator, inter medendum idem uulnera infligens, RICHARDUS BENTLEIUS, notitiam accuratiorem non dederit: magna gratia habenda est FR. RITSCHELIO, cum in ea quam supra indicaui commentatione non tantum testis oculatus de eis Faërni libris, quos inspexerat, retulit, sed etiam initio Adelphon uaria eorum lectione coniuncta cum excerptis ex Halensi, Ambrosiano, Vindobonensi instructo luculenter, qua ratione eae copiae inter se cohaereant, ante oculos posuit.

Horum ego librorum per opportunitatem itineris per Italiam facti Bembinum Basilicanum Vaticanum Ambrosianum nec non Victorianum et Decurtatum feliciter indagatos hunc

Digitized by Google

in Vaticana, illum in Laurentiana bibliotheca ipse contuli. In excutiendis fragmentis Vindobonensibus beneuole operam mihi praestitit L. VIELHABER. Praeterea Parisini, antiquissimi et integerrimi recensionis Calliopianae testis, ope iusta supellex critica uel ideo carere non poterat, quod in eo seruata est metrorum distinctio: quem cum ipsi mihi tractare non liceret, AUGUSTUS FRITSCH amicus candidissimus in meum usum contulit. Denique librorum integram et refictam recensionem Calliopianam promiscue sequentium atque interpolationibus sensim irrepentibus et mutationibus pro arbitrio factis degenerantium — qualis est praeter multos Bentleianos Halensis typis expressus Halae a. 1801 edente P. J. Brunsio — exemplum admisi Riccardianum partim a me partim mea gratia a G. STUDEMUNDO, O. BENNDORFIO, M. ZUCKERO, R. SCHOELLIO collatum.

Ad has copias cum codicis Dunelmensis nunc in Anglia latentis testimonium, quod raro in Lengii editione Cantabrigiensi a. 1701 et nomine non indicato a Bentleio adhibitum est, plenum accesserit, non est dubitandum quin recensionis Calliopii genuina et primaria forma restitui possit. Donati uero recensionis — si quidem ipsius recensio fuit — uix quidem spes est fore ut unquam uera et perfecta species emergat ex interpolato truncato deprauato commento, quo nos uti cogimur, uel ex codicibus Terentianis ad id commentum correctis: sed propius tamen ad eam speciem accedere licebit, si de omnium quotquot in bibliothecis extant huius familiae codicum uariis lectionibus constabit. Rogatos igitur uelim quibus haec studia cordi sunt, ut data occasione Laurentianum XXXVIII 27 excutiant atque Lindenbrogii Veterem Codicem et Bentleii Regium chartaceum ex tenebris quibus nunc obruti sunt in lucem uitae reducant.

Indicandis meis libris in uaria lectione hae siglae inseruiunt

Digitized by Google

A est BEMBINUS
B BASILICANUS
C VATICANUS
D VICTORIANUS
E RICCARDIANUS
F AMBROSIANUS
G DECURTATUS
P PARISINUS
V FRAGMENTUM VINDOBONENSE.

De quibus iam singillatim disserendum est.

A A nobilissimus et antiquissimus codex saeculo XV^mo uergente a Bernardo Bembo acquisitus nunc inter Vaticanos n. 3226: a quo totam hanc editionem ita pendere sciendum est, ut, ubi dissensus non est indicatus in uaria lectione, accuratissime eum repraesentatum esse spondeam. Bis enim eum cum editione Bentleiana a Reizio Lips. a. 1791 repetita contuli singulosque locos, ubi excerpta mea cum priorum testimoniis non conspirarent, denuo inspexi. Praeterea et egregia illa comitate, qua permulti gauisi sunt, GUILELMUS STUDEMUND exemplar suum Bentleianum a Vollbehrio Kil. 1846 repetitum, in quod diuersitatem lectionis Bembini exscripsit quodque ab ipso rogatus R. KEKULÉ iterum cum codice contulit, usui meo concessit, et insigni liberalitate HERMANNUS SAUPPE uarias lectiones in suum usum ab ADOLFO MICHAELIS ad Fleckeiseni exemplar (Lips. 1857) enotatas ultro mihi permisit.

Integer codex olim ex quatuordecim quinionibus erat compositus, quorum nunc duo priores cum tertii duobus integris foliis et superiore tertio desunt: itemque ultimi quinionis non nisi sex folia integra triumque margines interiores supersunt. Alterum autem quinionem a se adhibitum esse PETRUS BEMBUS testatur in libello ad Herculem Strotium de Vergilii Culice et Terentii Fabulis (ed. Venetae a. MDXXX quat. d. f. 6^b uel in Opusculis ed. Lugdun. a. 1532 p. 60), ubi rogantem inducit Pomponium Laetum „ex

Digitized by Google

Andria si quid habes, affer. habere te autem aeque multa puto", ita uero respondentem Hermolaum Barbarum „Habeo; & afferam: ſed non multa. nam ex illo libro (*Bembino*) maxima eius fabulae pars deſideratur fugientibus uetuſtate litteris, ut cognoſci nequeant. ſed percepta mihi tamen ſunt, atque agnita, quod meminerim, haec perpauca:

Dauae perii. DA. Quin tu hoc audi. PAM. Interii. DA. Quid timeas ſcio.

CAR. Mea quidem hercle certe in dubio uitaſt. DA. Et quid tu ſcio.

PAM. Nuptiae mihi. DA. Et ſi, ſcio. PAM. Hodie. DA. Obtundis. tametſi, intelligo.

Tum haec;

Ego iſtuc moueo aut curo? num tu tuum malum aequo animo feras?"

Et hic quidem uersus (V 4, 18) hodie superest in primo folio lacero h. e. quinionis tertii tertio: sed MONEO scriptum est, ut hic quoque, ut persaepe, siue typothetae siue Bembi culpa parum accurate de lectione codicis relatum esse appareat. Tres autem priores, qui sunt II 2, 9. 10. 11. computatione simplicissima efficitur in primo folio uerso alterius quinionis scriptos fuisse. Sed etiam primum quinionem Bembi oculis subiectum fuisse caue praepropere colligas ex eo quod quat. c. f. 8 (= p. 47 sq.) de periochis monet „Nam quae leguntur argumenta fabularum in Terentianis libris; ea Terentiana non ſunt.

Sororem falſo creditam meretriculae
Genere Andriae Glicerium uitiat Pamphilus.

itemq;

Sororem falſo dictitatam Thaidis
Id ipſum ignorans miles abduxit Thraſo.

et reliqua, quae habentur fabularum reliquarum argumenta, ea dico Terentii non esse . . . Sunt illa quidem .C. Sulpitii Apollinaris . . . Nam in eo uetuſto libro, quem dixi, is eſt

Digitized by Google

argumentorum titulus C. SULPITII APOLLINARIS PERIOCHA, unus idemque omnium." Nam de inscriptione tantum omnibus pariter uindicanda agens ex memoria initia argumentorum duarum priorum fabularum attulisse putandus est. Quaecunque autem ab initio codicis seruata erant illo tempore, tam male habita erant, ut ANGELUS POLITIANUS, qui a. 1493 Venetiis diuersitatem lectionis codicis a Petro Bembo, Bernardi filio, sibi commodati in exemplar editionis a. 1475 in forma maxima (quod nunc Florentiae in bibliotheca Magliabecchiana extat) transcripsit, officium suum in eis subsistere uoluerit, quae hodie in codice seruata sunt.

Tertius quinio cum, ut ex litteris initialibus in interiore margine reliquis apparet, inceperit a IV 4, 48 (787), secundum autem, si e uicenis quinis versibus, qui singulas paginas implent, quindecim scaenarum indices (uel, si II 3 et II 6 eis carebant, quatuordecim uel tredecim) triginta (uel duodetriginta uel uíginti sex) occupasse atque longiores uersus membranae angustia iubente tres uel quatuor dissectos fuisse consideraueris, secundum igitur efficiatur fere a II 1, 12 (312) incepisse: iam in primo quinione — si quidem is quinio reuera fuit, non quaternio — plus spatii fuisse apparet, quam in quod initium fabulae includeretur. Nam cum in quinque reliquis fabulis didascaliae cum periochis singulas, prologi binas minimum paginas occupent, initium autem Andriae, si sex scaenarum inscriptiones duodecim (siue demta tertiae primi actus inscriptione decem) uersus postulantes addideris, ducentos nonaginta sex (uel quatuor) uersus, quorum uel duo dissecti fuerint, complectens sex folia exegerit: ab initio codicis librario concessa erant duo folia et tertium rectum.

Praecedunt hodie tertii quinionis reliquias sex membranae, quatuor recentiores, duae antiquiores, in quibus haec scripta sunt:

p. 1. Il presente codice risarcito e legato da me Gio .... oli nell' anno 1697 regnando n. Sig^{re} Innocentio XII

Digitized by Google

p. 3. Vat. 3226

p. 4. Terentio di lettere maiuscole, con scholij in lettera Longobarda, fu del Bembo, in pergamena in 4°
Ful. Vrs.

Tum

Furto sublatus Menſe Octobr. A. CIↃ IↃ CCXCIX
sed multa a me diligentia perquisitus beneficio
egregii uiri Dominici Salae Bibliothecae restitutus
idibus Dec. eiusdem anni
Cai. Marini a Bibl. Vat.[1])

p. 9. CONTINET LIBER ISTE
CART. CXIII.

Tum

comedie omnes eunuchus: heautō tumerumenos:
phormio: hēchyra & adelphis pene tota: demptē
& || ſunt duē cart. finaleſ. & Deest item
& prior andria. Videlꝫ ƀuiꝫ libelli
& EST MEI BERNARDI BEMBI
QUI POST EIUS OBITŪ MANEAT
IN SUOS
E
ANTIQUISS. ANTIQUITATIS RELIQUIAE[2])

Infra

Notum facio p̄nti die libere deliberatum mihi fuiſſe
hunc librum 1457. die. 15 Marcii cuiuſ rei
ſit lauſ omnipotenti deo
Laus &

---

[1]) Narrauit mihi V. R. Sanmarzano, bibliothecae praefectus humanissimus, a militibus Neapolitanis (qui pridie Kal. Octobr. illius anni Romam occuparunt) codicem in aream Vaticanarum aedium deiectum esse. Cf. Courier Memoires I p. 36 „Des soldats, qui sont entrés dans la bibliothèque du Vatican, ont détruit, entre autres raretés, le fameux Térence du Bembo, manuscrit des plus estimés, pour avoir quelques dorures dont il était orné."

[2]) Haec ‚comedie — RELIQUIAE' Bembi manu scripta sunt.

Digitized by Google

p. 11. O FOELIX NIMIUM PRIOR AETAS[1])

Tum

EGO ANGELUS POLITIANUS HOMO UETUSTATIS MINIME INCURIOSUS NULLUM AEQUE ME UIDISSE AD HANC DIEM CODICEM ANTIQUUM FATEOR

Infra

Ber
Codex mihi Carior Auro
Bem

In ultimis singulorum quinionum foliis numeri III—XIII in angulis imarum paginarum a m. pr. perscripti extant: singulorum foliorum marginibus superioribus numeros addidit manus admodum recens IV—CXVI (nam primum integrum quinionis tertii recte quartum esse uoluit). In calce codicis f. CXVI^{b} haec leguntur

Mei porceli Laurentj ātiqtatiſ pignuſ
aegregium

Excidit in medio codice unum folium, quinionis noni septimum (f. LXXVII), quod olim Hecyrae prologum priorem et alterum usque ad u. 29 continebat, et priorem quidem, quamquam spatium quinquaginta uersibus sufficiebat, uix integriorem quam reliqui codices eum praebent: nam in nullo prologo librarius spatio sibi concesso plene usus est.

Scriptus est autem codex in membranis litteris quadratis singulis uocibus non distinctis ita ut praeter primas quasque quatuor uel quinque paginas, quae didascaliam periocham prologum initium fabulae continent, et praeter extremam in qua quaeque fabula finitur paginam, singulae uersus uicenos quinos habeant, nisi insolens uersus extensio dissectionem flagitabat: id quod in Andriae reliquiis semel, in Eunucho quinquies, in Heauton timorumeno decies, in Phormione

[1]) Haec Boëthiana et ipsa a B. Bembo scripta sunt.

Digitized by Google

sedecies, in Hecyra sedecies, in Adelphis undecies, si recte computauimus, factum est. Bis scripti sunt Andr. V 4, 17 et Hec. III 2, 24: omissi (praeter Ad. III 5, 54, quem et ipse exulare iussi) septemdecim: Eun. I 2, 108. III, 3, 22. IV 4, 32^{b}. Heaut. prol. 48. 49. I, 1, 63. 122. II 1, 12. IV 8, 17. Pho. I 3, 20. II 1, 10. 11. 12. IV 3, 30. Hec. II 1, 30. V 2, 25. Ad. I 1, 9.

Litterarum formae quales fere sint non plane quidem, sed satis perspicitur ex imitationibus, quas C. Cocquelines in praefatione editionis suae (Romae 1757) p. IV et Siluester in Palaeogr. II 97 repraesentant. Proxime accedunt, quamquam magnitudine cedentes, ad ductus Vergilianarum schedarum Vaticanarum, quas Ribbeckius Prolegg. Vergil. tab. III imitandas curauit, et communi peritorum iudicio saeculi quarti uel quinti esse putantur. Rara sunt compendia, atque, ubi a Q. pro QUE (etiam in formis quales sunt NEQ.O sim.) saepissime adhibito recesseris, uix ultra lineolam pro M finali positam (ut CLANCULŪ) et colligationem N et T (ut FERUNT), perraro et illas admissas, procedunt. Magna intercedit similitudo inter I et E nec non F et L et T, ut multis locis utram litteram exarauerit librarius discerni nequeat.

Scaenarum initia indicantur binis uersibus superscriptis, quorum priore nominibus personarum graecis litteris rubris — et primis quidem et extremis ordinis alphabetici — exaratae notae, quibus per scaenam utitur librarius, praemittuntur, altero item rubro colore picto earum characteres indicantur: nisi quod ter (Hec. V. 2. Ad. II 1. III 3) *κωφοῖς προσώποις* nota non est addita. Ordo autem personarum in his indicibus fere semper idem est, quo in dialogo sese excipiunt: ut, ubi ab ea consuetudine deflexum est, vix sine causa factum id esse putandum sit. Et commoditati quidem consuluit cum eiusdem characteris personas coniunxit librarius Eun. V 8. Heaut. IV 4. Pho. IV 5. V 8. [V 9.]. Ad. III 4: tum quas priores in scaena commemoratas deprehendit (non

Digitized by Google

loquentes), priores in indice posuit Heaut. II 3. IV 7: porro non sine auctoritate librorum Eun. V 8 Thraso Gnathoni, Pho. V 9 Chremes Phormioni praemittitur: denique Eun. III 2. IV 3. Pho. II 3 (ubi quidem Demiphonis aduocatorum per hanc scaenam non loquentium nomina illi adhaerent) Ad. V 2, quamquam iam testes codices non habemus, facile fieri potest ut alia fuerit olim aliorum iudicio personarum distributio. In eis autem locis qui restant, Heaut. V 5. Pho. II 1. Ad. [II 3]. II 4 non possumus non librarii indiligentiam agnoscere. Nos in distinctione et inscriptione scaenarum optimi codicis memoriam secuti sumus: neque nos paenitet Antiphilae honestae uirginis honori non eo consulere uoluisse quod Heaut. II 4 mulieris, non meretricis charactere insignitam eam induxerimus: nescimus enim an non illi characteres ad ornatum scaenicum spectauerint.

Correctorum manus, si pauca additamenta praetermittimus scholiastarum[1]) duae uersatae sunt in codice. Et *antiqua* quidem bis in Andriae reliquiis, saepe in Eunucho, raro in Heautont., numquam in tribus ultimis fabulis (nam Pho. II 1, 23. Ad. III 2, 50. IV 5, 64 iam uideo de primae manus correctione non fuisse dubitandum) ita, ut vel apertos uel qui ipsi uiderentur lapsus calami tolleret uel lectiones recensionis Calliopianae substitueret, raro suo Marte aliquid auderet (Eun. II 2, 37. II 3, 15. 44. III 1, 60. III 5, 13. IV 2, 12. IV 3, 9. 21. IV 7, 34. 41. V 1, 15. V 2, 7. 69. Heaut. III 3, 22). Ubi inter lineas correctum est, nonnumquam utrum a prima an ab antiqua factum sit discerni non potuit. Sed ubi in exitu uersuum uocabula addidit a pr. m. omissa,

[1]) Scholia codicis Bembini publici iuris feci in Herme uol. II p. 337—402: pauca addidit, de multis rectius retulit Guil. Studemund in Fleckeiseni Annal. philolog. vol. XCVII. XCVIII. (1868) p. 546—571: cui doleo satis magnum numerum errorum typothetae corrigendum relictum fuisse; sed mihi plagulae corrigendae — et difficiles erant correctu — non sunt transmissae.

Digitized by Google

facile apparet ductus esse eius qui non solitus fuerit maiusculis scribere: atque atramentum idem mihi uisum est quo in summa margine fol. XXII[a] repetitur Eun. IV 7, 1 minusculis exaratus a manu saeculi X[mi] uel XI[mi]: qua in re nisi falsus sum, consequitur illo tempore nostrum codicem non subductum oculis hominum in umbra delituisse, sed simul cum alio exemplari Terentiano lectum esse ab homine docto.

Valde autem inuerecunditer et prorsus impudenter in uenerabili codice, referto illo quidem etiam post correctoris antiqui curas innumeris mendis, grassata est saeculo decimo quinto non prius *correctoris recentis* manus, quae non solum lineolis angulatis diffluente atramento interiectis distinctionem aliquam inducebat, sed etiam ipsas litteras transformauit uel inductis maiusculas suas inelegantes primam manum infeliciter imitantes superposuit atque adeo non detrectauit totos uersus uel partes uersuum radendo plane tollere mutationes suas substitutura.[1]) Substituit autem sua ex codice, qui ad familiam Victoriani et Decurtati pertinebat, sed aliquam partem ad integram recensionem Calliopianam correctus erat: quod cum facile ex uaria lectione subiecta intellegi possit, uisum est haec exempla perspicua congerere[2]) Eun. II 2, 8. II 3, 72 (cum E solo) II 3, 81. III 1, 45. 55. V 2, 55. V 8, 26. 30 (cum E solo). Heaut. II 3, 78. 129. III 1, 5. 54. 64. 75. III 3, 1. Pho. I 3, 12. I 4, 11. II 2, 12. 15. III 2, 9. IV 3, 63. 70 (cum E solo). V 9, 25. 42. Hec. I 2, 102. III 1, 1. III 5, 45. IV 1, 8. IV 2, 8. IV 4, 3. Ad. I 1, 46. 52. I 2, 28. (II 4, 4). 17. (IV 4, 23). (IV 7, 26). 28. V 3, 68. V 4, 23. V 5, 2.[3]) Ex in-

---

[1]) Atramentum correctoris recentis idem mihi uisum est quo in margine f. XCIV[a] post indicem Hec. V 3 scriptum est „Ego frat' Venoni[illegible]us"

[2]) Locos, quos uel a manifestis librarii erroribus liberauit uel ad consentientem recensionis Calliopianae memoriam mutauit corr. rec., enumerare noluimus.

[3]) Paucis locis lectiones Donati, quae in D G non erant receptae,

Digitized by Google

tegra recensione Calliopiana (contra D G uel alterutrum) correctum est his locis: Andr. V 4, 47. Eun. III 3, 13. V 8, 15. 32. Heaut. II 3, 64. 92. III 1, 29. III 2, 16. Pho. II, 1, 54. (II 3, 22). III 1, 15. III 3, 7. IV 3, 63. Hec. II 2, 18. Ad. II 3, 9. (III 4, 19). V 3, 68. V 7, 8. Nostrorum denique codicum nullius auctoritate accedente mutationes inuectae sunt Andr. V 3, 26. V 4, 25. Eun. II 2, 55. II 3, 29. III 2, 31. III 5, 10. 22. IV 3, 6. 21. IV 6, 29. V 8, 13. 32. 49. Heaut. I 1, 20. 63. 93. I 2, 12. 33. (37). II 1, 13. II 3, 14. 91. 112. 127. III 1, 6. 19. 94. III 2, 35. 40. 47. 48. III 3, 9. 34. IV 1, 7. 13. IV 3, 18. IV 5, 15. (29?). V 2, 48. V 5, 6. Pho. prol. 12. I 2, 25. 28. I 4, 11. 35. II 1, 56. 65. 76. II 2, 18. II 3, 48. III 1, 12. III 2, 22. 41. III 3, 28. IV 3, 6. 56. IV 5, 1. 12. V 2, 3. (V 3, 25. V 4, 2). V 5, 6. V 6, 9. 17. 38. V 8, 16. V 9, 22. Hec. (I 1, 7). II 1, 25. III 1, 17. 33. III 5, 12. 23. 28. 44. 55. IV 1, 45. Ad. II 1, 31. II 2, 27. III 3, 11. 70. III 4, 6. 18. IV 7, 5. V 3, 67. (68). V 7, 15. Undecumque haec hausit corr. rec. (bis facit cum Eugraphio, Pho. II 1, 56. Ad. III 4, 18), ter tantum solus uera restituit (Eun. III 5, 10. Heaut. IV 1, 13. Hec. III 5, 28), raro uiam emendationis iniit (Heaut. I 2, 37. Pho. III 3, 28. Hec. III 1, 33) uel haud improbabilia intulit (Heaut. I 1, 93. I 2, 33. V 2, 48. Pho. II 1, 76. III 2, 22. IV 3, 6. V 6, 9).

Nos, quamuis exiguum harum emendationum, si dis placet, pretium esse appareat, omnes tamen exscripsimus et minusculis litteris excudendas curauimus.[1]) Bis membranae parte

---

uel eius interpretationes intulit: Eun. II 3, 11. (72). III 5, 53. Hec. IV 1, 32. (IV 4, 43?).

[1]) In Hec. et Ad. nonnumquam correctorem ipsum tentaminum suorum paenituit ita ut iterum ea sustulerit. Quas retractationes cum in uaria lectione praetermiserimus, hic tamen, ne quid desideretur, componere eas uisum est. Itaque correctum erat Hec. IV 3, 3 IDEMKOCSI hoc FECERIS 4 FUAT (ac *an* ie?) f 8 ACTURUS 12 NESCIO // IV 4, 3 MATER QUAE 11. Γ. *notam add. ante* MUTATIO 21 FILIUMETTIBIILLAM ///// 27 PATER 34 SESE es Ad. V 2, 11 UILLIS V 3, 11 ADEOEST /// 17 NAM non

uacua relicta usus est corr. rec., in qua disticha nonnulla perscriberet solitis maiusculis nulla distinctione uerborum adhibita. F. XCVI[a] post exitum Hecyrae haec sunt:

Quis deus hoc medium flammabit crinib. aurum —
aurum significat uilius esse rosa [1])

F. XCVII[a] (quod quidem duodecim priores uersus prologi Ad. continet) haec leguntur:

Fabula constituit toto notissima mondo
gorgoneos uultus saxificumque nefas
hoc monstrum natura potens nouitate ueneni
ex oculis nostris iusserat esse malum
hanc auro genitus iouis ales pre sole diua
mactans erato conspicit ingenio
diriguit mirata necem fatumq. ueneni
uertit et in morem decidit ipsa lapis
sic presens abssensque simul cecumq. uidendo
ludit et ignarosapetor ab oste redit

Tantum de correctoribus. Primae autem manus lectiones ut omnino pro huius editionis fundamento habuimus, ita etiam in *orthographia* eam ducem secuti sumus, quantum id fieri potuit. Itaque, ut plenum cornu promiscue effundamus, constanter dedimus *nihil, uehemens, cuius, cui* (item composita, nisi quod *quoiquam* Pho. V 7, 4), *cur, suspicio, conuicium, accerso* uel *adcerso,* fere constanter *mihi* (*mi* Heaut. IV 1, 3), *cum* (*quom* Pho. V 6, 8. Ad. II 3, 1. III 1, 9. *aecum* seruare poteramus Andr. V 3, 30. Eun. II 3, 95), *prehendo* (*prendo* Pho. IV 3, 15. *conprendi* Eun. V 1, 20): mancipauimus nos auctoritati codicis in uocali secundae et tertiae personae

---

se s ips face s
18 INTEROMNIA 23 DUO 34 AMBORUM 38 IMPUNERE 42 SCIREET
i c tuc
43 TUDE 54 EGO 58 ILLI 59 ISCIDERO

[1]) Carmen est in Anthologia Meyeri n. 1141: discrepat noster in his: 2 in dumis sentib. 3 amantis 4 Martem 5 quit lasciuae 6 pongere corda potis 7 queras ignis 8 Set preueat 9 erba

Digitized by Google

uerbi auxiliaris post uocales et M tollenda uel seruanda (sed in eo non obtemperauimus, quod terminationis UM consonam finalem sustulit Eun. III 5, 64. V 4, 37. Hec. III 5, 7. Ad. II 2, 23), in medio sono U et I litterae exprimendo (non recepimus *uitiperandus* Pho. III 1, 1), in E vel O post U scribendis, in accusatiui terminatione IS uel ES eligenda (itaque Ad. V 4, 26 *posterioris* restitue: sed in nominatiuo IS spreuimus Eun. prol. 20. Pho. V 8, 83. V 9, 19. Ad. III 4, 57), in particula interrogatiua affixa ante uocales uel plene NE uel sine uocali adhibita (falso affixa nonnumquam erat expellenda ut Andr. V 6, 11. Eun. I 2, 82. (V 3, 10.) V 8, 23. Pho. V 9, 44. Ad. V 1, 8. Heaut. IV 7, 2.), in dentalis finalis gradu uel medio uel tenui ponendo (nisi quod non satis constantes fuimus in tertiae personae uerbi D admissa Eun. II 3, 51. Hec. I 2, 114, exclusa Eun. V 3, 10. Heaut. V 2, 14. Ad. I 2, 24.), in praepositionibus uerborum compositorum uel assimilatis uel non assimilatis (sed extra compositionem spreuimus *of factum* Heaut. V 2, 3, *op peccatum* V 2, 37, non ita *at te* Ad. II 1, 32), in *tanquam* uel *tamquam* (sed Pho. I 2, 15 *Tam quam* diuisimus cum Bentleio), *iandudum* uel *iamdudum* et similibus praeferendis, in liquida geminanda in *clientellam* Eun. V 8, 9, *tutella* Hec. prol. II 44, *ganneum* Ad. III 3, 5 (quamquam *ganeos* (sic) extat Heaut. V 4, 11: non recepimus *anhellantem* Hec. V 3, 25, neque ausi sumus simplicem admittere in *gero* Heaut. V 4, 10), in *cottidie* uel *cotidie, exspecto* uel *expecto* et similibus, *tantopere* uel *tanto opere* recipiendis (non admisimus *tantocius* Heaut. IV 8, 26), in praepositionibus *a ab abs aps* et *e ex* ponendis (*e me* restitue Heaut. III 1, 2. Pho. V 1, 38), in *hoc* pro *huc* seruando, in *haut* uel *haud* uel *hau* (quod quidem praeter Hec. IV 2, 15 non legitur) exhibendis, in Y graecorum uocabulorum seruando, in terminatione participiorum UNDUS uel ENDUS eligenda (nisi quod in quarta declinatione constanter IUNDUS dedimus): neque singulis exemplis extantes formas *coieci* Hec.

Digitized by Google

I 2, 57, *gongrum* Ad. III 3, 23, *posquam* Hec. I 2, 86, *prosus* Hec. IV 4, 51 (*prorsum* pro *prosum* erratum est Eun. II 2, 27), *isdem* nominatiuum singularis Heaut. V 1, 23 oblitterare uoluimus: fortasse Eun. prol. 10 *in Thensaro* seruandum erat ut in titulo fabulae Luscii. Contra aequabilitati nimium consuluimus pro *percunctatum* Pho. II 4, 22 scribentes, ut septies codex praebet, *percontatum:* tum non ferentes *ne* pro *ni* Eun. IV 4, 43. Pho. I 3, 18. III 3, 14 neque *ni* pro *ne* Pho. prol. 31. Ad. II 4, 18 positum: porro si Ad. I 1, 2 *ierant* et Hec. V 3, 15 *audierit* producta antepaenultima omnium librorum testimonio firmata esse reputaueris, ne Pho. IV 1, 7 quidem *audieras* (sic A cum DG) reiciendum fuisse apparet. Neque *qui* datiuus Pho. III 2, 29 (cf. Donat. in Andr. I 1, 140) et *iniecit* praesens Ad. IV 5, 76, *nollis*, *mallim* coniunctiui Eun. II 2, 41. Pho. IV 3, 53, *ostat* compositum Eun. III 2, 30, *cotio* contractum Pho. II 2, 32 (cf. *noisses* II 3, 35) alia de causa exulant, nisi quia sola sui generis exempla essent. Paenitet me quod prae *eis* datiuo et ablatiuo pronominis semper spreui *is* (Eun. I 2, 88. Heaut. I 1, 69. Pho. I 2, 28. Hec. V 1, 29: mutandum erat Eun. II 2, 19 Ad. IV 5, 37), non ita quod *iis* (Eun. V 5, 31. Heaut. III 1, 92. Pho. I 2, 76. V 2, 6. V 3, 6. Hec. V 2, 21. Ad. V 4, 16) et *ii* nominatiuum (Pho. I 1, 7. Ad. prol. 23) pro *ei*. Nam in I simplici et geminata peccare solet scriba in utramque partem: quippe qui et fere ubique genetiuos nominum secundae declinationis in IVS IUM excurrentium duplici I instruat et nonnumquam uerbi *eundi* imperatiuum *ii* et semel, non plus, ni fallor, *dii* (Andr. V 6, 9) praebeat, et una dempta non solum saepissime perfecta compositorum uerbi *eundi*, sed etiam in nominatiuo plurali exhibeat *cuppedenari cetari lani* (Eun. II 2, 25. 26, ubi cf. Eutyches), *fili* (Pho. V 3, 6), in ablatiuo *ingratis* (Eun. II 1, 14) et *gratis* (Ad. IV 7, 26). Dubitari poterat, an pro *nunc* posita *nun* (Eun. I 2, 80. Heaut. V 3, 7) et *num* (Eun. I 1, 1. Heaut. prol. 10. Hec.

Digitized by Google

II 1, 8. V 1, 37. Ad. III 1, 3) consilio scripta essent a librario: sed cum manifesto errore *nunc* pro *num* (Eun. II 2, 41. III 5, 1 *bis*. Pho. II 4, 8. III 2, 24. III 3, 30. V 6, 6. Ad. IV 5, 63) illatum sit, culpam potius scribae agnoscere uoluimus. In secunda persona perfecti cum et syncopatae et plenae formae utraeque vel recte uel falso adhibitae sint, uersu exigente et plenas syncopatis substituimus (Eun. II 3, 85. V 6, 16. Pho. II 1, 72. Ad. IV 3, 13) et syncopatarum pronuntiationem etiam scribendi ratione expressimus (Eun. II 2, 10. V 1, 16. Heaut. III 1, 20. 27. III 2, 16. IV 6, 12. V 1, 18. V 5, 15. Hec. II 2, 9. IV 1, 45): item Hec. II 1, 38 *adsimulauerit*, Ad. I 1, 30 *insuerit*, Hec. V 4, 5 *dixe* reposuimus, Heaut. V 2, 48 *iusse* ex deprauata scriptura elicuimus. Et cum *diuiti* non nisi in exitu uersus tribus syllabis efferre poëtae placuerit (Pho. II 1, 46), contra librarium *ditias ditiis ditioribus* scripsimus Heaut. I 2, 20. III 2, 16. Pho. I 1, 8. Ne in exitum quidem uersuum quadrisyllabum *periculum* eiusue casus admisit poëta: quod contra codicem trisyllabum oculis subiecimus Eun. III 2, 23. Heaut. I 2, 36. V 2, 27. Pho. I 2, 8. II 2, 12. 19. V 8, 40. Hec. III 1, 46. V 1, 41. Ad. II 2, 32. Neque reliquimus *habesne uidesne* formas, ubi metrum *haben uiden* flagitat (Eun. IV 4, 7. V 1, 20). Item in imperfecto quartae declinationis semel tantum concedente (Hec. I 2, 103. cf. Andr. I 1, 63), semel cogente metro (Pho. I 2, 33) uocalem copulatiuam E in IEBAM seruauimus: contractam formam, quam librarius Pho. IV 1, 16. IV 3, 37. Hec. prol. II 8 admisit, reuocauimus Eun. I 2, 33. 75. IV 4, 33. IV 5, 10. V 6, 3. Heaut. II 3, 68. Pho. III 2, 44: item *rediebat* Hec. I 2, 96 sustulimus et ubi *aiebam* duabus syllabis pronuntiandum erat (tres implet Andr. V 4, 27. Heaut. V 1, 51. V 2, 7), uocalem copulatiuam eiecimus (Pho. III 1, 16. IV 1, 6. Hec. II 1, 41. Ad. IV 2, 22. IV 6, 5).

Constanter autem recessimus a consuetudine codicis in eo quod — numquam non monito lectore, nisi in indicibus scae-

Digitized by Google

narum — non tulimus U geminatam. Praeterea nonnulla, quae ex mala consuetudine iuniorum irrepserant, erant eliminanda: sic, ut de E pro AE et AE pro E, de B pro U et U pro B positis, de nasali falso in nominatiuum et ablatiuum primae declinationis et in ablatiuum tertiae ascita, de accusatiuo secundae ablatiuo substituto atque de ablatiuo accusatiui uicario, de T tertiae personae sing. uerbi suppressa, de terminationibus tertiae personae sing. et plur. inter se confusis, de uitiis ex sibilantis pronuntiatione ortis, de *cum* pro *con* et *con* pro *cum* adhibitis taceam, haec remouenda erant: in compositis *di* pro *de* praefixum (Eun. II 3, 24. V 8, 37. Pho. V 6, 16): geminata consonanti scripta *repperio* (Heaut. II 3, 98. III 2, 22. IV 1, 46. Pho. I 4, 1. Hec. II 1, 3. IV 4, 40) et *opperio* (Pho. V 3, 33): simplici D scriptum *reduco* (Hec. III 3, 31. 43. III 5, 3. Ad. V 3, 44. falso reliqui Pho. I 2, 36): aspiratum *his* pro *is* (Andr. V 4, 32. Eun. I 2, 125. Pho. II 4, 21) et *habeo* pro *abeo* (Heaut. V 1, 55. Hec. IV 2, 10. Contra aspiranda erant *ora* Eun. II 3, 50, *orsum* Hec. III 4, 36, in media uoce omissa est H in *moeco* Eun. V 5, 22, addita in *Dorchio* Pho. I 2, 102: *pulcher* numquam non aspiratur): *reliquos* pro *relicuos* (Eun. II 2, 9. V 5, 26. Heaut. I 2, 19. Hec. III 5, 40. IV 2, 11. Ad. III 2, 48. Genuina est scriptura Pho. I 1, 3. Hec. IV 1, 55): *multis modis* pro *multimodis* (Heaut. II 3, 79. Pho. III 1, 1. Hec. II 3, 7. Seruatum est compositum Andr. V 4, 37): denique raro occurrentia *oportunus* (Eun. V 8, 47. Ad. III 2, 24), *obtabit* (Heaut. IV 5, 8), *atquin* (Pho. II 1, 33), *milies* (Eun. III 1, 32), *nata* (Hec. IV 1, 57). Neque participii praesentis terminationem sine N tulimus (*abies* Eun. V 1, 14. *indiliges* Ad. IV 5, 50: neque *trastulit* Hec. I 2, 94: contra secunda praesentis nasalem asciuit Eun. III 5, 11 *adspectans*) neque pro N finali positam M in *forsitam* Andr. V 5, 1. *ituram* Eun. III 2, 9. *audim* Hec. I 2, 3. *saluam* III 2, 18. *illam* Ad. III 4, 2: uel adeo in *columem* Pho. II 1, 57 et *limem* Hec. III 2, 18.

Digitized by Google

D Antiquitate et dignitate proxime ad Bembinum accedit codex VICTORIANUS Faërni h. e. Laurentianus XXXVIII 24 saeculi non, ut Bandinio uisum est, undecimi, sed decimi uel adeo noni, possessus olim a Petro Victorio, ut ipse narrat in Epistula ad Carolum Borromeum Cardinalem praemissa editioni Faërni: cui cum eum Romam misisset Victorius, sine dubio iactura quam codex Basilicanus quaternione sexto amisso fecerat, ex eo sanata est. Aliorum hominum nomina quae in membrana cum ligatura cohaerenti perscripta erant nunc erasa sunt: restant duae tantum possessorum notitiae

1, Questo libro è di gânozo d'ātonio dipucco

2, hic terētius eſt Laurentii petri coſmi de mediciſ qui inuen[illegible] reddat qa ūm fecit ᵐ proprius terētius.

In eadem membrana recenti recta ‚Terentii opus', uersa ‚Tenentius' *(sic)* scriptum est ab eadem manu, quae in primo folio antiquo satis modeste haec tradidit

Terentij opus ı pergameno uetuſtiſſimū:
qđ dicitur ab ipso Terētio ſcriptū.

Eademque in membrana recenti epigramma „Natus in excelsis" (845 in Meyeri Anthol.) addidit et repetiuit Argumentum Andriae in codice ipso obliteratum.

Constat codex ex XXII fasciculis, quorum tertius, quartus, ultimus terniones sunt, reliqui quorum quidem signaturas uidi quaterniones: de eis foliis, quae inter septimum et decimum quartum quaternionem intercedunt, propter ligaturam non potui iudicare, nisi quod ad locum perturbatum Phormionis (u. in I 4, 29) enotaui foliis 101—108 quaternionem effici. Duo folia, quartum et quintum (u. in Andr. I 1, 71) reliquis paululo recentiora sunt.

Fol. 1ª olim index fabularum, quem C. Sulpici periocha Andriae excipiebat, scriptus erat: nunc ille fere euanidus est, ut haec equidem legerim

Digitized by Google

P. TEREN . . . . . COMEDIAE
VI ANI . . . . . E EUNU
CHVS. PI|RMIO HE . . . ONTUMO
R. MENOS HEC||YR . . . . . TER
O?

B°

IENTUM AND

Ex duodecim autem trimetris Sulpicii uix quicquam legi poterat. V. 2. 3. 4 fabulas eodem ordine enumeratas fuisse apparet quo in codice se excipiunt: Andria Adelphoe Eunuchus Phormio Heauton timorumenos Hecyra: tum quid praeter ‚feliciter Calliopio' infuerit dolendum est quod nescimus. Exit Hecyra ‚sexta fabula' in Q. XX^{mi} f. tertio recto subscriptione addita CALLIOPIUS RECENSUI, a qua diuulsum est quod satis mire olim additum fuerit BONO SCOLASTICO, in eodem folio uerso praemissum indici

PRISCIANI . UD. GRAMMATICI
CAESARIENSIS . DE METRIS FABULAR̄
TERENTII. ET ALIO2 COMICO2

Sequitur is libellus Prisciani usque ad „restituere musicae locum" (p. 426, 12 K.), resecto exitu qui graeca exempla tenet. Excipit nescio quod edictum („Anonymi explicatio quarundam notarum antiquarum" ait Bandinius) inc.. „In multis illud oratoriū nom̄", desinens in longa subscriptione quam non exscripsisse me paenitet. Tum Senecae epistula CXX dimidia: „SENECA LUCILLO SUO SALUTEM. Epiſtola tua per plures quaestiunculas", des. „aduertitque in se omnium animos. FINIT EPISTOLA SENECAE." Denique epistula de rebus astrologicis „PETO SIRIS NEC HEPSO REGI SALUTEM. De his quę a me ad humanę uitę cautelā", des. „aduerſa omnia prouenient. EXPLICIT." In inferiore pagina inter rasuras haec sunt DIIS LUNAE CŪ NUMERIS SUIS.

Exaratus uidetur codex non una manu, sed duabus minimum, quae mutuas tradebant operas, ita ut et altera

Digitized by Google

alteram exciperet et ab altera scripta corrigeret et glossis instrueret[1]): sic, ut exemplo utar, Heaut. prol. 48 manus ab ea quae eo usque scripserat diuersa post *preciũ* excipit, eadem omissum a priore *possit* u. 47 ab initio uersus supplet, eadem scholia addit. Correcturis autem magis est refertus codex quam ullus alius Terentianus quem uiderim: in quibus cum eiusdem aetatis et inter se persimiles sint amborum scribarum ductus neque ex atramento semper, uter correxerit, cognosci possit, nolo spondere recte a me ubique *primae et secundae manus correcturas* discriminatas esse: quae nomina iam apparet aliter atque uulgo fieri solet adhibita esse. Atque cum iam externa signa non sufficiant ad manus librariorum discernendas, ne ex natura quidem emendationum certum criterium de earum auctoritate repeti potest. Nam cum exemplar, ex quo codex transcriptus est, recensionem integram Calliopianam exhiberet correctam ex Donato, potuit is, qui nostrum relegit, uel omissas prius Donati lectiones postea inserere uel reprobatis Donati lectionibus ad primam archetypi manum redire uel — id quod saepe factum uidetur — adhibito alio apographo recensionis Calliopianae non correcto a lectione prius praelata deflectere. Accedit alia difficultas quam cum fere omnibus reliquis Calliopianae recensionis libris participat noster, quod plerumque quidem emendandae litterae rasuris (quarum incredibilis est multitudo in nostro) deletae sunt, saepe tamen seruatis emendatio superscripta est: ut nonnumquam uerene ea sit emendatio an interpretatio discerni non potuerit.[2]) Praeterea hic illic manus saeculi XV^{mi} (*corr. rec.*) in codice uersata est.

---

[1]) Eodem minio, quo personarum notae pictae sunt, f. 66^{b} ad Eun. II 3. 74. 75 in margine scripta sunt haec „Omnia uin|cit amor Henricuſ|iuueniſ." F. 99^{a} pone Pho. I 3, 5. 6 est „baſieſ": quod quid sibi uelit non magis expedio quam quid illud „diaſter", de quo u. in Andr. I 2, 29.

[2]) Inter glossas scholia nonnulla *Donati* reperiri indicaui in Herme

Digitized by Google

Prologum in singulis fabulis antecedit argumentum, excipit didascalia: nisi quod Andriae nulla est didascalia, ante Eunuchi prologi u. 30., a quo eius initium fit, nihil restat nisi inscriptio ARGUMENTUM, id ipsum autem desideratur.

Versuum distinctio seruata est in prologis constanter, raro in comoediis: sed initiales magnae uersuum in archetypo descriptorum memoriam nonnumquam reuocant.

Personae aeque atque in Bembino litteris graecis rubris, quae in indicibus praemissae sunt nominibus, distingui solent. (Initiales, ut in reliquis libris Terentianis, adhibitae sunt Eun. I 1. II 3. III 1. 2. 3. (4.) 5. IV 1. (2.) 3. 4. 5. 6. 7. V 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Heaut. I 1. (IV 2). (V 5). (Ad. II 1. V 8).) Et satis quidem frequenter in notis D consensit cum A, praesertim si quam facile ϵ cum Θ uel Φ, *I* cum *Z*, *A* cum *Λ* confundi potuerit reputes (u. Andr. V 5. Eun. I 2. II 1. Heaut. I 2. II 1. 2. 3. III 1. 3. IV 1. 5. 6. Hec. III 1. Ad. I 1. 2. III 5. IV 2. V 1. 3. 4. cf. V 7), longe tamen frequentior est dissensus, ut non ausim pro certo affirmare grammatici alicuius positione notas illas inuectas esse.

II p. 338. Eis quae in annotatione critica exscripsi (Andr. [III 2, 27]. IV 3, 5. V 1, 6. 20. V 4, 38) haec addenda sunt: Andr. V 1, 20. *Scdm donatum ‚tum' in ūſu non ſcribit ſ' ſubaudit.* V 4, 9 lactas: t *iactas ſcdm donatum* (sed Donatus noster enarrat ‚lactas'). ib. 16 si crito est hic (sic cum EGV): *ſic .ſ. crito ē hic mitte ſcdm donatū. hic enim chremes traduc illum ab iracundia dicendo ſic eum ēe.* ib. 36. Sane: *aī ne ſcdm d.* V 5, 7 *In aliis libris daui persona hic infertur ſcdm. donatū.* Eun. I 2, 120 me finxisse: *dū feci quę dixi contra eū. aī dixisse ſcdm d.* II 1, 14 ingratus: *ī ingratis .i. non ultro ſcdm donatum.* ib. 16. nimis me indulgeo: *ſic ueteres qđ nos mihi ſcdm d.* Neque dubito quin qui dedita opera alias Donati reliquias in codice scrutetur non frustra laboraturus sit. — Etiam in scholiis triuialibus, quae saepe mirum in modum disiecta et a suo loco remota produnt, quantopere in archetypo Terenti uersus notis obnubilati fuerint, sunt malis mixta quaedam bona: grammatici laudantur Porphyrio, Seruius, Priscianus, Isidorus, auctores adhibentur praeter Horatium et Vergilium Liuius in prima decade ‚ab urbe condita', Cicero, uelut ‚in epiſtolif ad caſſium', Iuuenalis.

Digitized by Google

Ceterum D litteras notis inseruientes etiam ex medio alphabeto (uelut *M N O Π*) desumpsit.

Annotationis grammaticae nescio an uestigia relicta sint in paragraphi (*Γ*) et antigraphi (*Y*) signis saepe adhibitis. A capite primi uersus scaenae antigraphus posita est Andr. V 6. Ad. II 2. 3. 4. III 1. 4. IV 6. V 7. (in indice scaenae Eun. II 3), paragraphus Ad. V 9. Eun. IV 1. 2. Heaut. I 1: ab initio uersus in media scaena interlocutore mutato illa Ad. II 1, 13. 29. II 4, 14. III 1, 22. 37. III 4, 55. IV 1, 45. Eun. I 2, 19. 50. 82. 98. 99. 117. III 2, 13, haec Eun. II 3, 22. Pho. II 1, 9: non mutato illa Ad. III 1, 76. V 3, 7. V 7, 18. V 8, 13. Eun. prol. 14. I 2, 66. II 2, 13. 19. II 3, 17. III 3, 22. III 5, 44, haec Eun. V 2, 41. Pho. I 2, 82: in medio denique uersu haec extant Ad. I 2, 13 *Y denique*, 67 *Y etsi Aeschinus*, III 4, 21 *YB. hem*, V 8, 12 *YA quid*, Eun. V 4, 29 *Γ uirginem*.

Quae significatio sit accentuum super singulas uoces Hec. V 4, 21 additorum, fortasse musices historiae periti expedient.

G Codex DECURTATUS, quem in Vaticana bibliotheca esse refert Faërnus in Eun. IV 4, 53, etiamnunc in eadem asseruatur signatus n. 1640. Scriptus est saeculo XI^mo^ uel XII^mo^ in membranis, quarum hodie quinquaginta nouem supersunt, a manibus inter se diuersis, ita ut singulae paginae 27—32 uersus habeant sine distinctione metrica. Exciderunt duo folia post f. 35 (u. in Eun. V 2, 9) fere octo post f. 46 (u. in Pho. V 2, 14 et Heaut. II 3, 72), tria fere post f. 57 (u. in Heaut. V 5, 5 et Hec. 1 2, 119), denique extrema post Hec. III 1, 29.

F. 1^a^ initio Andriae hic index praemissus est

TERENTII. AFRI. COMMOEDIE. N. VI. ANDRIA. ADELPƀOE. EUNCHUS PƀORMIO. ЄAUTON TIMORUMENOS. ƀЄCYRA. FELICITER. CALLIOPIO. P. TERĒTII. AFRI ANDRIA. INCIP. LEGE FELICITER

Digitized by Google

Sequitur epigramma „Natus in excelsis" — „sic puto cautus erit": tum ARGUMĒTŪ ANDRIAE. „Sororem falso creditam" — „aliam carino coniugem." PROLOGUS. Finitum prologum personarum notis omissis excipit primi actus u. 1 „Vos istec." In quatuor fabulis, quae non sunt decurtatae a capite, Argumentum, Prologus, Didascalia eodem ordine se excipiunt quo in Victoriano, nisi quod aeque atque in illo Andriae didascalia nulla est: in Eunucho post u. 30 prologi Argumentum legitur: post Phormionis prologum tres uersus — tot didascalia implere solet — uacui relicti sunt.

Scaenarum initiis interlocutorum nomina maiusculis uel minusculis perscripta praemittuntur: eorumque initialibus per scaenam dialogus distinguitur. Additae autem sunt eae initiales in spatiis ab eo, qui uersus poëtae exarauerat, uacuis relictis: quae explendi officium ei, qui per alternas uices succedebat, mandatum fuit, idemque ea quae antecedens scriba absoluerat relegit et correxit, parem operam in eis, quae ipse conficiebat, a succedente expectans. Interpretamenta inter lineas et ad margines ascripta, magnam partem cum scholiis triuialibus recensionis Calliopianae consentientia, eodem tempore et ex eodem exemplari, ex quo comoediae ipsae, ab eisdem librariis transcripta esse putanda sunt.

Fragmentum VINDOBONENSE (Cod. Philol. 263 = V in Catalogo Endlicheri) sex membranarum est saeculo X^mo uel XI^mo scriptarum, in quibus exitus Andriae (V 4, 9—V 6, 17), tum, intercedente hac subscriptione V

P. TERENTI AFRI ANDRIA EX
PLICIT' Calliopus renſui INCI
PIT ADELPHE: ARGUMENTŪ I
N ADELPHOE

id ipsum argumentum atque, didascalia et prologo omissis, eius fabulae initium usque ad II 1, 4 *SAN. Ego iſtam in-*

Digitized by Google

uitis omnibus AES extant, metris non indicatis: interlocutores initialibus nominum significati sunt.

P PARISINUS [1]), codex Regius Lindenbrogi, Guyeti, Dacieriae, nunc in Bibliotheca Imperiali Parisiensi n. 7859 (antea 290. 5572), olim apud S. Dionysium, ut testatum est f. 41ª extr. „Iſte liber eſt de Sancto Dioniſio in Francia", membranaceus est saeculi decimi picturis ornatus, quantum ex delineatione ab amico facta colligo, longe elegantioribus quam Vaticanus et Ambrosianus, foliorum 176 antiquorum — praeterea et a capite et in exitu noua membrana agglutinata est: in illa est repetitum „Hic liber olim fuit S. Dionisii in Francia" —, quorum a septimo inde quaterna in fasciculos colligata sunt — in Q. IIII. duo folia recentiora iniecta sunt, 29. 30 signata, u. in Andr. IV 5, 8 —: in ternione autem a quo incipit codex, bibliopegi culpa ita turbatum est, ut post f. 3., quod argumentum et prologi Andriae u. 1—19 continet, positum sit quartum id quod I 1, 82—132, quintum id quod I 1, 32—81, sextum id quod prol. 20—I 1, 31 tenet.

F. 1ª perscriptus est breuis tractatus de substantiae definitione Aristotelia. F. 1ᵇ rubris maiusculis hic index

TERENTI AFRI
COMOEDIAE N VI
ANDRIA
EUNUCHUS
HEAUTON TIMORUMENOS
ADELI | E
HECYRA
PHORMIO
FELICITER CALLIOPIO

[1]) Videatur de hoc codice Silvester Palaeogr. II p. 154 sqq. Fr. Ritschl in Nouo Museo Rhenano uol. VIII p. 289. Equidem relata mihi ab Augusto Fritschio refero.

Digitized by Google

Sequitur minusculis scriptum notum epigramma, ita contractum

Natus in excelsis tectis Kartaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui
Descripsi mores hominum iuuenumque senumque
Que(?) quisquis tentat sic puta cautus erit.

F. 2^a poëtae imago pectore tenus in clipeo efficta, a duobus histrionibus sustentata, repraesentata est: superscriptum TERENTI.

F. 2^b armarium, in quo laruae tredecim actorum Andriae expositae sunt, pictum est.

F. 3^a post Argumentum, scriptum illud minusculis, non ut ante reliquas fabulas pictum rubro et atro colore alternante, prologi figura expressa est sine inscriptione.

F. 3^b prologi versus 19 priores scripti sunt, spatio sex uersuum inter u. 13 et 14 uacuo relicto.

Singulae paginae uicenis quinis lineis leuiter incisis distinctae sunt. Imagines singulis scaenis praefixae uersuum X—XIII spatium sibi uindicant, praetereaque, ubi finita scaena non satis supererat loci ad imagines recipiendas, extrema pagina uacua esse solet. Super et inter imagines binis uersibus maiusculis rubris nomina personarum cum characteribus picta sunt — archetypi memoria nonnumquam praue intellecta — itemque rubrae sunt initiales nominum, quibus per scaenas distinguitur dialogus. Versuum initia maiusculis ante lineas paulum excedentibus significantur. Nulla est uersuum discriptio Eun. II 2, 52—III 3, 9 neque in foliis recentioribus 29. 30.

Eodem ordine, quo in Andria, prologum praecedunt in reliquis comoediis praeter Eunuchum (cuius prologus diuulsus est (u. in Andr. IV 5, 8), aedicula et argumentum desunt) didascalia, personae in aedicula expositae, argumentum.

Correctorem ita a prima manu distinguit Fritschius ut modo „manui secundae" modo „iuniori" correcturas assignet,

Digitized by Google

praeterea etiam de „scholiastae" opera testetur. Scholia refert in f. duodecim prioribus permulta esse, deinde rarescere, nonnullis locis plane deesse: scaenarum argumenta in margine enarrari.

In calce codicis f. 176^{b} librarius confessionem peccatorum atque ex ‚problemate arithmetico', de quo post Th. Mommsenum (in Nouo Mus. Rhen. IX p. 298) nuper egit L. Mueller in Fleckeiseni Annalibus a. 1865 p. 217, uersus 15—22[1]) adiunxit.

C Ex eodem quidem exemplari atque Parisinus, sed ab homine Germano, ut uidetur, multo minus latine docto et metrorum imperito descriptus est saeculo decimo VATICANUS n. 3868, picturis et ipse ornatus, in membranis formae maximae XCII, quarum LXXXVIII priores (de f. 16 u. in Andr. IV 5, 8) in quaterniones undecim colligatae sunt. Parisios eum a. MDCCXCVII asportatum, Romam reportatum esse a. MDCCCXV in fronte indicatum est.

F. 1^{b} index praemittitur

P. TERENTI. AFRI
COMOEDIAE .N. VI.
ANDRIA
EUNUCHUS
HEAUTON TIMORUMENOS
ADELPHOE
HECYRA
PHORMIO
FELICITER CALLIOPIO

F. 2^{a} poëtae imago pectore tenus depicta est in clipeo, quem duo histriones personati tenent: in summo margine est inscriptio TERENTI.

---

[1]) Discrepantia a codice Einsidelensi haec est: 15 Quatuor 17 fuscata terni 18 hic 19 terni 20 hic.

Digitized by Google

F. 2^{b} uacuo relicto sequuntur f. 3^{a} laruae actorum Andriae depictae et f. 3^{b} eius fabulae argumentum.

Quatuor ultimis comoediis praemissa sunt didascalia, armarium, in quo per tres uel quatuor tabulas personae expositae sunt, argumentum litteris maiusculis scriptum, quod prologi imagine antefixa excipit prologium.

Andriae didascalia nulla est: Eunuchi didascalia seruata est, sed desunt argumentum et personarum aedicula: prologum corrector saeculi undecimi in calce Andriae addidit.

Singulae paginae tricenos ternos uersus habere solent: sed imagines scaenarum initiis praefixae X—XIV uersuum spatium exigunt, itemque ut in Parisino, ubi scaena in inferiore folio finita non sufficiebat figuris delineandis membrana, nuda remansit.

In scaenarum indicibus uerba quidem exemplaris cum fide expressit librarius, sed cum binos uersus, quos in illo personarum nomina occupabant, in unum plerumque — minio illum pictum — contraheret, saepe miris confusionibus imperitiam latini sermonis prodidit (u. e. gr. Pho. I 2. II 4. III 3. IV 1. 3. 5. V 8). Nos breuitati consulentes Vaticani testimonia Parisinis subiunximus, nisi ubi insignes illius errores notandi erant. (Heaut. II 3. 4. III 1. 2. 3 nihil de indicibus Vaticani in chartas meas retuli). Etiam per scaenas interlocutores rubris nominum initialibus discreti sunt.

Scripsisse se codicem testatur subscriptione Hrodgarius (u. in calce Phormionis[1]): neque dubito quin quod ego manum secundam et scholiastam a prima manu discreui, id potius ita dicendum fuerit, Hrodgarium, qui etiam saepe inter scribendum errores animaduersos statim sustulerit, ipsum singula pensa correcturum retractasse eundemque postea addidisse scholiorum partem.[1]) Tum uero hic illic lector attentus eiusdem

[1]) Sic Andr. V 2, 22. 23 ea quae ‚scholiasta' in margine ascripsit, iam in continuitatem uerborum erasa priore scriptura recepta extant a prima manu.

Digitized by Google

fere aetatis non potuit sibi temperare, quominus de suo quoque glossas adderet: certe in Andria praeter 'scholiastae' manum duae aliae deprehenduntur, quarum altera Donatum nonnumquam testem producit [1]), altera in uocabulis poëtae ex sermone plebeio et latinitate corrupta interpretandis potissimum sibi placet: sic Andr. I 1, 2 a manu eius, qui frustulos Donatianos inseruit, ascriptum est ad *adesdum: parelcon*, ab ea, quae mihi Hrodgarii uisa est esse: *dum prope ades*, a tertia eiusdem aetatis: *adiectio syllabica.* Ceterum bona pars horum scholiorum in reliquis codicibus recensionis Calliopianae redit. Denique manus quaedam saeculi XI^{mi} uel XII^{mi} in codice elaborauit ita ut argumenta scaenarum enarraret et praeter alia argumentum prosaicum Eunuchi (u. p. 89) adderet.

B Basilicanus reclusus in Tabulario Capituli Basilicae Vaticanae membranaceus est saeculi decimi fasciculorum quatuordecim, quorum tredecim priores quaterniones sunt (uel potius fuerunt, u. infra), decimus quartus quinio, et nouem foliorum. Praefixus est quaternio continens in binis columnis scriptam a manu eiusdem aetatis partem Commenti Eugraphiani, porrectam illam usque in primam paginam codicis Terentiani uacuam ab eius librario relictam: sunt uero commentarii in prologos inc. ab Andr. 26 „quas faciet de integro comoedias": post Phormionis prologum subscriptio est EXPLICIVNT EXPLANATIONES PROLOGORŨ. INCIPIT COMTŨ EOGRAFII IN ANDRIA: quod commentum exscriptum est usque ad actus tertii finem, ubi post uersum Vergilianum haec

[1]) Velut Andr. prol. 5 opera abutitur] *extra rectũ usũ .... ! extra consuetudinem, Donat' Utimur fructu manentiũ rerũ. Abutimur cũ depdim*9. 11. non ita] *Donat' ualde* II 3 in. *hic incipit alia scena teste donato* III 5, 3 futtili] *Futile uas a fundendo hoc quod continere non potest. Ide homo futilis.* Etiam Priscianus non ita raro testis adhibetur.

Digitized by Google

addita sunt: & *dicim9 ulcifcor aduerfariū ·l· ultionem capio de aduersario.*

In codicis Terentiani f. 1ᵇ rubris maiusculis index est

P. TERENCII AFRI COMOEDIAE
N: VI: ANDRIA : EVNVCHVS:
HEAVTON TIMORVMENOS
ADELPHOE: HECIRA : PHORMIO:
FELICITER CALLIOPIO

Infra poëtae imago pectore tenus delineata in clipeo a duobus histrionibus personatis tenetur.

F. 2ᵃ aedicula cum tredecim laruis Andriae personarum picta est.

F. 2ᵇ continet ARGUMENTUM ANDRIAE et prologi initium: prologi figurae delineandae uacuum spatium relictum est: nec non per totum librum et aediculis et actoribus ante singulas scaenas pingendis destinata membrana intacta est, ut saepissime XXVIII uersuum, quem singulae paginae recipere solent, numerus non impleatur. Sextus quaternio excidit: quam iacturam reparabat homo saeculi XVᵐⁱ in septem membranis interiectis ea quae exciderant supplendo (u. in Eun. V 4, 15. Heaut. II 2, 1). In calce codicis haec sunt disticha

OPTIME PASTORUM PRINCEPS NE SPERNE TUORUM
SERUORUM UOCES PETRE PRECOR HUMILES·
EXIGUUM MUNUS TIBIMET QUOD FIDUS ALUMNUS
OFFERT ITERIUS SUSCIPE NUNC MINIMUS·
KARE NIMIS FAMULI DONUM NE TEMPNE FIDELIS
TU UENERANDE SACER MI RAINARDE PATER·
QUI MERITIS TANTUM SOLIS DE LUMINE QUANTŪ
FULGET IN ORBE DIES AC PIETATE NITES·
DOCTRINAE CUI SIT PROPRIO DE PECTORE QUICQUID
POST REPUTO DOMINŪ SEMPER UBIQUE PIUM·
CUIUS AMOR NOSTRAS FOUEAT MENTES REUOCANDO
CUM PRECIBUS SUPERAM ORO PIIS PATRIAM: V

Digitized by Google

Personarum quae in singulis scaenis agunt nomina imaginibus additurus omisit scriba, nisi quod de suo ab Andr. I 1—III 4 suppleuit. Metrorum distinctio nulla est. Correctoris (quem B^2 significaui) et scholiastae curae eiusdem temporis sunt neque semper dignosci poterant. Scholiorum genus duplex est. Nam et per totum codicem glossae interlineares et breues adnotationes, quae magnam partem cum triuialibus consentiunt, dispersae sunt, et ex Eugraphii Commento excerpta usque ad f. 55^b (Heaut. III 1 fin.) ab initio rara, tum densiora in margine ascripta sunt, ne eis quidem, quae in quaternione praefixo paulo largiora exarata sunt, exceptis.

Ut autem huius codicis, quem certissimis indiciis constat nihil esse nisi *apographon Vaticani* (C) — exceptis foliis recentioribus 44—50, quae de Victoriano descripta esse apparet — non secluderem uarias lectiones, ideo factum est, quod non satis plene propter magnam quae mihi in excutiendo imperata erat festinationem enotatis scripturis saepe dissentientem eum a Vaticano deprehendi isque dissensus initio poterat uideri ab Eugraphii auctoritate repetendus esse: postquam autem per primam fabulam inter testes eum recepi, eo minus in reliquis fabulis eum deesse uolui, quod, si quando Vaticanum non satis accurate exscripserim, certius iam de eo constet apographi memoria accedente. Contra ubi excerptorum meorum nimis deproperatorum culpa factum esse uidebatur, ut Basilicani testimonium non adiunctum esset Vaticano, adiecto (B?) probabilem consensum indicaui: id quod nonnullis locis, praesertim per Heauton timorumenon et Phormionem neglectum esse me paenitet. Ceterum librarium latini sermonis peritiorem quam Hrodgarium fuisse apparet: prauas uocabulorum diremtiones et colligationes, quibus is crebro admissis barbarum prodit, sustulit fere omnes: in scribendi ratione pauca nouauit, ueluti quod in uerbis compositis praepositionem assimilauit fere constanter, aspira-

Digitized by Google

tionem in *herus*, in pronomine tertiae personae, in interiectionibus (praecedente saepe Vaticani correctore) addidit, *intelligo negligo* semper praetulit.

AMBROSIANUS H. 75 inf., luci redditus ab Angelo Maio[1]), **F** membranaceus est saeculi decimi, picturis ex eodem exemplari atque in **CP** expressis ornatus, fasciculorum nunc quatuordecim, quorum primus (signatus V) duodecim foliorum est, ceteri quaterniones: incipit Eun. III 1, 26 *dictum et sapienter*, desinit Pho. V 5, 4 *nam aliquot:* praeterea binae membranae post argumentum Heaut. et post prologum Pho. insertae sunt, in quibus Eugraphii notae in prologos earum fabularum saeculo undecimo scriptae sunt: eiusdem notae in prologos Ad. et Hec. in margine adiectae sunt. Ab initio haec „hūi ſcortū — TR. cur GNATO" (Eun. III 1, 34—45) et inscriptio secundae scaenae et u. 1—4 „de phidicina hac" a manu saeculi XV^mi suppleta sunt. Ordo comoediarum idem est atque in **CP**: nec non ab initio singularum fabularum didascaliam excipit aedicula uel potius in hoc codice contabulatio laruas expositas exhibens, contabulationem argumentum: nisi quod ante Hecyram non sunt pictae personae. Ante singulas scaenas (praeter Hecyram) nomina actorum rubro indicata sunt eorumque initiales discernendo dialogo inseruiunt. Versuum distinctionem, quantum per exemplar licuit, obseruauit librarius: sed nulla est usque ad Eun. III 3, 10, cessat plerumque in reliqua fabula, ni fallor. Plane autem desinit in exitu Phormionis post V 1, 22, neglegenter adhibita est per Hecyram h. e. in ea parte codicis, quae ex libro ad Victoriani et Decurtati familiam pertinente descripta est.[2]) Eiusdem temporis, cuius librarius, sunt corrector (**F**[2]) et scholiasta, quorum manus facile dignoscuntur.

[1]) *V. M. Acci Plauti fragmenta inedita item ad P. Terentium commentationes et picturae ineditae inuentore Angelo Maio. Mediolani MDCCCXV.*

[2]) Sed etiam in hac parte picturae non discrepant a **CP**.

Digitized by Google

Scholiorum magna pars consentit cum notis triuialibus, quas omnes fere Calliopianae recensionis libri praebent (V. *Maius* l. c. p. 39—67). Raro correxit is qui commentarios Eugraphii in prologos ascripsit (u. Pho. IV 4, 9), uix saepius is qui ab initio lacunas in Eunucho suppleuit (*corr. rec.*)

E RICCARDIANUS $\frac{\text{M IV}}{\text{XXX}}$ (528) est membranaceus saeculi undecimi, olim bibliothecae S. Marci Florentinae, quaternionum undeuiginti et octo foliorum sine signatura: sed exciderunt duo folia priora, ut nunc incipiat ab Andr. I 1, 12 *psolui tibi*: truncatus est etiam in fine, ubi iam f. 160 ultima uerba sunt *DE̅M. at nos* (Pho. V 8, 6). Ab initio duo folia recentiora adiecta sunt perscripta a manu saeculi XIV^{mi} uel XV^{mi}: in priore sunt hae notitiae bibliothecariae

„98. de 26. banco ex parte occidentiſ
Iſte liber eſt conuentus ſancti marci de florentia ordinis predicatoꝝ quem habuit a coſma de medicis ex hereditate nicolai de Nicolis"
et „ponat' in b. XXVI^{mo} occ."
praeterea epigramma „Natus—erit", tum in distichi nimirum speciem enumerantur fabulae eodem ordine quo in Codice se excipiunt „Andria Eunuc' Euton Atelphus Echira Formio succedens fabula sexta dat'," denique tractatus de uita et comoediis Terenti et argumentum prosaicum Andriae: in altero Andriae periocha, prologus et I 1 usque ad u. 12 „preciũ."

Singulae paginae undeuicenos uersus habent distinctione metrica non obseruata. Ante Eunuchum periocha deest, in Heaut. posita est post prologum, in tribus reliquis post didascaliam. Initiis scaenarum nomina personarum, raro additis characteribus, praemittuntur scripta maiusculis uel minusculis eorumque initialibus in diuerbio interlocutores significantur.

Digitized by Google

In correctorum manibus discernendis eadem difficultas est, quae fere in reliquis libris recensionis Calliopianae: nam ea, quae scholia et glossas eius generis, quod iam saepius indicaui, addidit eademque litteras euanidas renouauit et uitia sustulit non animaduersa a prima, huic et aequalis est et similis: et signo ł addito non emendationes tantum, sed etiam interpretamenta superscripsit (uelut Heaut. II 4, 9 ł diligunt
colunt). Ne illud quidem mihi certum est utrum a prima an a secunda fines actuum indicati sint in quatuor fabulis (nam in Heaut. et Pho. desunt subscriptiones F. A. I. etc.). Sed praeter secundam manum in initio Hecyrae et in Phormione tertia quaedam eiusdem aetatis atramento nigriore et ductibus subtilioribus excerpta ex scholiis Donatianis aspersit [1]), et quarta (*recens*), quae duo folia recentiora ab

---

[1]) Frustula ex commento Donati (quocum facit etiam is qui actuum exitus indicauit, cf. Hec. V 2, Ad. V, 1) haec sunt (descripta a me in Hecyra, a G. Studemundo perliberaliter desiderio meo obsecuto in Phormione).

Hec. In echira ploguſ multiplex & rethoricuſ nimiſ. qı sepe excluſa diligentiſſima defenſione indigebat. pthaſiſ turbulenta. epithaſiſ mollior. leniſ cataſtrophe. In tota comędia h' agit' ut res nouę fiant nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur beniuole ſocruſ, uerecundae nuruſ, leniſſim' in uxorem marituſ. deditus matri filiuſ. meretrix bona. *prol.* I 1. A nomine cepit ut incognitam ꝑbaret. ꝛ ideo ſpectandā || Subtili utitur queſtione ne aperte populum neglectae fabulae reum faciant ꝛ in fauorem facile reducant || Dari dr̄ dum agit' fabula. ſtare dū placet 2. Viciū qđ n̄ ē ſpectata calamitaſ qđ n̄ cognita. 3. Defenſio. Non iudicio comędia exacta ē || Spectatoreſ ideo ꝛ actores qı maior parſ in geſtu ē q̄ in uerbiſ 4. A deriuatione cauſae || non qı mala ē excluſa ē ſ' qı populuſ ſtupiduſ 8. Mire illi petit fauorem ex aliiſ que ſpectatori note ſt *prol.* II Subtiliter nouo poëtae terentio a uetusto petitur exemplum magne autoritatiſ cecilio ꝛ ingenioſe. Nā quod rudi terrentio ſemel. ꝺtigit ueteri ſepe. qđ huic actā et probatā. illi parti exactā parti ᴎ ᴎ probatā. ꝺiſ omnibuſ argumentiſ actum eſt ut non ſit deſperandum de terentio quod expulſuſ ē. ut par fiat cecilio aut melior. 3. Per exempla ostendit n̄ turpe ēe excluſā unā terentii fabulā cum multorum poëtarum exactę ſint. 12.

Digitized by Google

initio codicis impleuit, non sine auctoritate librorum nonnulla mutauit (u. Andr. IV 3, 8 Heaut. IV 7, 8).

Eleganſ pmiſſio qſi. ꝛ hanc placiturā ſi cognita fuerit 13. poëtam non ceciliū. ut h' uideatur ꝺmuniter poplo pſtitiſſe || oſtendit poplo ſe profuiſſe. poëtā ad laborē reuocaſſe 17. ex ipſiſ rerū nominib' ostendit facilitatē deterrendi. 20. Commendatio leuiſ personae p aliā grauē 22. h ſuccedit p illo qđ ē a pſona aduerſario 30. re abundat aut denuo 31. Non diu pependit iudiciū ſ ſtati placuit. ut qđ ſequitur non indicio ſ pturbatione factū uideat 38. Oratorie non quaſi terentii cauſa agat ſ artiſ muſicae 40. qꝝ ſenex eſt || q terentiū probo || Vult tantę auctoritatiſ eſſe ut poplo placeat q ſibi placet 41. Commendatio ab actis ante I 1, 6. mirantiſ i aduerbiū demonstrantiſ || ergo affectum exprimit reprehendentiſ ſibi tarde cſentientem 7. monemus ꝺsilio. hortam impulſu.

Pho. *prol.* hoc ‚uiciū' ad deſtructionem perſonae aduerſarii ſumitur coniunctum cum inſinuatione terentianae perſonae 1. poſtquam non ſolum praeterito tempori, ſed etiam praeſenti apud ueteres adiungitur. 2. quaſi Luſciuſ magiſ rem ſcenicam ledere uoluerit quam Terentium 3. Ipſe ſe aduerſarius uictum fatetur, qui a rebus excluſus ad uerba delapſus eſt 4. Frequentatiuum uerbum ‚imprudentiam' oſtendit || Lentum accuſatorem facit qui praeterita ingerat et de quibus iam ‚scit' iudicatum in melius, 5. Imperitum inducit criminatorem qui h' obiciat quod proprium debet esse comici stili 6. i. e. ideo uidemur leues tenuesque quia in comedia prodigia facta non sunt. nec tragedias concitauimus 9. cum adhuc Terentius non ſcriberet. penuria meliorum probata 16. quaſi dubium non ſit male dicendum eſſe Luſcio. I 2, 7. ſed particula tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei 20. non fortuna inquit auarus eſt ſed natura 22. adquiſitae bello longe ab Italia regiones prouinciae dictae ſunt a porro et uincendo. ad quas praetores qꝝ cum officio mittebantur, officia quoque prouincia nominantur 26. fidus est amicus, fidelis seruus || oſtendit ſtultum eſſe ſeni aduerſuſ iuuenem eſſe fidelem 28. deest iactare 31. 32. ut causa amoris et etate et arte uideatur 33. et honeſte et cito dixit || magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium. puellam citharistriam auarus leno amator perditus 35. hoc ſolum erat quod leno non uenderet 36. ioculariter in adoleſcentem cum etas ad philoſophos ſectandos apta erat. hinc philoſophorum ſectae. ſed ſectari eſt proprie ut taurus buculam, aries ouem 45. bene quandam [ne?] ob familiaritatem laudare uideretur || aduerbium in loco eſt cuius ad locum eſt huc uiciniam 46. miſeram ab affectu et ſubdiſtinguendum ut ad uirginem referatur 48 hec praeſtruuntur ut ſit ſpes potiundae uirginis

Digitized by Google

Ipse cum hoc libro Eunuchum et Heautont. contuli: in reliquis hominum amicorum et beneuolorum opera ita adiutus sum, ut G. Studemund Andriam, O. Benndorf Adelphos, M. Zucker Phormionis quae restant et Hecyram usque ad III 2 Hecyrae exitum R. Schöll in meum usum excusserint.

Non idem quod de Bembino praedicare poteram affirmare mihi licet de libris recensionis Calliopianae, cum pulusculo eos thesauros in hac editione esse exhaustos. Bis quidem Victorianus oculis nostris subiectus fuit: sed ut est

50. bene ipſa quia quae ſupra dixit non ad ipſam ſed ad euentum eius pertinebant || ſic dicit Terentius ubi ad effectum properat 51. quia res ad antiphonem tantum 61. bene cepit non amauit ut oſtendat uim amoris non paruam ut rem quae ſemel ſuſcipi poſſit || euadere eſt per obſtantia peruenire 62. recta quia non per nunciū 71. denique aduerbium ordinis i. e. deinde uel ad poſtremum 73. qui i. e. utinam. aut expletiuum eſt aut nom̄ quo incipiens eum deſcribere exhorruit conſideratione eius et in hanc uocem quaſi confuſus erupit || homo comice additum. nam quis ignorat paraſitum hominem esse? || confidens improbus 76 bene iubet. minorem enim uim lex habet quae aliquid permittit quam quae aliquid iubet || nihil enim ad rem, ſi ducendi neceſſitas non eſſet 80. omnia non abundat ſed oratorie quaſi tam multa 87. deſperatione rerum fortis eſt ſeruus I 3. In hac ſcena color uitae eſt eorum qui quod immodice concupierunt ſpernunt quia inuenerint 12. omnia enim quae agimus aut induſtria aut uoto proueniunt hoc eſt aut in nobis ſunt aut in fortuna posita. I 4, 15 ſed p^{o} g || ſi ceſſet || ſi ambulet 26. ad uim ‚actiuam' habet, ut admirabile 32. quin pro cur non II 1, 1. hic uerſuſ totus in hoc eſt an factum ſit quid a quo in cuius iniuriam || tandem hic expletiua coniunctio II 3, 11. ſtomachantibus conuenit qui indignatione coguntur quaſi cum aliquo loqui 16. continebat. expreſſe oſtendit miſeriam qui in urbe natus interdixerat ſibi eius acceſſum ob pudorem inopiae 19. cauſa eſt quod ad cognatum addidit uirum. qualitas iniuriae ad dignitatem perſonae 31. Moris eſt ſenum minores aetate pueri uel adoleſcentis uel iuuenis nomine appellare ut illis auctoritatem detrahant ſibi augeant 36. ais dicimus de his quae uana dicere ualidiora 58. regnum ſolutum eſt legibus opprimens libertatem 71. ohe interiectio ſacietatem uſque ad faſtidium ſignans III 1, 20. a paleſtra domus lenonis a qua exercitus eſt amator aſſidue III 2, 2. quin modo corripiendi uel imperandi uim habet.

Digitized by Google

eius libri lectio propter creberrimas correcturas impedita, ne repetita quidem collatione id nos assecutos esse confidimus, ut nihil nos fugerit. In reliquis autem libris prout temporis opportunitas, lucis commoditas, oculorum ualetudo erat, longius uel propius ab integri testimonii perfectione afuimus. Sed aliqua ex parte hoc incommodum minutum est officiosa sedulitate hominum philologorum, qui post discessum meum in Italia peregrinantes per epistulas a me interrogati dubitationes in uariis lectionibus conscribendis subortas sustulerunt. Numquam mihi G. STUDEMUNDI, uiri oculatissimi, praesens auxilium defuit: qui mihi etiam uarias lectiones ex Vaticano in Andriam et in Adelphos, item in Adelphos et in Hecyram ex Ambrosiano excerptas facile permisit. Perhumaniter de singulis locis consulti edocuerunt me O. BENNDORF, A. LORENTZ, R. SCHOELL, A. WILMANNS. Quibus omnibus hoc loco gratias ago quam maximas aeque atque A. FRITSCHIO, qui cum parum exercitatus Parisinum excutiendum suscepisset, non detrectauit iterum iterumque ad inspiciendum librum redire. In apparando autem commentario critico aliquid dandum fuisse uisum est et nostrae et lectorum commoditati, ut, ubi per arctissimam omnium codicum propinquitatem archetypi lectio certissime erui poterat, non omnes sordes et neglegentias librariorum in chartas nostras transcribendas duxerimus et iam sic uereamur ne nimii non nemini fuisse uideamur. Cuius enim scire interest uel oculis aberrantem uel dictata parum accipientem uel somnolentum librarium, cum iam in eo esset ut falsa perscriberet, statim errore deprehenso inter scribendum ductum correxisse uel induxisse litteram uel inseruisse inter uicinas? Sed etiam de orthographicis quibusdam librorum saeculi decimi a me praetermissis uel minus constanter enotatis apud eos excusationem mihi paratam spero, qui oscitantiae potius nouiciorum hominum memoriam propagatam, quam bonae et antiquae consuetudinis imaginem expressam fuisse reputabunt,

Digitized by Google

si de praepositionibus in uerbis compositis uel assimilatis uel non assimilatis, de accusatiuis pluralis tertiae declinationis in IS uel ES excurrentibus, de U uel I pronuntiationem dubiam uocalis repraesentantibus, de O uel E post U consonantem praelatis ubique plene retulissem. Illud uero tenendum est solennem esse in illis libris peruersitatem E pro AE (et OE) et AE (et OE) pro E scribendi, nullam esse fugam U duplicis, nullam geminatae I, uocalem secundae et tertiae personae uerbi auxiliaris seruari solere, *cum cur cuius cui mihi nihil* constanter uel fere constanter exarata esse: ut in uaria lectione hoc tantum indicatum inuenias, quibus locis AE pro E, UO pro UU, I pro II (praeter uerbi *iaciendi* composita, quae simplex I exhibent), *st* pro *est*, *quom quoi mi* (nam *quor quoius nil* alicubi extare nunc non memini) in singulis libris traditum sit. Ex quibus omnibus plura, quam reliquos libros, **DG** conseruasse facile animaduertes, in antiquiore autem scriptura tuenda saepe uetustiori **D** praestare iuniorem **G** (quem in T finali pro uulgari D seruanda plurimis exemplis cum **A** congruere uides). Hoc denique addo in T uel C ante I ponendis nullam esse auctoritatem librorum saeculi decimi, qui ne *racio* quidem uel *fatio* spernant.[1])

De ueterum grammaticorum nobilium, qui Terentio Donatus commentarios attulerunt, AEMILII ASPRI, M. VALERII PROBI, HELENII ACRONIS et fortasse ARRUNTII CELSI studiis tenuem tantum memoriam apud Charisium, Rufinum, Donatum seruatam esse constat. (De ASPRO u. Donat. in Pho. I 2,

[1]) In orthographia earum partium Andriae et Adelphon, quae in A desiderantur, constantiae quoddam studium exemplo et auctoritate Bembini temperauimus: sic aphaeresin uocalis in *est* expressimus scribendo, superlatiuis U dedimus, sed illud *Burria*, quod CDP praebent Andr. II 1, 1. spreuimus.

Digitized by Google

24. Ad. III 2, 25. IV 2, 20. Rufin. p. 378 Gaisf. [in Pho. II 2, 1]. De PROBO Donat. in Andr. IV 3, 5. V 3, 4. Eun. I 1, 1. Ad. III 2, 25. Hec. prol. I 2. Pho. I 1, 15. I 3, 3. II 3, 25. V 9, 16. De ACRONE u. Charisii testimonia exscripta in Eun. I 1, 5. I 2, 46. II 1, 8. Ad. prol. 9. I 1, 15. 20. 21. II 4, 23. V 3, 23. V 4, 16. V 9, 5. De CELSO eiusdem in Pho. I 2, 32. 45. I 4, 17. IV 3, 38. IV 4, 6. V 8, 85.) De *Adesione* (u. Donat. in Eun. IV 2, 22) res est incerta. *P. Nigidium Figulum* (u. Donat. in Pho. I 4, 4. 13. II 1, 3) et *Flauium Caprum* (u. Charis. in Andr. III 2, 49) Terentianorum interpretum numero dudum exemit L. Schopen in diss. de Terentio et Donato (Bonnae 1821) p. 40—42. EUANTHII, Aelii Donati aequalis, Commentarium Terentii, quem Rufinus p. 368 laudat, siue potius eius partes in Scholiorum Donatianorum farraginem influxisse scite nuper suspicatus est H. Usener (Nou. Mus. Rhen. XXIII p. 495 sqq.). AELII autem DONATI commentariorum in Terentium mentio fit apud S. Hieronymum, qui in Chronicis a. 355 Romae insignem eum grammaticum habitum esse tradit, vol. II p. 472 Vall.[1]) et III p. 390[2]), (Serg.) Explan. in Donatum p. 486[3]), Prisc. II p. 281. 320.[4])

Sed illud quo nos utimur Donati commentum quem praecipuum locum teneat in intellegendis et emendandis Terenti comoediis ut prudentissimi quique critici professi sunt, ita fere uno ore miseram condicionem scholiorum, quae nunc ‚uiri clarissimi' nomen prae se ferunt, deplorauerunt. Et corporis quidem antiqui dudum discerpti genuinam formam re-

[1]) „Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium et Sallustium commentarios, Vulcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aeque in Virgilium et aliorum in alios."

[2]) V. exscripta in Eun. prol. 41.

[3]) „Hic enim Donatus V. C. D. (V. CL. *uel* V. P. *Keilius*) Vergilianum carmen ‚uel' Terenti comoedias mirifice commentauit."

[4]) V. exscripta in Andr. III 3, 4.

Digitized by Google

cuperandi spes omnis abicienda est: sed utinam certe collectorum membrorum cum nouiciis additamentis quae eis adhaerent iusta editio extaret. In tali apparanda cum per quadraginta annos Ludouici Schopeni studium positum fuisse constaret, frustra ego operam dedi ut apparatus a uiro docto a. 1867 mortuo congestus usui meo concederetur. Itaque ad eam editionem remissus eram, quae ceteris non dico magis laudanda, sed minus uituperanda est — ut rectissime iudicauit uir de Terentio optime meritus, Io. Riuius in Castigationibus in Hec. I 2, 64 — h. e. ad principem quam a. MCCCCLXXII Conradus Sweynheym et Arnoldus Pannartz Romae excuderunt.[1]) Sed ut in parte quidem operis non desideretur optimi et antiquissimi subsidii auctoritas, debetur egregiae facilitati Augusti Fritschii mei, qui reliquias codicis P. Danielis Parisiis mea gratia excussit. Est is codex in bibliotheca Imperiali n. 7920 (olim Colb. 1712. Regius 5073: a fronte nomina inscripta sunt „Petri Danielis Aurel." et „Jac. Aug. Thuani") saeculi XI^{mi} membranaceus, quaternionum nunc septem, qui signati sunt XXVI—XXXII, ab uno librario perscriptorum eoque imperito et graeci sermonis ignaro: singulae paginae tricenos uersus habent: in lemmatis saepe initiales tantum uerborum Terentianorum exscriptae sunt. Continent hae membranae, praeter Vitam Terenti, commentationem ‚de tragoedia et comoedia', ut uulgo perhibetur, quam Euanthio uindicauit Lindenbrogius, denique Donati, quod uocari solet, fragmentum de comoedia et tragoedia (quod inscriptum est DE COMOEDIA) commentum in Andriam integram et in initium Adelphorum usque ad I 1, 40 „mea quidem sentene ‖ amodeste additū mea." Commenti in Andriam quae inscriptio sit ideo indicare non possum, quod ex foliis editionis Klotzianae, quae amico conferenda misi, duo (p. XVII—XX) mihi

[1]) In codice, unde haec editio expressa est, deerant folia nonnulla inter Hec. III 5, 8 „quae uolumus dicere" et V 1, 2 „Non pol me multum fallit."

Digitized by Google

non sunt relata. In calce Andriae est subscriptio APLI DONATI U. CL. ORATORIS URBIS ROMAE COMMENTŪ TERENTII ANDRIAE EXPLICIT. I. INCIPIT SECUNDUS ADELFORŪ. FELICITER. Vel sic probabiliter colligitur in antiquissimo libro Commentorum ordinem fabularum eundem fuisse, quem et Donatus in praefationibus singularum fabularum constituit et inde DG (itemque Laurentianus XXXVIII 27) assumserunt: sic ut se [illegible]ceperint: Andria Adelphoe Eunuchus Phormio Heautontimorumenos Hecyra. Nam quod in editione principe Hecyra dicitur, „facta et edita quinto loco", hanc numeri correctionem factam esse apparet, postquam Heautontimorumenu commentum excidit. Nam in hac quoque fabula Donati operam uersatam esse uerisimili et paene certa coniectura efficias ex lectionibus Victoriani et Decuctati etiam in ea fabula crebro et a Bembino et ab integra Calliopii recensione dissentientibus atque ex scholiis in Bembino seruatis.[1])

Quamuis autem his subsidiis adiutus diligenter adnixus sim ut quam plenissime in Testimoniis congesta exstent quae Donatus uel de uariis lectionibus in antiquioribus exemplaribus repertis refert (u. Andr. prol. 1. 8. I 1, 13. 43. 93. 128. 140. I 2, 31. 34. I 5, 1. 52. 54. 55. II 1, 7. II 2, 7. 11. II 5, 18. 19. III 1, 1. 19. III 2, 4. 9. 24. III 3, 4. 6. 40. III 4, 13. 20. III 5, 9. IV 1, 3. 4. 14. 22. 26. 29. 32. IV 4, 6. 45. V 1, 6. Eun. I 2, 83. II 1, 13. II 2, 34. 36. II 3, 3. 16. 19. 21. 24. 89. III 2, 40. V 6, 21. Phorm. prol. 2. 6. I 2, 21. 32. 38. I 3, 2. I 4, 13. II 1, 2. 17. 19. II 2, 16. III 1, 5. IV 3, 75. V 1, 34. Hec. I 1, 1. I 2, 2. 19. 22. 85. 99. II 2, 4. III 1, 33. III 3, 46. 48. III 5, 7. IV 1, 40. IV 2, 25. 30. IV 4, 43. 48. V 1, 9. V 4, 19. Adelph. prol. 16. [I 1, 45]. I 2, 72. II 1, 13. 46. II 2, 7. 21. III 5, 1—6. IV 3, 10 [*immo* 14 sqq.]. 16. IV 4, 10. 23. IV 5, 32. 66. 72.

[1]) Etiam quod in Bembino cum Heautontimorumenu exitu tota Hecyra scholiis destituta est fidem facit archetypum, ex quo per uarias temporum uicissitudines notae illae in eum librum peruenerunt, Donati ordinem tenens in fine truncatum fuisse.

Digitized by Google

[IV 7, 38]. V 3, 51. V 7, 14. V 8, 26. [V 9, 37?] u. p. XX not. [2], uel de distinctione[1]) multa scite, nonnulla subtilius, inepte pauca iudicat uel innuit, (Andr. prol. 8. 11. 13. 17. I 1, 8. 27. 28. 30. 48. 54. 61. 118. I 2, 17. I 4, 1. I 5, 6. II 1, 15. II 2, 8. [19?]. II 3, 6. 21. II 6, 22. 23. IV 1, 19. IV 3, 5. IV 4, 18. IV 5, 9. 10. 20. V 3, 5. V 4, 23. 35. 36. 38. Eun. I 1, 4. 31. I 2, 91. II 1, 3. II 2, 1. 2. 59. II 3, 66. III 3, 2. 14. 22. [III 5, 38. 39?]. IV 1, 12. 14. IV 3, 7. 11. IV 5, 7. V 8. 43. Heaut. I 1, 17. Phorm. prol. 29. I 2, 6. 7. 41. 46. 65. 66. 73. 74. 82. I 3, 7. 10. 11. 17. 17. 18. 22. 23. II 1, 25. 65. 66. 68. II 4, 7. III 2, 6. 40. V 6, 9. V 8, 53. 54. V 9, 26. Hec. I 2, 22. 29. 30. 78. II 2, 15. III 1, 22. 23. III 4, 10. 33. IV 1, 55. IV 2, 14. 15. IV 3, 14. 15. IV 4, 46. 48. 61. V 1, 35. Adelph. I 1, 1. 18. 19. 20. I 2, 61. II 1, 11. 12. 13. II 2, 5. 17. 45. II 3, 1. 3. 6. 7. III 2, 24. 47. III 3, 28. III 4, 35. IV 2, 6. 48. IV 3, 4. IV 5, 59. IV 7, 22. V 1, 7. V 3, 19. 37. 41. 42. V 4, 26. V 8, 1), uel de sermonibus inter actores distribuendis monet (u. Andr. I 2, 20. II 2, 9. 10. II 5, 12. III 2, 25. [32]. IV 1, 23. IV 2, 20. IV 4, 15. V 1, 13. 14. V 4, 25. 26. 30. 47. V 5, 7. Eun. I 1, 5. I 2, (49). 106. II 3, 16. 21. 35. 99. III 1, 28. 29. 40. III 3, 24. IV 4, 41. 42. IV 6, 27. IV 7, 13. 16. 17. 28. 37. 40. 41. V 1, 23. [V 2, 50]. 69. V 8, 53. 64. Heaut. V 1, 77. Phorm. I 2, 5. 27. 28. I 4, 18. 20. II 1, 5. 8. 29. III 2, 1. 9. III 3, 19. IV 3, 38. 73. V 3, 28. V 9, [18:] 65. Hec. III 4, 10. [27?]. V 4, 38. Adelph. II 1, 18. II 4, 23. III 2, 25. 38. III 3, 47. IV 1, 16. IV 2, 47. IV 5, 19. IV 7, 9. V 3, 17. 64. V 8, 1. V 9, 7. 40.): quamuis denique ubi scholia nostra modo huius modo illius familiae codicum memoriam consensu uel dissensione aut confirmant aut eleuant. aut ubi ab uniuersis recedunt aut ubi cum omnibus errant, accurate significauerim (quae si hic omnia colligere uellem, liber ex libro serendus esset): tamen uix dubium est quin in excerptis nostris

[1]) Ne ‚subdistinctionem' quidem seclusi. Ceterum post illud ‚distingue' saepe notas interpunctionis in libris excidisse conicias.

Digitized by Google

multa corrigenda sint ei cui Donato ex codicibus emendato uti licebit: mihi quidem, postquam Parisini uarias lectiones nactus sum, in sola Andria plus quam sexaginta loci ex Editione principe enotati retractandi erant.

Tribus in rebus teneri uelim testimonium scholiorum a me spretum uel non constanter adhibitum esse. Primum enim in orthographicis, ut nunc res sunt, quiuis uidet nihil illud ualere, nisi disertum est (ut in Eun. I 1, 6. V 4, 14. Pho. prol. 2. 21. Hec. prol. II 14). Tum ubi pro manifestis mendis codicum **DG** in collocatione uerborum potissimum frequentibus uera seruauit scholiasta, non semper referre uisum est dissensum indicare. Denique ubi ex multis de eodem loco testimoniis unum alterumue a consensu librorum Terentianorum discessit, nouiciorum librariorum errores praetermissos nemo desiderabit.

Lectiones quas Donato auctore in hanc editionem recepimus hae sunt : Andr. prol. 8 *animum adtendite* (cum Nonio). I 1, 24 *Sosia et* 126 *meo me* 128 *nolet* I 2, 34 *neque tu haud dicas* I 5, 54 *genium* II 1, 31 *mereat* II 2, 7 *Habeo* 14 *em* II 3, 24 *Aliam* III 1, 1 *dixisti* IV 1, 14 *illi* 26 *conflauit* 32 *Haec* 37 *me ducturum* V 1, 4 *cum maxime abs te postulo atque oro* V 2, 8 *respondes* (cum B^1?) 20 *quantum potest* Eun. I 2, 18 *exclusti* 117 *forsan* II 2, 43 *animi* (cum D^2) II 3, 21 interlocutore mutato 89 *calidum* (cum schol. Bemb.) III 5, 45 *in lecto conlocarunt* Phorm. prol. 2 *transdere* (II 1, 19 *Molendum usque*) II 2, 16 et 17 *tennitur* III 2, 20 *umquam usus* Hec. I 2, 9 *ubi Philotis* 19 *illi* 31 *amabunt* IV 1, 22 *De hac re* IV 2, 4 *illam mei* IV 4, 87 *uxor* (om. *mea*) V 2, 31 *nobilitatem ex ea re natam* Adelph. I 1, 10 *cogito* (om. *et*) II 1, 13 *nihili* II 1, 52 *occeperis* II 3, 11 *pote* III 2, 52 *quantum potest* IV 1, 6 *Misere nimis* V 8, 14 *Insanis : aufer* V 9, 37 *secundare* 40 *MI. Istuc recte.*

Digitized by Google

E *scholiastis*, qui Donatianorum Commentariorum non ignari saeculo fere octauo notas in *codicem Bembinum* intulerunt, antiquiorem olim monui (u. p. X n. 1) in pauculis quae ascripsit facere cum librario: nam quod Eun. I 1, 6 *pertendis* pro *pertendes* et 10 *eludit* pro *eludet* habet, facili errore bis I pro E legisse credendus est. Iunior autem, qui illi suppar et potius aequalis est, praeter locos quos l. c. indicaui (Eun. I 2, 85. Heaut. I 1, 18. III 3, 21. Ad. III 4, 64. V 2, 7.) a partibus A solius contra reliquos stat Heaut. II 3, 124. III 1, 81. 100. Pho. V 9, 39. Ad. IV 2, 46. V 3, 55 : cum AC¹ facit Eun. III 1, 12. Heaut. III 1, 1 cum A et Donato Eun. III 1, 40, cum AD¹P¹ et Donato atque Eugraphio Eun. I 1, 5, cum ACD et Donato Ad. III 4, 44, cum ADGP et Donato Ad. III 3, 73 (cum ADG Ad. V 6, 1?) : cum reliquis contra AD¹ Seruium Donatum Ad. V 3, 5, contra AD¹G¹ Ad. III 4, 62, contra ACF¹P¹ Ad. III 3, 37 : cum D contra omnes Heaut. III 1, 5—7 : cum Donato contra libros Eun. II 3, 89 (Pho. prol. 2. II 2, 34): contra A reliquorum librorum lectiones sequitur Eun. prol. 22. I 2, 108, II 3, 20. 93. Heaut. prol. 6. 50. II 1, 6. Ad. III 2, 22. IV 3, 4 : cum uniuersis errat Ad. III 2, 15. De distinctione monet Eun. II 1, 14. Heaut. I 1, 73. I 2, 11. Scholia Bembini

Nos scholiastam Bembinum secuti sumus scribentes Heaut. I 1, 91 *exercirent* (u. notas Bentleii), 117 *Tempust* III 1, 35 *Commetare* (his duobus locis ex coniectura praeeunte Bentleio), distinguentes post *alios* Heaut. I 1, 73.

Eugraphii, quem non tam ex prorsus dubia commemoratione Gerberti primum a C. Barthio Aduers. XV 1 in usum uocata, quam ex aetate codicis Basilicani (u. p. XXVIII) et ex operis natura sequitur non post saeculum decimum uixisse, *Commentum*, quo ‚uirtutem oratoriam' poëtae illustrare uoluit, tum demum ad Terenti crisin cum bono fructu adhiberi poterit, cum me- Eugraphius

Digitized by Google

lioribus, qui non desunt, libris usus aliquis maiore cum diligentia typis id exscribendum curauerit, quam post Lindenbrogii in hac parte neglegentissimam operam uel in Westerhovii editione factum est. Mihi in prologis quatuor ultimarum fabularum Ambrosiani ope uti licuit (u. p. XXXI).

Illud autem etiam ut nunc res est affirmare licet, codicem, quem pro fundamento studiorum habuit Eugraphius, eiusdem familiae fuisse atque **DG**. Cum utroque enim uel cum alterutro accedente hic illic Donati testimonio contra reliquos stat his locis[1]: Andr. prol. *5. I 5, *58. 61. II 1, 6. (20). II 2, *12. II 3, *19. 24. III 2, *4. III 3, 29 (*cum* **E**). (cf. III 4, 9). III 4, 25 (*cum* **E**). IV 1, 13. IV 2, 26 (*cum* **E**). IV 3, *11. IV 4, *29. (IV 5, 2). 14. V 1, 6. V 5, 3. Eun. prol. *44 (*cum* **E**). II 3, 80 (*cum* **E**). III 2, 50. IV 4, 6. 27 (*cum* **EF**). IV 7, 30. V 8, 41. Heaut. II 2, 9. III 1, 27. III 2, 16. IV 1, 10. Pho. I 2, *48. I 4, 51. III 1, 4. III 2, *40. V 9, 28. Hec.[2] prol. I 8. II 47. I 1, 7 (*cum* **E**). 15. II 2, *9. III, 1, 1. III 2, *14. III 3, 32. III 5, *27. IV 1, 53. IV 2, 3. IV 3, *12. Ad. II 2, 38 (*cum* **E**). V 3, 8. Bembini testimonium accedit huic familiae Eun. prol. 6. II 3, *50. 63. III 2, *7. IV 4, *35. IV 6, 8. IV 7, 10. *25. *27. Heaut. I 1, 20 (*cum* **E**). (I 2, 9). II 2, 9. II 3, 80. III 1, 6. 77. III 3, 15. IV 1, 13. V 1, 25 (*cum* **E**^{2}). 36 (*cum* **E**). V 2, 23. Pho. prol. *21. I 4, 31. II 2, 1. II 4, 11. III 2, *11. 46. III 3, 25. IV 3, 63. IV 5, *3. V 8, 1. Hec. I 2, 65. 83. 94. II 2, 6. III 5, *35 (*cum* **E**^{2}). IV 1, 25. Ad. III 2, *1. III 4, *6. IV 5, 77. V 3, *3. 10. Bembini solius lectiones exhibet Andr. V 4, 36. Eun. II 3, 56. 98 (consentiente Nonio). (III 2, 26). III 5, 6. IV 1, 1. IV 6, 32. V 3, 10. (V 6, 21). Heaut. II 1, 2. II 3, 105. 106. IV 3, 15. IV 6, 14. Pho. I 2, 47. 90. II 1, 25. (IV 3, 17). 28. (63). (V 1, 32?). V 7, 5. Hec. II 2, 10. IV 2, 28.

[1] Donati consensum hic et infra asterisco significauimus. — Ceterum in nostris indicibus etiam plura quam in Donato supplenda et corrigenda esse teneas ex emendata Eugraphii editione quae in uotis est.

[2] In qua fabula **F** transit in familiam **DG**.

Digitized by Google

(IV 4, 88?). Ad. prol. 15. IV 7, 29. V 3, 11. (Cf. Andr. V 4, 44. Heaut. II 3, 24. Pho. V 2, 3): Bembini cum Donato coniuncti Eun. V 4, 35. Pho. II 3, 16. Hec. I 2, 85. Ad. III 4, 34. V 7, 14: Donati solius Andr. (II 1, 1). 19 (*cum* C^2). II 2, 25 (*cum* G *corr.*). III 1, 19. III 2, 3 (*cum* C^1P). V 1, 6. Eun. II 3, 21. V 2, 60. Hec. II 2, 24. Ad. V 9, 40.

Contra recedit ab **ADG**, sociato his nonnumquam Donato Andr. V 4, 35. Eun. III 2, 15. III 5, *40. IV 4, *54. V 4, 7. V 8, 63. Heaut. I 1, 23. II 3, 64. 118. III 2, 3. (IV 8, 32). V 3, 6. Pho. I 2, 23. II 1, 71. II 4, 16. IV 3, 56. Hec. prol. II *35. II 2, 5. IV 1, 53. Ad. III 2, *37. V 3, 39. Discrepat a **DG** Andr. I 1, 23. II 2, 10. IV 2, 5. IV 3, *5. (cf. 8). IV 5, 21. Eun. II 3, 64. III 1, 21. *55. III 2, 1. 48. IV 1, 10. IV 4, 21. IV 6, 10. (IV 7, 25). V 1, 23. V 5, 16. V 8, 26. 27. (*49). Heaut. prol. 1. (26). I 1, 106. V 1, 42. Pho. I 2, 1. IV 1, 13. Hec. II 2, 7. III 3, 36. III 5, 4. IV 2, 27. Ad. I 2, 1. III 3, 76. V 8, 26. Contra A cum reliquis congruit Andr. V 6, 13. Eun. II 2, 26. II 3, 24. 25. 80. 98. (III 1, 34). IV 4, 35. V 4, 30. V 8, 33. 42. Heaut. prol. 18. I 1, 66. 67. II 1, 12. II 3, 73. III 1, 81. 90. III 3, 59. IV 1, 19. 20. IV 2, 2. IV 4, 15. IV 8, 7. 11. 17. V 1, 77. V 2, 23. V 3, 6. V 5, 21. Pho. II 3, 91. III 1, 4. III 2, 1. 4. 7. 31. IV 1, 33. IV 3, 25. 38. 45. 69. V 1, 23. 34. 38. Hec. I 2, 45. II 1, 7. 30. III 3, 3. III 4, 1. IV 1, 9. IV 3, 12. IV 4, 33. V 1, 9. Ad. I 1, 9. II 4, 11. III 2, 26. 48. III 4, 32. 64. IV 4, 45. V 3, 39. V 4, 25. (Cf. Eun. II 3, 64. III 1, 21. III 5, 5. Heaut. I 2, 21. II 3, 86. Pho. I 2, 38. V 8, 4. Hec. I 2, 94. II 1, 4. : contra A cum Donato iunctum Eun. II 3, 9. 79. Pho. II 3, 16. (Hec. IV 3, 12?). cf. Ad. I 2, 7 : contra Donatum solum cum libris Andr. II 1, 31. (II 3, 21). IV 1, 29. Heaut. I 1, 17. Hec. I 2, 1. 19. III 3, 27. IV 1, 22. IV 2, 4. Ad. IV 2, 34. V 7, 17. V 9, 37. Ad distinctionem spectant annotata in Andr. I 1, 118. II 1, 15. IV 3, 2. Eun. prol. 1. 2 (cum Nonio). II 2, 1. V 1, 23. V 8, 28. Heaut. I 1, 17. 110. I 2, 11 (u. Schol. Bemb.). IV 8, 15. V 1,

Digitized by Google

42. Pho. IV 4, 28. Ad. I 1, 1. 2. 9. (II 1, 11^{b}?): ad dialogum inter actores dispertiendum : in Andr. II 5, 12. (III 2, 31?) IV 4, 15. Eun. I 1, 5. 11. III 5, 61. V 1, 23. Heaut. II 3, 101—106. V 1, 77. Pho. II 1, 78. III 3, 19. Ad. III 3, 47. V 9, 40: uarias lectiones diserte affert Andr. V 4, 9. Eun. II 3, 23. III 5, 50. (Heaut. IV 7, 8). (Pho. V 9, 31). Hec. prol. II 2?

In hac editione haec Eugraphii auctoritate nituntur: Andr. II 1, 20 *ad auxilium* IV 4, 14 *praeterquam* (sic uulgo). V 1, 6 *Vide* (cum D^{1}?). Heaut. II 3, 79 *multimodis* (sic Faërnus). Pho. I 3, 23 *retinere an uero amittere.*

Testimonia

Terentianarum fabularum integritati conseruandae quamquam uix dubium est Scipionem, Laelium, alios homines nobiles, qui poëtam adiutabant, consuluisse atque adeo statim nascentibus laetiorem fortunam risisse quam Plautinis, tamen et ipsas communia omnium librorum fata expertas esse et ex ea quam hodie prae se ferunt specie colligitur et aliqua ex parte antiquorum qui eos legerunt testimonia docent.

Ciceroni, cui comoediarum dimidiati Menandri tantus usus erat, ut memoriter saepe uersus et uersuum partes poëtae nomine non nominato libris suis inspergeret, fides magni quidem habenda est, sed non tanti ut ipsius testimonio reliquorum dignitas prorsus eleuetur. Quam enim facile in minutiis recordatione falli poterat, quam facile etiam librarii lectione poëtae assueti, si a Cicerone Terentiana aliter atque in ipsorum mentibus inhaerebant citata reperiebant, ad mutationes inducebantur uel ad locum plenius exscribendum inuitabantur. Quem ad modum Andr. I 1, 24 bis quidem illud *Sosia*, quod C. F. Hermannus eiciebat, consensu librorum firmatur, sequens autem uersus sic ut in Terenti codicibus deprauatus fertur uno tantum loco in deterioribus libris

Digitized by Google

adiungitur : Eun. III 1, 52 inserto *tu* (cum A) oratio recta commendatur, metrum turbatur. Contra contractos in unum uersus Eun. I 2, 34. 35 non dilatauerunt librarii: quem locum si memoria falsum Ciceronem attulisse arbitreris (ut Pho. II 3, 37 *cognatum* habet pro *sobrinum*), auctoritatem infringas lectionis, quam eodem loco dedita opera requisitam afferre uidetur, se ipsum arguens quod *in Piraeea* dederit, non cum Terentio (Eun. III 4, 1) *in Piraeeum* : ubi accusatiuum ne Donatus quidem agnoscit. Neque in Eun. II 2, 26 irrepserunt *aucupes,* quos contra solum A cum Probi qui nunc fertur, diserto testimonio interpolant reliqui libri.

Bembini solius lectioni calculum addit Cicero Heaut. I 1, 83 : Bembini sociati cum D Pho. II 1, 2, cum DG Pho. II 2, 7, cum Donato Ad. I 1, 37. Contra AD (et Nonium) testatur cum reliquis de *opus est facto* Heaut. I 1, 28, in eodem uersu *Mihi sic usus est* transponens solus. Notabili exemplo Pho. II 1 agnoscit us. 11. 12, quos cum praecedente A omittit : atque fluctuasse in his uersibus ueterum criticorum iudicium non desunt indicia, quorum in numero est memoria codicum in us. 13 et 15 longe recedens a Ciceroniana. Discrepat ab omnibus libris (in parte ubi A deest) Andr. I 2, 18 *defert* exhibens pro *adfert.* Cum uniuersis errat Ad. I 1, 35. Cum EGP Donato et Arusiano Andr. I 1, 102 *imposita est* habet contra CD. *Chremes* uocatiuus in medio uersu cum AC¹F²P seruatus est Heaut. I 1, 96. Versibus Heaut. I 1, 17 usque ad *ferre denique* et Pho. II 1, 3 usque ad *Reuereri saltem* allatis apparet quo modo distinxerit.

Nos in hanc editionem uersus Pho. II 1, 13 et 15, quales a Cicerone afferuntur, recepimus.

M. Terentii Varronis studiorum in fabulis Terentianis, quibus nihil fere inerat quod cum uita populi Romani uel cum prisco sermone coniunctum esset, positorum exigua tantum uestigia supersunt. Et ad metrorum conformationem

Digitized by Google

spectant exscripta in Eun. III 4, 1 (ubi, si fides est Rufino uel Rufini libris, *in Piraeeo* scripsit aliter atque Cicero) ‚Pho. I 1, 1. Hec. III 2, 14. Ad. IV 4, 1 : de significatione uerborum sunt quae monuit in Ad. I 1, 50 et I 2, 37, solus hoc loco lectionem *Scortatur* confirmans (quae quoniam cum eo quod in sequenti uersu est *Amat* stare non potest, uiam, qua difficultas remoueatur, monstrauit Palmerius Spic. p. 732 Grut.) : laudat poëtae, qui in ethesin palmam poscit, pathos exprimendi artem in Eun. I 1, 20. 21 (‚praecise' inquit Varro ‚generat animi passionem' : Iulius Romanus ap. Charis. p. 241) : denique histrionis cuiusdam, ut uidetur, malam declamationem tangens affert Pho. V 6, 1.

In unico uersu, quem *Seneca* philosophus affert, Heaut. I 1, 25 *nihil a me* cum **ADE** ordinat (*a me nihil* **CFP**).

Quintilianus cum dicit ‚here' nunc E littera terminamus: at ueterum comicorum adhuc libris inuenio *heri ad me uenit*' in suis codicibus idem fuisse testatur Pho. I 1, 2, quod Iulius Romanus et nostri libri tenent. Ex Halmii copiis iam cognoscimus Eun. I 2, 75 *Aut* trium optimorum librorum auctoritate confirmari, u. 77 *Soror dicta est* collocari cum **A** solo. Casu sine dubio factum est, quod Eun. I 2, 5 *hunc* excidit.

In Terenti uita *Suetoniana*, qualis a Donato tradita est, Ad. prol. 15 *maleuoli* (contra **A** *maledici*), contra cunctos u. 16 *Hunc*, u. 18 *quod illis*, denique Heaut. IV 4, 1 *induxerunt* (contra **DG** *adduxerunt*) legitur.

Veteres libros antestatur *Gellius*, qui Heaut. II 3, 46 *anuis* genetiuum exhiberent seruatum etiam in omnibus nostris. Heaut. II 1, 16 *ei*, quod in **A** deest, adicit. Argutias Anniani poëtae, qui ex accentu, quem in uersu Pho. I, 2, 38 *exaduersum* habet, de pronuntiatione quoque compositi decernebat, referens et ab **A** et a reliquis falso discedit. Sed illud ualde memorabile est quod Pho. I 3, 20, quem uersum ut sententiam generalem subiungentem respuit **A**, laudat

Digitized by Google

ex ore eiusdem Apollinaris Sulpicii, qui studiorum Terentianorum monumenta nobis reliquit periochas.

Apuleius in solo, quem adhibet loco, Eun. III 2, 1 bonum uerborum ordinem tenet cum ACP.

Semel et ipse Terenti uersus citans *Censorinus* Heaut. I 2, 21 solus *ut illius est animus* collocat, cum *est* in AE omittatur, in reliquis post *animus* sit : u. 22 *bona* cum omnibus tuetur contra A *bene* errantem.

Ausonius, qui ex memoria nonnumquam uacillante orationi suae lumina Terentiana aspergere amat, Eun. II 3, 23 *pectore* (contra DG *corpore*) legit, u. 24 *graciles* cum omnibus contra Probum.

Symmachi, qui Eun. IV 7, 21 in suum usum libere transformauit, optimus liber Parisinus Hec. V 4, 8 *Quis me est fortunatior* cum libris Terentianis habet, interpolatum *hodie* in marginem reicit.

Liuii Andronici esse uetus illud dictum, quod miles suffuratur Eun. III 1, 36, referens *Vopiscus* cum omnibus contra A *et* seruando uersum corrumpit.

Is qui inuita Minerua *Querolum* scripsit, comoediae suae ornatum Terentianis uersibus intexendis quaerens de singulis quidem uerbis testis est parum idoneus : sed illud non nihili habendum, quod agnoscit uersum Bentleio suspectum Pho. III 2, 22.

Cui uersui patrocinatur etiam *S. Hieronymi* cum Donatiano coniunctum testimonium. Ceterum *e patribus Latinis* praeter hunc Augustinum tantum atque Lactantium, quantum potui, ipse antestatus sum, nullo fere inde fructu redundante. Nam Hec. II 1, 4 Hieronymus cum Donato amphiboliam agnoscit, sed ne id quidem quod bis praemittit *quid est hoc* et *quid hoc est* corrupto uersui medicinam affert. Augustinus autem Andr. II 1, 7 cum omnibus libris interpolat *tuo* : leniter a librorum memoria deflectit Andr. I 3, 6. II 1, 6. IV 3, 15. Eun. III 5, 43. Heaut. I 1, 24. Lactantius con-

Digitized by Google

sentientibus libris Pho. V 2, 15 commendat accusatiuum *uersuram*, cui ad exemplum Ciceronis ad Att. V 2, 2. V 15, 2 substituimus ablatiuum. Eodem attractionis artificio, quod praeter FG² et Priscianum probant omnes, Ad. IV 1, 18 *quam ouem* extulit. Versus illos Heaut. III 1, 89—99, quos olim similiter atque Ad. tertii actus scaenam quintam poëtae abiudicatas, tum, cum ei uindicati essent, errore in exitum scaenae post u. 103 coniectos esse uerisimile est, in exemplari suo legit.

De fide *grammaticorum*, quorum quidem libri extant, quos etiam in singulis uerbis et litteris de poëtae manu conseruanda et recuperanda religiose sollicitos fuisse expectes, ideo derogandum esse constat, quod uix ullum ad ueteres Terenti libros recurrisse, immo alium ex alio exempla transcripsisse apparet.

Pauca in paucis illis, quae *Festus* et eius breuiator ex Terentio excerpta dant, contracta aliquoties et manifesto corrupta, aliquid momenti habent ad iudicium nostrum de integritate traditae scripturae. Cum Nigidio Figulo (et Charisio) Paulus seruauit Pho. I 4, 13 *protinam* aduerbium : in collocatione uerborum Pho. I 2, 60 conspirat Festus cum ADG Donato. Quod Bentleius Pauli glossam ‚Terentius *ad fatim* dixit pro eo quod est ad lassitudinem' retulit ad Hec. II 1 41, ubi libri cum Donato *oppido* praebent : iam in apparatu nostro critico differentiam codicum familiarum saepius quam quinquagies cerni animaduertas in praeferendo alterutro ex duobus synonymis.

Cum in libris, qui *Probi* nomine inscripti feruntur, multa extare ex grammatici Berytii copiis deriuata probauerit H. Keilius, sane dolendum est ea quae Terentium spectant pauca esse numero et dignitate exilia. Nam uel in Catholicis ipsis de aperte interpolato, quod Eun. II 2, 26 praeter A (cui Cicero astipulatur) omnes libros occupauit *aucupes* exponit: erratum est in allatis Andr. IV 5, 13. V 4, 37. Hec.

Digitized by Google

IV 4, 63. Ad. II 4, 21. IV 1, 18 : quo quidem loco cum A Donato et Prisciano *feruit* tuetur. Andr. IV 5, 3 *uiuere* infinitiuum agnoscit cum **DEG** Donato et Prisciano simulque in uerbis collocandis ab omnibus recedit aeque atque Andr. II 2, 31, ubi incertum est num quod addit ‚inueni et *Chremi*' spectet ad hunc ipsum locum, ex quo paulo ante ipse *Chremis* citauit. *Gracilae*, quod noue a poëta positum ait Eun. II 3, 23, ab Eugraphio solo comperimus in libris fuisse. Coniunctiuum post *fac* sine *ut* positum Eun. IV 7, 45 habet cum Arusiano. Cum utra parte librorum fecerit Ad. I 1, 13 incertum est. Contra Diomedem *releui* perfectum cum libris tuetur Heaut. III 1, 51. Quaestionem utrum ‚coquus' an ‚cocus' scribendum sit, auctoritate Terenti (Eun. II 1, 26) soluit.

In *Donati* Artibus Terenti ita tantum ratio est habita, ut quater cacemphati, metonymiae, paroemiae ex eo exempla laudentur.

Atque ut continuo Artis commentatores adiungamus, in explanationibus eius, cui *Sergii* nomen Keilius concessit, Andr. III 2, 4 additum est *ei*, quod cum Donato **DG**^{1} omittunt : Eun. II 3, 13 *quidue est alacris* leniter erratum est, sed bene factum quod uerbum auxiliare accessit (contra **BCEP**): Eun. III 1, 10. 11 incertum est an uariam lectionem indicet, sed bene contra **C**^{2}**D**^{1}**GP**^{2} neutrum *Quod* tuetur.

Cum Sergio facit *Pompeius* in eo, quod et ipse Andr. III 2, 4 *ei* seruauit. Andr. V 4, 37. 38 ineptiorem Donati interpretationem secutus recte *odium* legit contra **C**^{2}**D**^{1}**EGP**^{2}**V**, recte item cum A**C**^{1}(**P**^{1}) Donato et Eugraphio Pho. V 2, 3 *praeter casam* : cum Donato et reliquis contra Varronem *Obsonat* Ad. I 2, 37 : cum **BCD**^{2}**EP** et Cledonio *quemquem* commendat Hec. I 1, 8 : ultra et supra Donatum nostrum est quod Eun. prol. 17 *condonabitur* habet cum A**CE**^{2} Arusiano: cum A solo *longule esse* tenet Heaut. II 1, 10, ibidem memoria falsus *scis* pro *cogitas* ponens, quemadmodum Ad. V 1, 8 *pol* exhibet pro *quidem*.

Digitized by Google

Ex *Velii Longi* animaduersionibus orthographicis duae Terentium spectant: Heaut. IV 3, 21 ex antiquorum consuetudine uindicat *miis* scribendum esse: syllabam sine uocali fieri posse probaturus cum solo A Pho. V 1, 16 *st* commendat, u. 15 cum D^2G uitiose *non is obsecro* tenens.

Quibus locis in *Charisii* arte antiquiorum Terenti commentatorum mentio facta sit, supra indicatum est. Incerto auctore in capite de aduerbiis, quod ex Iulio Romano depromptum esse constat, solus Andr. I 1, 77 praeter *Fere* quod libri tenent, etiam *Ferme* lectum esse tradit. Quo loco Fl. Caprum refert negasse *alias* esse aduerbium temporis, contra quam iudicauit Acron, Andr. III 2, 49 *istas* erratum est pro *has*, sed in ordine uerborum facit cum DG. De Acronis auctoritate dubitat Eun. I 1, 5, ubi *neque fortius* (non cum A *nec fortius*) citat. Eun. I 1, 6 *portendes* leniter erratum est pro *pertendes*, quod ADG (cum Seruio?) seruarunt. Contra Celsum de *ilicet* Eun. I 1, 9 (ubi bis lapsus est librarius) disputatum esse colligas ex p. 200. Quam obseruationem p. 218 *sincere* aduerbio ex Eun. I 2, 97 citato adiecit ‚quosdam nomen putare esse neutri generis', eam ipse alio auctore secutus est p. 81. *Mox* aduerbii significationem illustraturus ex Eun. II 1, 13 *mox reuertere* dedit pro *iam reuertere*, cum continuo subiunctum sit *aut mox noctu* e. q. s. Heaut. II 1, 13 quod Bentleius restituit *sat agitat tamen*, scimus iam uocibus ita discriminatis etiam in Charisii codice extare. Pho. I 1, 9. 10 codicis scribendi rationem attendas. *Eam* (*hanc* libri) *amare coepit perdite* Pho. I 2, 32 Celsum (cum libris) legisse refert, qui prauo ueriloquio addito cauturus fuisse uidetur, ne quis uariam quam Donatus affert lectionem *perditus* amplecteretur. Non ‚in Hecura', ut tradidit, sed Pho. I 2, 45 Celsus *hic uiciniae* quod AC^1P^1 tenent, aduerbialiter positum pronuntiauit. Cum E solo transponit Pho. I 4, 1 *celere consilium*. *Protinam*, quod contra librorum lectionem *protinus* Nigidio et

Digitized by Google

Festo auctoribus Bentleius reuocauit Pho. I 4, 13, ex leni Neapolitani corruptela *protinuñ* elucet. Aliter ab aliis personas distingui Celsus monuit Pho. IV 3, 38: sed *quantum* ab eo bis lectum esse nullum est indicium. Falso Celsus cum omnibus libris *di deaeque* Pho. IV 4, 6 legit. Contra AD idem Pho. V 8, 85 *Nonne* agnouit. Falsa distinctione Ad. I 2, 60 *Posterius* a uersu praecedente auellitur. Iusta uerborum collocatio contra DG seruata est Ad. II 1, 8. *Hilare* ab Acrone Ad. II 4, 23 lectum fuisse uidit Palmerius Spic. p. 853 Grut. Paucis exemplis bisyllabi *mihi* additur Ad. III 2, 15, *id* contra libros omisso: in eodem uersu autem cum omnibus falso *dum illos ulciscar modo* inhaeret.

Item Iulio Romano auctore Acronem tueri refert accusatiuum *duo* Ad. V 3, 23 cum A solo, sed cum reliquis *tollebas* contra AG legit: Andr. II 2, 8 male eam uerborum constructionem, quam procul habendam Donatus monet, asciuisse uidetur: Ad. V 9, 5 contra Verrium Flaccum cum Acrone et omnibus libris *ambos* accusatiuum uindicat: Eun. II 3, 13 *quidue est alacris* affert, leni errore *est* pro *es* (quod CEP omittunt) posito: Hec. II 2, 5 *meis me omnibus* recte et contra A et contra DG ordinat, u. 7 cum ADG et Donato concessum in dihaeresi iambici septenarii dactylum admittit *facilitas mea* exhibens: Ad. I 2, 31 (qui locus p. 242 uidetur male repetitus esse) recte cum ADG'V *adigis* seruat: Ad. I 2, 47 *consulis* cum reliquis contra A tuetur.

In silua obseruationum in primi libri capite decimo quinto congesta incertum an Romano auctore paruulis uitiis commaculatos habet hos locos Eun. II 3, 22. 45. III 5, 1. (Heaut. II 3, 46, ubi ‚huius' potius genetiui signum sit quam uaria lectio pro *eius*). Ad. IV 2, 45: incerto auctore liberius affertur ex Pho. I 2, 28 *contra stimulum calces.*

‚Excerpta Charisii' genetiuum *Chremi* Andr. II 2, 31 agnoscunt cum Donato et fortasse cum Probo.

Multo tenuiora ueterum studiorum Terentianorum uestigia

Digitized by Google

in *Diomedis* Arte grammatica restant. Cum D(G) Arusiano Donato Eugraphio *operam abutitur* testatur Andr. prol. 5. Probo, ut Keilius probauit, auctore perfectum *siit* Ad. I 2, 24 cum A et Donato tuetur: sed *reliui* quod Heaut. III 1, 51 commendat, non librorum solum, sed etiam Probi qui nunc fertur et Prisciani testimonio refutatur. Versum ab A spretum Pho. IV 3, 30 agnoscit: item cum uniuersis contra A *cum* habet Ad. I 2, 64 et contra A (cum E? et Eugraphio) Eun. prol. 41 *sit dictum* ordinat, ab initio uersus, ut fere (cf. Andr. II 3, 13. Eun. II 2, 22. Heaut. I 1, 81. Hec. III 1, 2. Ad. III 4, 9—12. V 3, 25), errando leniter deflectens a bona memoria. Pho. II 1, 17, ubi Donatus uariam lectionem ante oculos habuit, cum omnibus facit. Secus distinxit et intellexit Andr. V 4, 14.

Male habita sunt pleraque Terentiana, quae apud *Claudium Sacerdotem* leguntur (cf. Andr. prol. 3. I 5, 14. III 1, 7. IV 5, 13. Eun. IV 4, 30. Heaut. I 1, 41. Pho. II 3, 58. Hec. V 3, 31. Ad. III 4, 45. Ex ‚Probo' sumpsit illud *sumptus quos faciunt* Ad. V 3, 61, cf. Hec. IV 4, 63: *lectos* Ad. II 4, 21 et *huius anuis* Heaut. II 3, 46). Contra A solum *et* addit Eun. III 1, 36, *ei* Heaut. II 1, 16: interpolatum in A *de digito* Hec. V 3, 31 omittit. Falso interiectionem *heu* affert ex Heaut. I, 1, 31. Contra DG disponit uerba Andr. I 1, 23.

Ex libris incertorum, quos editores Vindobonenses cum Sacerdote emiserunt, id tantum commemorandum est, quod cum Donato solo uocatiuus *Chreme* exhibetur Andr. V 2, 5: nam quod de accusatiuo *Chremem* exscriptum est in Andr. III 2, 47, ubi *Chremen* CEP habent, etiam alios locos ibi significatos spectare potest.

Larga manu saeculo quarto uergente *Arusianus Messius* Exemplis elocutionum immiscuit Terentiana. Ex quibus ut ea, in quibus uel breuitatis causa contractum uel librariorum potius quam ‚oratoris' culpa aliquid turbatum est, secludamus

Digitized by Google

(cf. Andr. IV 1, 15. Eun. I 2, 52. II 2, 40. II 3, 6. 10. III 3, 14. IV 4, 55. V 8, 20. Heaut. I 1, 81. II 3, 60. III 1, 28. III 3, 40. Pho. II 1, 40. IV 3, 18. 52. IV 4, 1. V 4, 3. V 9, 37. Hec. I 2, 64. 94. 119. II 2, 5. III 5, 36. Ad. II 4, 5. III 4, 45. IV 2, 24. IV 4, 6. V 4, 17. V 7, 8): cum **A** solo *dicet* seruat Eun. II 3, 9 (ceterum ordine turbato), *desubito* Heaut. IV 2, 6, *uide* Pho. V 3, 20, *potis est* Ad. III 2, 46, *illa consueuit* IV 5, 32, *morae* IV 5, 78: cum **ACE**^{2} *condonabitur* Eun. prol. 17, cum **ACFP** *qui* Heaut. II 3, 60, cum **ADG** *desinit* ib. 64, *haec argenti* III 3, 40, *pergo* V 1, 57, cum **AD**^{1}**EG** *scientem* IV 8, 32, cum **ADGP**^{2} *rei foret* Pho. II 1, 41, cum **AP**^{2} *postilla* Pho. V 9, 29, cum **A** et Prisciano *adludere* Eun. III 1, 34. Contra **A** cum reliquis facit *te omni* ordinans Eun. IV 4, 55, *esse* omittens V 2, 44, *parare* non post *in animo* ponens Pho. V 4, 2, *eam* iniciens (sed corruptum in *cum*) Hec. III 3, 33, *quicum* praeferens IV 1, 40, *primum* collocans Ad. III 2, 18, *impertire* actiuum diserte testans ib. 22, *gaudia* exhibens Ad. V 4, 22. Contra **AD** ablatiuum *Bacchide* commendat Hec. I 2, 94, contra **AD**^{1}**G** *esse* infercit Heaut. IV 2, 6, contra **AD**^{2}**E** praepositionem *a* tuetur Hec. IV 4, 92, contra **AEF**^{2}**G** deminutiuum *uilli* spernit Ad. V 2, 11, contra **AC**^{1}**D**^{1}**P** *Ut* pro *Utin* tenet Hec. II 1, 2, contra **ADEG** frequentatiuum *minitaris* praefert Eun. V 6, 19. In collocatione uerborum recedit a **DG** Andr. II 1, 2. II 2, 14. Eun. III 5, 51. Pho. IV 3, 29. Ad. V 1, 3. Cum libris contra Donatum agnoscit *tradere* Pho. prol. 2, neque uariae lectionis, quam Andr. prol. 1 repperit Donatus, apud Arusianum uestigium superest. Cum Donato et Eugraphio in ordine uocabulorum facit Ad. III 4, 18. Ex Ad. III 5, quam scaenam in quibusdam non ferri tradit Donatus, us. 2. 3 excitans *ad forum* solus legit. Cum Donato et **D**^{2} optime *falsus animi est* seruat Eun. II 2, 43: cum Donato et parte librorum Andr. prol. 5 *operam* et I 1, 102 *imposita* expressis

Digitized by Google

uerbis probat: uariam lectionem a Donato allatam *foris* Ad. V 8, 26 cum omnibus contra $C^1F^1P^1$ amplexus est: Nigidii et Festi *protinam* spernit in Pho. I 4, 13 male ab ipso habito: *satagit*, non cum Charisio *satagitat*, legit Heaut. II 1, 13. Male cum D in *militiam* detorquet *malitiam* Hec. II 1, 6. Post *fac* cum Probo *ut* omisit Eun. IV 7, 45, idem *ut* cum C^1P^1 Hec. IV 4, 64, contra AD II 2, 20 (ubi ne *huc* quidem cum reliquis substituit). Solus contra reliquos Andr. V, 5, 8 *solum solide*, Heaut. II 3, 101 *In utramuis aurem* transponit, *illoc* dat pro *isto(c)* Eun. V 2, 44, *incipit* pro *occipit* Heaut. II 3, 78, *fuerunt* pro *fuere* II 4, 19, *proripuit* pro *corripuit* Hec. IV 1, 3: neque praetermittamus Ad. III 2, 18 *sublimen* extare in Vaticano codice. Melius quam librorum *egomet* est *ego* seruatum in Eun. V 2, 5. Regula praeposita uindicat scribendum esse *ab hoc me libera m. metu* Andr. II 2, 14, fortasse etiam *inlusi in uitam filiae* V 1, 3, uix *Amicus summus mei* Pho. I 1, 1: etiam in *dederat mutuo* Heaut. III 3, 40 solitum corruptelae genus quam exquisitam uariam lectionem agnoscere praestabit.

Soli Arusiano debetur datiuus *uxori* Ad. V 8, 6: ib. II 3, 9 aequabilitatis studium effecit ne contemneremus indicatiuum *postputauit*.

Optimis quidem fontibus etiam in Terentio usus est *Nonius Marcellus*: sed praeterquam quod prauo saepe iudicio lapsus bonorum librorum memoriam perperam intellexit, saepe in exscribendo transpositiones et compendia admisit, saepe etiam neglegenter glossas manui poëtae adiectas transcripsit (u. Andr. III 3, 2. Eun. II 3, 67. III 1, 25. V 5, 3. V 8, 57. Heaut. II 3, 70. Pho. I 2, 96), libri ipsius hodie ea est condicio, ut ei, qui cunctos locos a Terentianorum librorum et testium memoria discrepantes enotet, uerendum sit, ne librariorum potius sordes, quam bonorum Nonii fontium imaginem repraesentet. Itaque omissis manifestis erroribus et illis, ubi nulla fides est exemplaribus Nonii, grauiora tantum

Digitized by Google

exscribamus. Et Bembino soli accedit Eun. IV 4, 17 *Nunc tibi uidetur* testans, V 8, 46 *feceris*, Heaut. (prol. 10 *Num*) II 3, 73 *nec memorabile*, Hec. III 4, 3 *quantum*. Cum **A G**^{1} *hunc* omittit Andr. V 4, 53, cum **A D G** et Donato ordinat *lepide laute* Eun. III 1, 37, cum **A G** *opus facto est* Heaut. I 1, 28, cum **A D** Donato et Eugraphio *domi* seruat Eun. IV 7, 10, cum **A D G** Donato *delatam* Pho. I 2, 100 et *propino* Eun. V 8, 57, cum **A D E G** Donato *prorsus* Eun. V 8, 52, cum **A D** *ipse* Ad. I 1, 53, (etiam *Corinti anus* Heaut. IV 1, 16 est *Corinthia anus*, ut est in **A D G**), cum **A F**^{1} **G**^{1} *obtemperet* Ad. III 3, 80, cum **A C**^{1} **D**^{2} **P**^{1} Donato *homo* Eun. V 8, 52 (sed libri Nonii uariant), cum **A C**^{1} **G P** (et Donato) *asymbolum* Pho. II 2, 25, cum **A** et paene omnibus *Quod* Eun. III 1, 11. Cum **D**^{1} Donato et Eugraphio *paues* tenet Andr. II 2, 12, cum **D G V** et Donato *deorum uitam* V 5, 3. A Donato solo allatam uariam lectionem *animum adtendite* habet Andr. prol. 8, non item quas idem commemorat in I 1, 140 *Cui mihi expurgandus* et in Pho. II 2, 16 *tennitur* : neque cum eo facit *edico* ex Andr. I 1, 33 citante : neque quod Donatus ex Andr. V 3, 16 profert *ueritas* exscripsit, sed *seueritas*. Cum Eugraphio (et paene cum **A**) consentit Eun. II 3, 98. Contra **A** cum reliquis *iunceas* praefert Eun. II 3, 25, *deficies* Pho. I 4, 52, *patrem* III 1, 13, *gaudia*, ut uidetur, Ad. V 4, 17, interpolat *aut* Eun. III 5, 10, omittit *me* Hec. IV 2, 21 et interpolatum *de digito* V 3, 31. Contra **A** et Donatum *adfuisse* habet Ad. III 3, 2, contra **A D G** *et* Heaut. IV 8, 14, contra **A** et multos cum **C**^{1} **D**^{1} **E**^{2} **F P**^{1} *conuasassem* Pho. I 4, 13, item cum **C D**^{2} **P** *sit* II 2, 27 (sed *cum* praemisso pro *dum*) : num *dissignauit* contra **A E F**^{2} legerit Ad. I 2, 7, incertum est. Contra **D G** *aduersum* cum ceteris habet Pho. III 2, 35, non agnoscit eorundem et Prisciani *in subsidiis* I 4, 51, neque Prisciani solius lectionem *conferendus* Eun. IV 4, 14. Cum uniuersis libris falso dat Andr. I 1, 43 *huic uiciniae*, tenet *protinus* Pho. I 4, 13 et,

Digitized by Google

quod in hanc editionem non est receptum, *egone* Heaut. V 1, 77.

De distinctione iudicium profertur uel significatur eis quae exscripsit ex Andr. prol. 22. Eun. prol. 1. 2. Heaut. I 1, 49. 50. I 2, 11. Pho. II 1, 3.

Ex eis quae propria sibi habet uix dignae sunt quae respiciantur transpositiones, quas Andr. III 3, 34. Eun. V 8, 27. Heaut. III 1, 46. V 2. 11. Ad. II 2, 9 admisit: antiqua auctoritate non carere eam, qua semel inuertit *Capiebat statim* Pho. V 3, 7 uidit Bentleius. Neque sine auctore Andr. II 3, 29 *caue ne te tristem sentiat* placuisse Nonio ex Seruii refutatione discimus. Ipse Nonius interpretes Terenti uituperat p. 48 Merc. Diserto testimonio solus asserit scribendum esse *rumpere* (pro *erumpere*) Eun. III 5, 2, *uereri* (pro *reuereri*) Pho. II 1, 3, *uetustatis* (pro *uenustatis*) Hec. V 4, 8, fortasse etiam *adnuerim* (pro *innuerim*) Ad. II 1, 17: pro eo quod semel commendat *offendi* Eun. II 2, 3 ipse alio loco uulgatum *Conueni* habet: atque id quod codices iam praemittunt *Emulgere* eidem illustrant subiecto *emunxi* ex Pho. IV 4, 1, quod idem alio loco agnoscitur. Quod in eodem uersu *senem* cum Arusiano pro *senes* habet, non magis nos mouet quam quod Andr. V 5, 4 *uoluntates* pro *uoluptates*, Eun. IV 1, 14 *illi* pro *illinc*, Heaut. IH 1, 50 *para* pro *uide*, Hec. V 3, 38 *inducam* pro *adducam*, Ad. IV 2, 15 *qui uult* pro *quidem*, Ad. I 1, 6 *ea* pro *illa*, I 2, 7 *ante* pro *antehac* obiter citando affert uel quod Hec. III 4, 24 *me* omisso et *illic*, quod in libris est, et uersum seruat: neque initium uersus Andr. I 1, 139 confusum cum I 2, 19 ad mutationem allicit. Sed uersui labanti succurrit Nonius Ad. II 3, 10 pro *amorem* praebens *laborem*.

Cledonius exemplaribus Terentianis non inspectis temere mutatos affert hos locos: Andr. IV 5, 18. 19 (ubi quidem *grandiuscula* cum omnibus tenet), Eun. IV 4, 10. 11. Hec. I 2, 104, *mulier* pro *uirgo* ponit Eun. II 3, 30. Versum Pho.

Digitized by Google

IV 3, 30 ab A spretum agnoscit: ab interpolatione quae in A irrepsit Hec. V 3, 31, liber est: contra AF cum omnibus et Pompeio *quemquem* legit Hec. I 1, 8, Cum $AC^1D^2(P^1)$ Donato Nonio Pompeio *odium* seruat Andr. V 4, 38 quamuis inepte interpretans. *Faxis* cum A solo pro *fac sis* legit Eun. II 3, 20.

Apud *Consentium* Keilius restituit genetiuum *Chremi* ex Andr. II 2, 31 allatum cum Donato et Excerptis Charisii. Corrupta sunt exscripta ex Eun. III 1, 10. 11, ubi *qui* tuetur cum C^2DGP^2. Illa *mitte ista atque ad rem redi* incertum est utrum desumpta sint ex Ad. II 1, 31, ubi omnes in ea lectione conspirant, an ex Heaut. II 3, 78, ubi *ista atque* a D^1G solis interpolatum est.

Bene *Agroecius* et Eun. I 2, 74 et cum solis AD^1 *eu* aduerbium seruauit Pho. III 1, 14. Cum omnibus *puere* uocatiuum spreuit Hec. IV 4, 97. Licenter deflectit a libris afferens Eun. II 3, 65. IV 4, 51.

Priscianus, qui exposita a Donato in Andr. III 3, 4 (et plenius exposita quam nos) legisse se bis testatur et eundem respicere uidetur in Andr. II 1, 10, persaepe quidem cum Donatianis quae nos nouimus consentit, sed tamen non ita constanter ut totus ab eis pendere dicendus sit. Atque ut nihil dicamus de locis, quos licentius inuersa contracta dilatata ex memoria exhibet (cf. Andr. prol. 2. I 1, 15. 31. 91—93. I 2, 7. I 5, 19. II 1, 19. II 2, 13. III 2, 22. III 3, 36. IV 1, 15. IV 2, 4. 19. 26. 27. IV 4, 5. IV 5, 2. V 2, 2. 25—27. V 4, 29. Eun. I 2, 24. 104. II 2, 12. II 3, 11. III 1, 10. 42. III 2, 2. 15. 33. III 5, 44. IV 2, 13. IV 3, 3. IV 4, 10. 11. 14. 26. IV 6, 12. 18. IV 7, 21. V 1, 7. V 5, 16. V 8, 2. Heaut. I 1, 15—17. II 3, 30. IV 1, 6. IV 8, 2. Pho. I 2, 20. 36. 43. 44. I 3, 2. I 4, 1. 20. II 3, 27. 56. 71. 82. IV 3, 6. V 4, 3. V 5, 9. V 6, 31. Hec. IV 4, 10. Ad. I 2, 30. II 4, 5. III 2, 32. III 4, 14. 15. IV 2, 43. IV 4, 20. V 3, 29. 41. 61. 62. V 8, 8. 12), cum libris qui ex Donato correcti sunt facit Andr. I 5, 52 *utraeque res*

Digitized by Google

inutiles citans, 58 *haec te*, II 3, 3 *sibi esse iniurius uideatur*, III 2, 21 *tibi istaec*, 24 *occepi*, III 5, 2 *nulli*, 8 *nunc me*, IV 1, 15 *adeon*, IV 4, 6 *litigat*, 29 *heri uidi*, IV 5, 3 *uiuere*, 9 *sic*, Pho. I 4, 1 *reppereris*, 51 *in subsidiis*, III 3, 16 *Tum igitur dum licet dumque adsum*, Ad. III 3, 43 *coeperet*, IV 1, 18 *quasi ouem*,[1]) IV 5, 72 *ibo* (cf. etiam Andr. II 2, 24. Hec. III 5, 15) : cum eisdem accedente Bembino : Andr. V 4, 20 *naui*, Eun. II 3, 13 *es alacris*, III 2, 15 *aut*, Heaut. V 2, 41 *istanc*, Pho. I 3, 2 *aduenti*, II 1, 71 *faenore* (ubi etiam in nostrum Donatum intrusum est *uel*), IV 4, 5 *redit*, Ad. V 2, 11 *uilli*, (cf. Pho. IV 3, 16). Cum A et Donato contra reliquos dat *seruorum* Ad. III 4, 34, *feruit* IV 1, 18, cum eisdem astipulantibus CP *penum omnem* Eun. II 3, 19, C¹EP *quid illo faciemus* V 1, 21. Contra A cum reliquis praebet *dixi* et *audieris* Ad. V 4, 19, *suam* Eun. prol. 32, *fictum* I 2, 24, *dices* II 3, 9, *potesse* IV 3, 24, *attinere* IV 6, 6, *non posse fieri* IV 7, 9, *exaduersum ei loco* Pho. I 2, 38, *collocatam filiam* V 1, 32, *aiunt* V 2, 3, *parare in animo* V 4, 2, *primum* Hec. I 2, 102, *iligneis* Ad. IV 2, 46, *ipsis* IV 3, 17: contra ACP¹ interpolat *fidem* Pho. II 3, 4: et quod legit *excludito* Pho. V 8, 96, non ex *exculpe* (sic A), sed ex *exclude* deprauatum est.

Variarum lectionum a Donato allatarum rationem non habuit Andr. prol. 8. IV 1, 29. V 1, 6. (Eun. II 3, 19). Pho. prol. 2. Ad. I 2, 72. II 1, 46. A DG recedit cum reliquis Andr. I 1, 23 *facere in hac re te* exhibens, Eun. III 4, 10 *sciscitari*, Heaut. prol. 26 *quare*, Pho. II 1, 71 *nullo alio* : ab eisdem coniunctis cum A Andr. V 4, 20 *apud* agnoscens, Eun. III 2, 15 *nostris*, Pho. III 2, 46 *ut ut*, V 1, 32 *Quicum*.

Bembino accedit contra reliquos omittens *amare* Eun. II 3, 8, *autem* Pho. IV 3, 60, *forte* Hec. III 3, 11, (*eos* Ad.

---

[1]) Ineptum illud *iouem*, quod schol. D addidit, etiam in uno Prisciani codice legitur.

Digitized by Google

V 3, 41), commendans *ea est indutus* Eun. IV 4, 40, *atqui* IV 6, 20, *deficias* Pho. I 4, 52, *Enim* inceptiuam particulam Ad. II 1, 14, *norimus inter nos* II 4, 7, (cf. Hec. I 2, 64): cum A et Arusiano habet *adludere* Eun. III 1, 34, cum A C¹ *uecti* IV 7, 4, cum A E² *Archonidi* Heaut. V 5, 21, cum A C²F *a studio* Pho. prol. 2, cum A C¹P¹ *casam* V 2, 3: propius a Bembini quam a reliquorum memoria abest Eun. IV 6, 12: eandem interpolationem, quae Bembinum occupauit, admisit Eun. III 1, 8: uariae lectionis fortasse uestigium est, quod Eun. III 2, 36 *ego te esse* habet cum Schematis rhetoricis Parisinis, cum *quem te ego esse* A, *quam ego esse* reliqui exhibeant.

Leniter transpositos solus Priscianus habet hos locos Andr. II 2, 33 *Daue hodie*, IV 2, 29 *fac ut ad me uenias*, Eun. V 3, 11 *hunc excruciem meo modo*, V 6, 3 *Solae mihi*, Heaut. V 4, 4 *Quod uolo aut peto*, Pho. III 1, 10 *Numquid subolet patri*, (Andr. IV 5, 3 *honeste in patria* etiam Probus ordinat). Solus in minutis a reliquis discedit Andr. IV 4, 24 *cuius* (pro *cuium*) praebens, 48 *ne te credas* (pro *non te credas*), IV 5, 12 *attuli* (pro *appuli*), Eun. II 3, 28 *seu—seu* (pro *uel—uel*), V 2, 45 *ah nihil* (pro *nihil* : ceterum caue in eo uersu quicquam de personarum distributione colligas e Prisciani testimonio), Hec. III 4, 7 *ego* (cum E pro *eo*): ne illud quidem nos mouet quod Eun. III 2, 43 *plura* habet pro *multa*, IV 4, 14 *conferendus* pro *comparandus*: sed non nihili est quod Ad. III 3, 42 bis *ac non* habet pro *aut non*, et quod semel affert *decurso spatio* (quater *decurso iam spatio*) Ad. V 4, 6 pro *iam excurso spatio*, Bentleius unum uerum duxit. Semel *Id quidem* Ad. IV 2, 39 recte tenet, sed altero loco diserto testimonio *Hoc quidem angiportum* indidem affert: cui exemplo neutri opponit masculinum ex Pho. V 7, 8 *in angiportum hunc*, quod nullus liber agnoscit. Expressis uerbis patrocinatur prauae lectioni *huic uiciniae* Andr. I 1, 43 (cum omnibus), *ei* datiuo, ut ipsi uidetur, (omittunt CP) 79, uersui mire deprauato

Digitized by Google

ab ipso V 3, 14 *Nuncine demum istud uerbum in te incidit* (ubi u. Hertzii annotatio), perfecto *releui* Heaut. III 1, 51 (contra Diomedem), reduplicato perfecto *praecucurrit* Hec. III 3, 11 (contra omnes praeter B), *primo* aduerbio Andr. I 1, 47 (cum Nonio et Seruio) : graecis locutionibus ex aduerso positis male Andr. II 6, 16 *aliquid* pro *aliquantum* et contra libros uindicat pluralem *stimulos* Pho. I 2, 28, qua in re consensu gaudet solius Incerti de generibus Vindobonensis (qui idem unus cum antiquis editionibus *nam quae* habet pro *namque*). De declinatione nominum ‚Laches' et ‚Chremes' testatur in his, quod *Chremis* genetiuum (contra Donatum, Excerpta Charisii, fortasse Probum) Andr. II 2, 31, uocatiuos *Chreme* Andr. III 3, 18 cum omnibus, V 2, 27 contra EG, *Lache* Hec. IV 4, 11 cum A solo commendat : accusatiuos *omnis* Andr. V 4, 43, *parentis* Heaut. V 4, 4 (contra A), *compluris* Pho. III 2, 35, ablatiuum *naui* Andr. V 4, 20 (cf. Heaut. I 2, 8. *uecti* Eun. IV 7, 4) confirmat. Scribendi consuetudinem spectant, quod *Hoccine* Andr. IV 1, 1 quasi indubitatam formam affert, simplici D *reducere* Pho. I 2, 36, geminata M *dimminuetur* Ad. IV 2, 32 instruit, aphaeresin uocalis in secunda persona uerbi auxiliaris in libris suis (quomodo est in nostris) reperisse se innuit, cum *meritus* Andr. III 5, 15 participium pro uerbo esse inepte exponit, *deuerticulum* habet Eun. IV 2, 7. (cf. Hec. III 5, 15).

Ex eo quod licentius inuertens ex Ad. III 2, 52 *accedo ut rectius dicis* exscripsit uix dubium est quin indicatiuus recipiendus sit prae *dicas*. Ex Prisciano *id* Bentleius inseruit Andr. III 2, 48. Cum eodem obsecuti sumus Prisciano Pho. IV 1, 23 restituentes *Neque defetiscar usque adeo experirier.*

Eutyches (cuius excerpta nonnulla iam ex editione Keilii corrigenda sunt) uno tantum loco eadem Terentiana atque Priscianus eius praeceptor adhibet ibique licenter immutata, Pho. V 8, 25. 26, pariter atque Andr. V 3, 28: leniter in libris

Digitized by Google

erratum est etiam Eun. V 5, 3 et Pho. I 4, 13, quo quidem loco contra A cum $C^1D^1E^2F^2P^1$ Nonio Charisio *conuasassem* daturus fuit. Aeque contra A *patrem* habet cum omnibus Pho. III 1, 13 et coniunctiuum *dilapidet* contra A C^1 Pho. V 8, 4. Ex usu scribendi falsum de formationis lege collegit *lani* Eun. II 2, 26 per apocopam factum iudicans. Cum D^1 Donato (et Eugraphio) *lactas* tenet Andr. V 4, 9: cum omnibus *Obsonat* contra Varronem Ad. I 2, 37: uocem spondiacam ante dihaeresin iambici octonarii cum uniuersis tolerat Ad. II 2, 12 *nescis inescare* exhibens.

Ut pauca Isidori, Bedae, Aldhelmi excerpta praeteream, *Alcuinum*, quem errore dudum exploso C. Barthius sub Calliopii persona latere suspicatus est, moneo nihil quicquam habere, quod non mutuatus sit a Prisciano : neque enumerare refert locos quos neglegentius immutauit.

In paucis illis, quae ex *glossariis* delibauimus, animum aduertas ad *despicatam*, quod Eun. II 3, 93 in A ipso glossa *despectam* expulsum est, et ad *confit*, quod cum Donato solo ex Ad. V 8, 23 affertur. De satis magno numero locorum, quos ‚Lexicon Maii' (h. e. Thesaurus saeculo duodecimo in Gallia uel Britannia scriptus in Vol. VIII. Classicorum Auctorum emissus) ita plerosque inuersos exhibet, ut ad uerba poëtae constituenda nihil fere ualeat, supersedeo hic exponere.

Nihil prorsus inest in libris *Rhetorum Latinorum* quod momentum habeat ad Terentianos uersus emendandos. Nam quae Iulius Rufinianus ex Heaut. III 3, 2 affert, ex uicinitate uersuum Vergilianorum leuem labem traxerunt: Eun. III 2, 36 in Schematis dianoeas Parisinis manifesto deprauatus est (ceterum u. p. LXI). Quis uero Marciano Capellae aliquid tribuat Ad. I 1, 30 *instituerit* citanti pro *insuerit?*

In praestantissimis quae *in Vergilium* extant *scholiis Veronensibus* dolendum est, quod in unico uersu Terentiano

Digitized by Google

quem habent Andr. I 2, 18 desideratur uerbum, quod in codicibus est *adfert*, apud Ciceronem *defert*.

In Commentariis *Seruianis* paucae reliquiae insunt studiorum ueterum in Terentio positorum. Inepte ‚quidam' reprobare dicuntur lectionem, quam solus Nonius seruauit, *caue ne te tristem sentiat* Andr. II 3, 29: cum Donato fere consentiunt quae de uerbena monentur in IV 3, 11: neutri *Quod* Eun. III 1, 11 cum **A C¹ D² E P¹** seruato adicitur interpretatio ‚id est quae res in te est.' Sed non magis quam a reliquis testibus unius alicuius ex nostris recensionibus constanter obseruatae a Seruio uel a compilatoribus indicium est: quamquam propius, quam a ceteris, abest a **D G**. Nam ut praetereamus locos transpositione, interpolatione, contractione affectos (cf. Andr. I 1, 47. I 2, 28. II 1, 30. II 6, 27. III 3, 7. 23. IV 1, 5. IV 2, 25. IV 3, 11. V 5, 4. Eun. I 1, 14—16. 22. II 3, 65. 66. III 2, 21. III 5, 53. IV 5, 3. V 3, 4. V 4, 3. 13. 21. V 8, 31. 52. Heaut. I 1, 4. I 2, 18. II 1, 13. 16. V 1, 9. Pho. I 2, 12. I 3, 23. 24. II 1, 81. III 2, 40. V 1, 5. V 4, 7. V 5, 2. V 8, 29. 85. V 9, 25. Hec. I 2, 32. II 1, 15. II 2, 27. III 1, 40. 41. Ad. I 1, 3. II 1, 43. II 2, 23. III 2, 21. III 3, 7. 23. 24. III 4, 45. IV 5, 31. 47. 64. V 3, 63), numquam cum **A** solo facit, nisi in *me* omisso Heaut. I 1, 20 (ubi quidem contra **A** et reliquos etiam *dices* omittit) et in eo quod Lione teste ‚al.' Ad. IV 2, 21 *modo* addunt in exitu uersus. Contra **A** autem cum reliquis consentit Eun. I 1, 116 *fac sis* exhibens, II 2, 57 (ubi semel Donatus cum **A** stat) *quae placeant*, Heaut. II 3, 124 *quendam offendi ibi militem*, Pho. V 8, 85 *deportarier*, V 9, 25 *quae sit ignoscenda*, Ad. III 3, 24 *Paulisper*, uersum agnoscens Pho. IV 3, 30: contra **A D²** Heaut. II 3, 138 *si sapis*, contra **A D** Pho. V 8, 85 *Nonne*, contra **A** et Arusianum Ad. IV 5, 32 *cum illa*. Etiam quod Eun. IV 4, 17 corruptum legitur *Nunc heu* (pro *eo*) *uidetur*, cum **C P** congruit et contra **A** et contra **D E F G**: contra **A D E G** ordinat *morbus est* Pho. IV 1, 9. Contra

Digitized by Google

Donatum imperatiuum *responde* tuetur Andr. V 2, 8. Cum omnibus contra D'G *At* interpolat Pho. II 1, 81 : contra DE *qui* seruat Heaut. II 3, 60. Cum A CP et Eugraphio bene disponit uerba Eun. III 2, 1, cum A C' *uecti* ablatiuum commendat IV 7, 4 : cum A C'D P' (Donato Nonio) *homo* tenet V 8, 52 : cum CD *illam* singularem praefert Ad. III 4, 52. Cum Nonio et Prisciano *primo* pro *primum* scribit Andr. I 1, 47. *Proluuium* cum Nonio (nam librorum hic nulla est auctoritas) agnoscit Ad. V 9, 28

Optime consensu suo simplex *mereat* a Donato servatum comprobat Andr. II 1, 31. Cum DG (uel alterutro)[1]) contra reliquos habet accedente Donato *poni* Andr. II 1, 31, *par pari* Eun. III 1, 55, conspirantibus EV Donato *restat* Andr. V 6, 17, consentiente A *pertendes* (leniter errans *pertendas*) Eun. I 1, 6, *quidue es alacris* II 3, 13, *ilicet* Ad. V 3, 5 *turbas* V 7, 9, omittit *ea* Pho. V 5, 2.

Cum uniuersis libris nominatiuo *Hecyra* recte patrocinatur Hec. prol. 1, *Si adeo* habet Eun. II 3, 21, *credere est* Heaut. I 2, 18, *natu grauior ignoscentior* IV 1, 32, *et quibus* Ad. I 1. 11, cum omnibus praeter F *sat agit* Heaut. II, 1, 13.

In eis, quae sola praebent Seruiana, pessime se habet *sertum* (pro *sentum*) Eun. II 2, 5 : quod bis *hic homines* ex u. 37 excitat, quis credat Terentium in duobus uersibus sese excipientibus neque alibi nominatiuum *hisce* (ex quo illud *hic* corruptum fuerit) posuisse? Librarii culpa etiam in eo cernitur, quod ad Vergilianum ‚remordeo' ex Eun. III 1, 55 iam non simplex, sed uitiose compositum *remordet* allegatur: librarii corruperunt quod ipse commentator dabat *ostentam* in frequentatiuum Eun. III 5, 57. Vix digna sunt quae commemorentur, quod Heaut. I, 1, 37 *depone* (pro *adpone*), Pho.. prol. 20 *Beneficiis* (pro *Bene dictis*), I, 2, 69 *rediret* (pro *redisset*), Hec. I 2, 4 *quaerit* (pro *quaeret*), Ad. IV 1, 21 *en* (pro

[1]) Andr. I 1, 59 codex Fuldensis cum D² *illud* habet pro *illi id.*

Digitized by Google

em) apud Seruium edita sunt. Sed non est praetereundum, quod diserto testimonio Pho. II 1, 39 *pro te* (pro *cum te*) confirmat et quod Andr. V 5, 3 codicum **DGV** (nam de **A** non liquet) et Nonii lectionem *deorum uitam* in metrum cogit *eapropter* pro *propterea* scribens. Sed nos nihil Seruio auctore mutauimus, nisi quod dedimus Andr. III 5, 4 *Ego*.

Bonis libris usus est *Philargyrius*, cum nominatiuum pluralis feminini *haec* Eun. III 5, 34 (cum **AEF**^{2}) et *illaec* Hec. IV 3, 12 (cum **A** solo) tuitus est, bonis item, cum uerbum substantiuum Ad. IV 7, 10 (cum **A** solo) omisit atque cum Heaut. II 3, 60 *qui* (non *quae*) contra **DE** dedit.

In *scholiis Bernensibus* ab Hagenio nuper editis Andr. II 5, 18 uaria lectio Donati, quam recepimus, aperte respuitur.

In Ti. Claudii *Donati* Commentario Vergiliano Hec. I 1, 16 *illi* interpolatum est contra **AD**^{1}, in deterius mutatum est Andr. II 1, 5. 6. Eun. IV 3, 6. Heaut. II 3, 15. Pho. I 2, 57. 89.

In *Acronis* quae nunc feruntur scholiis Horatianis[1]) (aeque atque in Vergilianis Seruii) frequentior cum **DG** consensus deprehenditur. Nam cum his transponit Andr. III 2, 49 *has fieri*, Eun. II 2 7 *me noti*, cum **D** *cum istoc odio* Hec. I 2, 59: cum **DG** uidetur transposuisse *uetus uietus* (sic antiquissimus liber Parisinus) Eun. IV 4, 21: cum **AD**^{1} singularem *foris* agnoscit Ad. II 3, 11, quamquam liberius inuertit *quidnam concrepuit foris*. Sed contra **AD** *es perpetuo* collocat Hec. III 3, 46, ubi non Donatianum *data*, sed cum omnibus *bona* recepit. Cum **AC**^{1}**D**^{1}**EP**^{1} *Quod* tenet Eun. III 1, 11. Solus contra consuetudinem inuertit *nosmet nostri* Pho. I 3, 20 : ordine soluto affert etiam Ad. II 1, 33. Utrum Andr. IV 5, 10 recte cum Donato distinxerit an cum libris praeter **D** *sic* om-

[1]) Quae ex Hauthali editione accesserunt, u. in Addendis et Corrigendis.

Digitized by Google

nino non legerit ambiguum est. Mira peruersitate cum *Porphyrione* in eo consentit quod post Messalam Terentium Hec. prol. II 26 *funambuli* dixisse refert.

In *scholiis in Lucanum* aeque atque in Seruianis defenditur nominatiuus *Hecyra* Hec. prol. 1 Erratum est cum omnibus praeter A (qui ipse quoque peccat) Pho. II 3, 83 *feras*. Contra libros *possis* pro *possit* scriptum est Andr. II 1, 5.

Scholia in Persium immutant *perfluo* Eun. I 2, 25 in *effluo*, *Quot homines* Pho. II 4, 14 in *Quot capita*, corrumpunt Ad. III 3, 55.

Iuuenalis scholiasta Pho. IV 1, 9 *morbus est* ordinat cum CFP Seruio : facili errore Andr. V 3, 7 *uultus* interpolat pro *color*. Vitiose inuertit Andr. I 1, 50—52. Eun. I 1, 22. Heaut. II 1, 16. Pho. V 9, 53. Ad. II 2, 5. V 7, 17.

In *Lactantii Placidi* scholiis Statianis lenibus erroribus affecti afferuntur hi loci Andr. I 5, 31. II 1, 28. 29. IV 1, 3. 4. Hec. prol. II 1. 2. Ad. III 2, 16. IV 4, 26 : mire Ad. II 1 quasi u. 38. 39 fuerint ante u. 26—28 exponit: peccarunt librarii quod illud *senium*, quod ex Eun. II 3, 11 illustrabat, cum omnibus contra A et Donatum in *senem* mutauerunt: eodem loco contra A cum reliquis *omnes* interpolat et solus turbato ordine *perdant senem* habet. Vix e libris est quod Andr. IV 1, 24 *deluderes* substituit pro *produceres*. Contra A cum reliquis *pararis* bene tenet Heaut. V 2, 23, contra AD *coges* Ad. II 1, 39, contra ADG male *per alienas* Eun. III 5, 40. Cum uniuersis uersu laborante scribit *accedo* Ad. III 2, 52, *mensis hic decimus est* III 4, 29.

Personatus Asconius in scholiis in Ciceronis Verrinas ter recedit a Bembino : quod Pho. II 1, 37 *est* (non *abest*), II 3, 41 *noris* (non *nosses*), Eun. II 3, 20 non quidem *fac sis*, sed tamen *fac ut* praebet. Pho. II 1, 37 uitiose *in noxa est* habet cum $D^1E^2F^1G^2P^1$, II 3, 40 *en* propius ad *em* (sic ACP) quam ad *hem* accedit.

Tantum de Testimoniis : nonnulla quae colligentem et

Digitized by Google

conscribentem me fugerant, inuenies in Addendis : complura non ignoro adicienda esse.

Nullum autem ex testibus apparuit ita cum una uel altera familia codicum Terentianorum conspirare, ut ab eius auctoritate pendere dici possit. Iam uero si, quae singulorum subsidiorum dignitas sit, breuiter adumbrandum est, ita ea gradibus ordinabimus, ut *Bembinum* dicamus esse ad quarti uel quinti saeculi h. e. recentiorum quidem hominum usum a uiro non sane docto accommodatum et scribae neglegentia admodum pro uetustate mendosum neque glossematis liberum, sed uel sic a bona prosapia non ualde degenerans et plurimorum bonorum feliciter tenax exemplar. Cuius simile aliquod et fortasse melius inter ea fuerit, quibus adiutus *Donatus* ad commentandum poëtam accessit, instructus idem insignium grammaticorum ueterum uel integris commentis uel excerptis ex eis delibatis uel studiis Terentium spectantibus per aliam occasionem prolatis.

Post Donatum antiquioris sermonis latini et metricarum legum cognitione iam uacillante *Calliopius*, bonis et ipse libris non temere usus, abstersa nobili uetustatis robigine et in dimetiendis uersibus sibi sapiens[1]) in elegantiorum lectorum usum editionem parauit, cui fortasse iam ipse egregii ornamenti loco accedere uoluit histrionum personatorum a capite singularum scaenarum affabre pictas imagines ad bona et antiqua exempla expressas. Cum huius autem recensionis

[1]) Etiam in *membrana Tricassina* (saeculi octaui) Andr. I 5, 42—55 tenente, quam descripsit Libri in ‚Journal des Savans' a. 1841 (mens. Aug.) p. 478, quae u. 45. 52. 58 integrae recensionis Calliopianae lectiones tenet, duo extremi uersus eodem modo atque in P (u. Addenda) in tres discerpti sunt. Ad archetypon autem reuocandam esse uersuum distinctionem quae in FP est colligitur ex eis quae notata sunt in Eun. III 3, 10. Heaut. II 3, 53—55. 72. II 4, 25. III 1, 95 III 3, 6. 21. 27. 28. 29. Pho. I 4, 16. 17. 18. V 1, 1. 2. Ad. I 2, 40. 41. 42. II 1, 3. 4. III 2, 4. 5. III 3, 5. 6. IV 1, 7. 8. IV 4, 1—9 (sed u. 6. 7 Bentleius ‚ueterrimum' suum h. e. Dunelmensem ait aliter ordinare).

Digitized by Google

exemplari doctus aliquis, ut tempora erant, grammaticus, qui et Seruii Commentum Vergilianum et Priscianum adhibuit, *Donati commentum, excerptum et transcriptum illud in codicem Terentianum ex eadem, ad quam Bembinus pertinet, familia oriundum*, legit atque ex eo quae ipsi placebant transtulit. Sic exemplar ortum est Victoriani et Decurtati, correcturis et adnotamentis ita refertum, ut illis, qui id describebant, in singulis fere uersibus difficultas legendi creata et errandi periculum obiectum fuerit. In reliquis autem libris, qui neque cum integra neque cum ea quae ex Donato correcta est recensione Calliopii consentiunt, non consilium diorthotae alicuius ad antiquiores fontes regredientis, sed nouiciorum librariorum hinc illinc diuersarum familiarum lectiones decerpentium et contaminantium libidinem et raro iudicium agnoscimus. Atque ex eius generis libris, ut summatim complectar, quae alio loco fortasse exponendi mox occasio data erit, editiones antiquae, *quotquot mihi innotuerunt*, usque ad Faërnianam deductae sunt.

Iam, postquam quae praeter librorum Terentianorum memoriam testimoniorum fidei credentes uel cedentes mutauimus, suis locis indicata sunt (u. p. XLII. XLIII. XLVI. XLVII. LVI. LVIII. LXII. LXVI.), restat ut sub uno conspectu ponantur, quas Editionibus uel libris recentiorum debemus coniecturas. Et ex ANTIQUIS EDITIONIBUS, quarum in numero etiam curatam ab ERASMO Basileae a. MDXXXII (ER.) comprehendimus, — sed ex ea quoque saepe incerto inuentore — haec recepimus: Andr. I 5, 54 *Quod ego per hanc te dextram* II 3, 4 *tuum ut sese habeat* II 6, 8 *Huiusce propter consuetudinem hospitae* (ER.) 18 *Quid id est* (ER.) III 2, 29 *Ne tu hoc posterius dicas* III 5, 4 *numquam id* (ER.) 10 *consiliis tuis* IV 2, 32 *est opus* IV 4, 3 *tu* (14 *praeterquam* cum Eugraphio) Eun. II 2, 59 *qui* II 3, 60 *nostin et scis* IV 1, 10 *puere* (ER.) V 2, 5 *ego me in pedes* (ER.) Heaut. II 3, 116

Digitized by Google

neglectu est (uel potius *neclectust*) V 1, 59 *hac re* Pho. III 2, 20 *umquam usus uenit* V 2, 15 *uorsura solues* V 8, 65 *tuum peccatum* Hec. IV 2, 28 *illa* (Er.) V 4, 30 *iuri iurando* Ad. I 1, 10. 11 *quae cogito! Quibus nunc*

Cum Goueano dedimus Hec. V 3, 5 *tun es*

Cum Riuio Eun. I 2, 37 *educere ita uti*

Cum G. Fabricio Andr. III 3, 16 (ubi libros antestatur) *id oro te*, eodem praeeunte Eun. IV 4, 43 *ni credis*

Cum Mureto in personarum distinctione (qualem in textu dedit, non in annotatione) fecimus Eun. II 3, 99, transposuimus Heaut. IV 6, 22. 23. Ad. II 1, 45. 46, scripsimus Eun. IV 4, 38 *etiam paululum* Heaut. III 2, 49 *male facere* Hec. II 1, 20 *illi* V 1, 27 *Quid? cedo* V 2, 18 *tute dudum audisti*, geminauimus Ad. IV 5, 53 *magnum*, V 8, 23 *quid*

Cum Fr. Fabricio scripsimus Andr. I 2, 11 *Ut ne* II 1, 37 *sciri* Eun. I 2, 15 *anime mi, mi Phaedria* (cf. in Hec. IV 4, 87).

Faërni sunt emendationes haece : Andr. III 3, 47 *uerba audies* (ex ‚libro scripto') Heaut. II 3, 79. Pho. III 1, 1. Hec. II 3, 7 *multimodis* Heaut. II 4, 28 *exoptatam meo* V 2, 40 *ego* V 4, 21 *capiam* Pho. II 3, 83 *fers* V 1, 32 *conlocatam gnatam* V 9, 4 *creduas* Hec. III 4, 24 *illi* III 5, 28 *Quae* (cum Bandinello) IV 2, 4 *illam* (cum Donato) V 1, 8 *uenit in mentem* 9 *obsiet* Ad. III 4, 49 *educti*

Guyeti haec sunt: Andr. I 1, 17 *immemori* I 3, 9 *praecipitem in pistrinum* III 4, 15 *apparetur* IV 3, 23 *ut tu* Eun. III 5, 50 *flabellulum* IV 4, 42 *Etiam non* IV 6, 3 *Usque adeo illius* Heaut. I 1, 13 *Serui* II 3, 113 *mea res minor* III 2, 29 *Huic iam* III 3, 35 *an non?* IV 3, 37 *fors* IV 6, 6 *di deae* V 1, 24 *CH. Quamobrem nescio. ME.* V 3, 12 *SO. Sic erit* 13 *te*

Digitized by Google

obsecro V 5, 6 *CH. Mea bona* Pho. IV 4, 26 *in in-pluuium* IV 5, 12 *id si non* Hec. III 1, 9 *haec* III 4, 16 *etiam tu hic stas* Ad. III 3, 88 om. *homo* 99 om. *uah* IV 1, 8 *esset*

T. FABER Eun. II 3, 95 *hoc* restituit, Heaut. I 1, 77 *sint*, exulare iussit *eho* Eun. II 2, 55

Ab HARIO sumpsimus Eun. IV 5, 7 *multon* IV 7, 40 *Sat* Heaut. III 1, 102 *nosmet*

Cum BENTLEIO dedimus Andr. I 2, 31 *circum itione* I 4, 1 et III 2, 4 *Archylis*, I 5, 2 *hoc* (ex codice) I 5, 30 *aut de illa* (om. *aliquid*) II 1, 28 *haec* III 1, 3 *DA. Quid narras? SI. Itast* III 2, 25 *Tibi uerba censes falso* 27 *mox puerum huc deferent* III 3, 4 *quid te ego uelim* III 4, 2 *Audin?* (om. *tu illum*) 20 *tibi quae* III 5, 1 *qui me hodie* (ex codice) IV 1, 13 *pudent* 47 *Nisi si* IV 2, 2 *modo tu* IV 3, 13 *iurato* IV 4, 12 *Dictura es* 34 *adpositum puerum* V 2, 9 *modo ego intro iui* Eun. I 2, 33 *potis erat* 52 *Is ubi esse hanc forma* 117 *forsan* (accedente Donato) II 3, 16 *ostenderis* 65 *Magis* (om. *Tum*) III 5, 41 *per pluuiam* IV 4, 42 *credes* 53 *utrum praedicemne an taceam* IV 7, 11 *instrue ego ero* (om. *hic* cum codice) V 3, 3 *supposiuit* V 6, 15 *quid?* (om. *est*) V 8, 46. 47 *possint sine sumptu tuo Omnia haec* Heaut. I 1, 113 *hinc pepulerim* 117 *Tempust* (confirmante schol. Bembino) II 3, 15 *eccos uideo* 20 *aspellere* III 1, 35 *commetare* (confirmante Schol. Bembino) 52 *habuit*, uersus 100. 101. 102 transpositos in suum locum, 93 *adsum* III 2, 1 *es* 4 *Cliniai* IV 1, 49 *mulieri* 54 *tempus fert* IV 3, 7 *Cuiquam aeque* IV 6, 9 *ibin hinc* IV 8, 16 *ah* V 1, 17 *manedum* 77 *ego* V 3, 17 *Quod est* (om. *Id*) Pho. prol. 14 *posset* I 3, 4 *Quid istuc* (om. *est*) 20 *Ita plerique omnes sumus ingenio* (cum codice) I 4, 9 *Loquar* II 2, 23 *pote* II 3, 26 *tamen* 59 *apiscier*

Digitized by Google

III 2, 11 *Tu cognatus* (om. *mihi*) IV 3, 26 *ei* 59 *illasce* IV 4, 6 *di deae* V 1, 38 *audiemus* V 8, 13 *Idque adeo* (om. *ad uos*) 44 *PH. Enimuero* (om. *In ius*) V 9, 51 *indignum hoc* 59 *tu tibi* (ex codice) Hec. I 2, 59 *faxint* II 2, 13 *retinendi causa* II 3, 7 *expeto* III 1, 33 *conciuisse ere* III 5, 18 *audiui modo* IV 1, 28 *Nam id innatumst* (om. *omnibus*) IV 3, 11 *si reducam* (om. *non*) IV 4, 27 *sequitur* (cum libris) 87 *uxor* (om. *mea* cum Donato) V 1, 26 *Segregatum* (om. *Me*) V 2, 32 *Refert* V 3, 32 *habente* Ad. prol. 4 *de sese ipse erit, uos iudices* (om. *eritis*) III 1, 10 *ingenio* III 2, 33 *omnium uitam* 39 *uidetur usquam* (om. *esse*) 52 *cedo* 55 *propere* III 4, 29 *mensis decimus est* (om. *hic*) IV 3, 9 *eius esse illam psaltriam* 11 *illi iam animum relleuaris* IV 6, 4 *nec fabrica illi ulla* V 1, 9 *exemplo* : eiecimus *tuo* Andr. II 1, 7, seclusimus uersus spurios Pho. I 4, 4. II 3, 9, lacunam indicauimus post Ad. prol. 24, constituimus metra Ad. IV 4, 1—3 : eius uestigia secuti sumus Hec. III 5, 29 *potis inter eas gratia*, Ad. II 4, 8 *et rem in eum locum* scribentes. Praeterea in multas emendationes a Guyeto primo prolatas incidit etiam Bentleius.

Ex duabus Bothii editionibus haec recepta sunt: Andr. II 5, 18 *uideri* (cum Donato) III 1, 20 *Hic imparatum me si* V 4, 5 *CH. Hic. CR. Simo .. SI. Men quaeris?* Eun. II 3, 71. 72 *sedulo*: *Dabo operam* (om. *ac*) III 5, 43 *item* IV 4, 48 *hinc quo modo* Heaut. II 3, 66 *id fieri* (om. *tuo*) IV 1, 25 *quod* V 2, 49 *nostro* (om. *seni*) Pho. II 3, 79 *tu te* Hec. III 1, 17 *illim* III 5, 28 *eiusque* IV 4, 97 *puere* V 1, 19 *habet uxorem* V 4, 19 *sermo tuus* (om. *aduentus*) Ad. I 2, 41. 42 *et, dis gratia, Est* II 2, 12 *inescare nescis* III 2, 15 *meo modo* III 3, 51 *ah* IV 2, 38 *illi* IV 5, 26 *poscere*. Praeterea praeiuit Bothius scribendo *qui id* Andr. V 1, 22, *item hunc ope-*

Digitized by Google

ram dabo Hec. III 3, 48, spurium esse iudicauit Heaut. V 3, 18

Cum RITTERO dedimus Andr. prol. 11 *Non ita sunt dissimili*

Ex FLECKEISENI editione haec assumpsimus : Andr. I 1, 60 *Nicaretum* III 2, 3 *poste* III 4, 17 *gnatum mihi corrigere* III 5, 7 *audacia* IV 1, 44 *consilium hoc* IV 2, 3 *quid id est* IV 5, 19 *Grandicula* Eun. I 1, 34 *eccam* II 3, 21 *Sic adeo* IV 3, 20 *illic* IV 7, 40 *idem hoc tu, Thais* V 2, 34. 35 *quapiam Malo* (om. *et*) V 3, 3. 4 *moue te oro ocius, Mea nutrix* Heaut. I 1, 20 *Enim* (om. *At*) I 2, 13 *atque hercle* 25 *Illicine* II 1, 7 *meust* II 2, 3 *multa eam opinionem quae mihi animo exaugeant* (praeeunte Bentleio) II 3, 133 *tutimet* III 3, 13 *De me* (om. *Ego*) IV 2, 9 *quid sic* (om. *si*) V 1, 6 *desiste* 50 *non potis esse* Pho. II 1, 54 *illic obstupefecit* (aliter Ritschelius Opusc. II p. 619) 64 *do* III 1, 18 *metuist* III 2, 30 *orat : exoret* (om. *Dorio*) V 3, 8 *uilioribus multo talenta bina* (om. *tamen*) 23 *quid siet* (om. *hoc*) V 8, 56 *inconstantia* Hec. III 1, 3 *hui* V 1, 24 *Si aliud* V 4, 19 *uti* Ad. III 3, 85 *is est hercle* (cum codice) III 5, 4 *Si est, is facturus* IV 1, 22 *Is ipsust.* Praeterea cum eodem Fleckeiseno aequabilitati studentes ubique uocatiuos *Laches* et *Chremes* dedimus.

Praeter editores emendarunt PALMERIUS in Spicilegio p. 830 (vol. IV Grut. Lamp.) Andr. IV 4, 17 *Ab Andria est haec* (om. *ancilla*) 50 *attigas* (p. 756) Eun. III 2, 46 *ii prae cura* (p. 852) III 5, 27 *praua* (p. 733) Heaut. III 2, 18 *quid ego ni sciam* (p. 733) III 3, 9 *Noui ego amantis : animum aduertunt* (p. 618) Pho. IV 3, 38 *nimium quantum. CH. quantum? dic.* (p. 864) V 2, 12 *ii prae nuntia* (p. 852) Hec. V 4, 2 *conlicias* (p. 669. 754) Ad. III 2, 18 *pronum* (p. 848) : GULIELMIUS Andr. I 3, 11 *Si ista* (in Plauti Asin. c. 9) et Pho. III 3, 28 *ecferet* (in

Digitized by Google

Plauti Capt. c. 4) : ACIDALIUS Heaut. IV 1, 15 *domina ego, erus damno auctus est* (in Velleian. Lect. p. 28) : G. HERMANNUS Andr. V 5, 1. 2 *aliquis me forsitan Putet* (in Elem. doctr. metr. p. 176) Eun. II 3, 28 *CH. nunc hanc* (ib. 183) Ad. IV 2, 1 *Ne ego homo sum infelix : fratrem* (om. *primum*) (in Philologo III p. 435). : [eundem secuti sumus metra constituentem Ad. IV 4, 4—9 in Elem. doctr. metr. p. 432. 95] : LACHMANNUS in Commentario Lucretiano Andr. II 2, 35 *necessus* (p. 397) V 4, 25 *mortuust* (p. 116) 33 *post ibi* (ib., non probante Ritschelio Opusc. II p. 271) Eun. IV 3, 12 *erae quam* (p. 412) Heaut. I 2, 18 *crederes* (p. 297) Pho. II 1, 5 *PH. Atqui reperiam* (p. 210) III 2, 43 *decipi* (p. 116) IV 2, 7. 8 transpositis *sese* et *esse* (p. 161) Hec. II 1, 11 *post modo* (p. 116) Ad. V 3, 42 *scires* (p. 297) : GEPPERTUS de codice Ambros. p. 98 Heaut. V 2, 44 *nam quam maxume huic uana haec suspicio* : RITSCHELIUS Andr. II 6, 20 *drachumis* (Opusc. II p. 471) IV 4, 3 et 24 *adposisti* (Monum. epigr. tr. p. 6) Eun. IV 4, 50 *techinam*, Heaut. III 1, 62 *techinis* (Opusc. II p. 477) Heaut. III 3, 40 *drachumarum* (Opusc. II p. 471) : LOMANUS in Specim. crit. in Plaut. et Ter. (Amstelod: 1847) Andr. V 4, 25 *CR. Nomen tam cito tibi? PA. Item Perii* (p. 82) Heaut. V 3, 8 *de integro* (p. 91) : KRAUSSIUS Pho. V 9, 58 *PH. satis? immo* (in Quaest. Ter. crit. Bonnae 1850 p. 32) Ad. IV 1, 11 *hoc te* (in Nouo Mus. Rhen. VIII p. 559): KLETTIUS in Exerc. Ter. Bonnae 1855 p. 8 Eun. IV 4, 33 *is mihi dedit hanc* : BRIXIUS in Plaut. Trin. 237 *tu te* Hec. IV 2, 27, in progr. Liegniziensi a. 1857 p. 3 Hec. V 2, 21 *i exple* : BERGKIUS in Fleckeiseni Praefatione Heaut. II 3, 12 *unde ei esse censes.*[1])

[1]) Ceterum cum in adnotatione nomina tantum auctorum coniecturarum, quae scitu dignae, sed non recipiendae esse mihi uidebantur, exscripserim, iam ubi singulas singuli protulerint indicandum esse uideo. Andr. prol. 12 G. Hermannus Opusc. II p. 268 sqq. I 1, 13 Palmerius Spic. p. 865.

Digitized by Google

Nonnullas autem harum coniecturarum praeter necessitatem admissas esse minime nos fugit. Quod uero non singulis locis de uocabulis dactylicis trochaeum aequantibus ex Lachmanni praecepto uitandis monuimus quodque non ubique Bentleii et aliorum conatus legitimam in iambicis tetrametris caesuram restituendi et accentus erigendi commemorauimus : inconstantiae in his et in nonnullis aliis conspicuae uenia aliqua nobis concedatur precamur a diuturno quod in hoc libro typis exscribendo consumtum est tempore.

Lectiones diuersarum codicum familiarum conflatae sunt his locis : Eun. III 5, 24. Heaut. II 3, 80. II 4, 24. V 1, 39. 60. V 3, 19. Pho. III 3, 16. IV 3, 16. 17. IV 4, 20. IV 5, 3. V 5, 12. V 8, 37. Hec. I 2, 97. III 3, 44. Ad. II 1, 14. IV 7, 38. V 3, 40.

---

15 Kraussius Quaest. Ter. p. 23. 24. 25. C. F. Hermannus Nou. Mus. Rhen. VI p. 445 I 2, 17 Gulielmius Veris. I 3. II 6, 3 Palmerius Spic. p. 823. III 5, 7 Lachmannus in Lucr. p. 116. IV, 1, 23 A. Spengel ‚die partikel nonne im altlatein. (Monachii 1867) p. 6 26 Brixius in progr. Liegniz. a. 1867 p. 8. IV 2, 19. 20 Palmerius Spic. p. 837. V 2, 16 G. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 167. Eun. prol. 33 Ritschelius Par. Plaut. p. 104. IV 1, 10. 11 G. Hermannus El. doctr. metr. p. 170. IV 7, 33. 34 Palmerius Spic. p. 720. (39 Salmasius in Solin. p. 767B) (Heaut. I 1, 91 Palmerius Spic. p. 841. 843). 93 P. Bembus Opusc. (Lugd. 1532) p. 60. II 2, 9 Palmerius Spic. p. 846 (cum codice). IV 3, 30 Kraussius Quaest. Ter. p. 44 sqq. V 2, 5 Palmerius Spic. p. 730. V 3, 16—18 Klettius Exerc. Terent. p. 15 sqq. Pho. prol. 15 Ritschelius Parerg. Plaut. p. 551. I 4, 1 Lachmannus in Lucr. p. 210 II 1, 36 Palmerius Spic. p. 851. III 3, 22 Kochius. Exerc. crit. (Bonnae 1851) p. 33 V 2, 7 Bentleius olim : u. Nou. Mus. Rhen. VIII p. 12. 18 Palmerius Spic. p. 852. V 8, 83 Gulielmius in Plaut. Asin. c. 4. Hec. prol. I, 1 Ritschelius nescio nunc ubi 7 Dziatzko de prologis Plaut. et Ter. (Bonnae 1863) p. 11. prol. II 26 Grautoffius post Turpilii reliq. (Bonnae 1853) p. 44. II 2, 7 Kraussius Nou. Mus. Rhen. VIII p. 548. III 3, 20 Lachmannus in Lucr. p. 116. V 2, 14 Kraussius Nou. Mus. Rhen. VIII p. 548. V 2, 31 Kochius Ex. crit. p. 35. V 3, 42 Kraussius Nou. Mus. Rhen. VIII p. Ad. prol. 10 Ritschelius in Suet. Vit. Ter. p. 506 Reiff. I 2, 2. 3 Ritschelius Proleg. in Plaut. Trin. p. CXX. II 1, 11. 12 G. Hermannus El. doctr. metr. p. 170. 174. III 3, 41 Klettius Ex. Ter. p. 20. V 8, 29 Palmerius Spic. 865 cf. Gulielmius in Mil. c. 5.

Digitized by Google

Faciles mutationes contra codices uel ipse admisi uel auctore incerto recepi[1]) Andr. I 3, 19, ubi, ut sequens uersus seruari possit, *fabulae* dissolui in *fabula ē* h. e. *fabulast* (errauit typotheta) II 2, 21 *uidisse* (om. *se*) III 1, 12 *sensisse* (om. *se*) (III 2, 20 *adsimulari*) III 4, 14 *dixisti* III 5, 13 *sim* IV 1, 58 *crepuit* (IV 2, 6 *sollicitari*) V 2, 1 *em* V 3, 11 *sensti* V 4, 42 *ipsa east* (praeeunte Bothio), V 6, 10 *Charine* (om. *o*) 11 *audisti* Eun. I 2, 83 *numcubi* II 2, 9 *sit* III 5, 57 *ostentam* (cum Seruio, ut uidetur) IV 6, 12 *ut* Heaut. prol. 50 includens cum duobus antecedentibus I 2, 35 *hoc* om. II 3, 97 *quod* secluso IV 2, 11 *opinor* om. V 2, 48 *non ilico adripi iusse* Pho. V 4, 6 *sim* Hec. III 1, 52 *intro iuisse* III 3, 48 *idem hunc* Ad. II 1, 19 *ni*.

Nonnulli sunt loci quibus rectius intellegendis uel a corruptelae suspicione liberandis *distinctione mutata* consuluimus. Interrogationis signo addito Andr. II 6, 3 *Aeque quicquam nunc quidem?* id certe assecuti sumus, ut iam *quicquam* ferri queat. Eodem adiecto Heaut. I, 1, 102 *hoc qui fit, ubi non uere uiuitur?* apparet quam praeter necessitatem mutandi periculum subierint editores. Eun. V 2, 22 ad antiquarum editionum reuersi distinctionem, quam cum Faërno, qui malo Donati exemplari deceptus esset, destituerunt editores, *Quid ita uero?* coniunximus. Duplex interrogatio restituenda erat Pho. I 4, 33 (et Heaut. IV 2, 9) *Quid? sic?* Optime Donatus Andr. IV 5, 9 post *sic* orationem incidit. Eundem secutus iam T. Faber Eun. IV 1, 12 duo cola fecit *miles tendere : inde ad iurgium.* Incepit emendationem idem T. Faber egregie monens Andr. II 3, 21 a *Propulsabo* initium habere expositionem eius quod Pamphilus speret : sed non uidit *his moribus* ablatiuum esse pendentem ab illo *Propulsabo.* Eun. III 1,

[1]) Nonnullarum tam facilium, ut quiuis in eos incidere debuerit, primos inuentores in uaria lectione non nominaui : sed in indice supra posito, quantum potui, eorum nominum honori consului.

Digitized by Google

35. 36 nescimus quidem quod acumen fuerit in dicto apud Liuium Andronicum : sed misere torserunt se interpretes quaerentes id h. l. in oppositione leporis et pulpamenti: nos frigide quidem, sed ut decet plumbeum militem, opponentem eum fecimus sibi homini aduersarium tamquam leporem. Heaut. III 2, 15 epithetorum natura nos mouit, ut post *auidum* distingueremus, non falsa Ladeuici (in progr. Strelizensi a. 1858 p. 23 sq.) obseruatio, qua ductus negat tertium trium membrorum enumeratorum coniunctione affigi apud comicos licere. Eun. V 1, 4. 5 Thais quae ipsa uiderit, non quae Pythias locuta sit, edisserit : quare mimesis signa a Fleckeiseno adiecta remouimus. Contra mimesin significauimus Ad. V 3, 64. 65. Obsecundante scholiasta Bembino librorum memoriam seruauimus Heaut. I 1, 73 distinguentes *Video alios: festinare.* Erat sane cur Bentleius haereret in *filia uera* Heaut. V 2, 36 : sed *uera,* inquit Syrus, *inuenta est causa.* Nihil mutaui in librorum memoria Ad. V 8, 29 sqq., *non meum illud uerbum facio* idem esse statuens atque *σοῦ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις.* Distinguendo inculcaui Ad. V 9, 8 Syri officia fuisse *obsonare cum fide, scortum adducere, apparare de die conuiuium,* non fecisse haec adolescentes ab eo doctos. Pho. V 9, 30 solita distinctio, quam ipse secutus sum, non defenditur antecedentis scaenae u. 74, immo dandum erat *Ea mortem obiit : e mèdio abiit qui fuit in re hac scrupulus.* Hec. V 4, 33 uereor ne ante *hodie* distinguendum fuerit. Nollem Fleckeiseno obtemperasse Hec. V 2, 27 ante *me sequimini* incidenti. Eun. III 2, 49. 50 necessitatem transponendi, quae Bentleio uisa est, deuitabam duo, non tria imperia proferri statuens, praeeunte, ni fallor, A. Spengelio. Imperfectam uel abruptam esse orationem primus significaui Andr. III 3, 1 (cum Donato), IV 1, 58 (cum eodem : ceterum non dedi hunc uersum qualem a poëta profectum iudico). Eun. III 2, 10. IV 6, 7. V 8, 33. Heaut. II 3, 90. III 3, 46. Pho. IV 3, 4. V 8, 8. V 9, 26 (cum Donato). Ad. V 3, 34. — Andr. I 3, 8

Digitized by Google

si editores uidissent *perii aut* idem esse atque *perii ni* et iocandi genus idem atque Plaut. Rud. V 3, 59, locum intactum reliquissent. Hec. IV 3, 15 uocatiuum distinctione seiunximus : qui nisi interpositus esset, *fabulae* genetiuum esse omissa interpunctione significassemus, homines, qui fabulae sunt, lyricis poëtis relinquentes.

Sed his prolatis uideo me paene iam egressum esse fines, quos obseruandos mihi praescripsi in hac editione, ut antiquissimi codicis memoriam, si aliqua fieri poterat, tenaciter seruarem, sin ab eo recedendum erat, ubi ueterum testium auctoritas deficiebat, meum id tantum esse in animum inducerem e recentiorum criticorum inuentis illa recipere, quae euidentia sua commendarentur aut, cum aperte corruptis substituta essent, usu quodam in possessionem uenissent, mea autem prorsus secluderem. Amotam enim a me hanc opinionem uelim, quasi omnia, quae uel intacta reliqui uel aliorum iudicium secutus admisi, mihi probarentur. Immo multi sunt loci, quibus Bembini lectionem non me fugit posthabendam esse Calliopianae : pauci, quibus recentiorum coniecturis a me spretis iam concesserim melius consultum esse : haud pauci, quorum corruptelis aliam atque adhuc tentatae sunt medicinam afferendam duco : nonnulli, quorum ego, dum per hos annos ducenties et trecenties poëtam uerso, latentia uulnera deprehendisse mihi uideor. Sed haec alio loco expromam. Fastidiosis auribus in editione minore, quam paro, aliquanto plus concedetur. Interea his copiis, quae sine inuidia offeruntur, periti existimatores utantur sine obtrectatione.

Restat ut pauca moneam de eis quae ex grammaticorum studiis in libros Terentianos transierunt. Et in *scaenis* discernendis obtemperasse nos Bembino p. X indicatum est. *Actuum* diuisio typothetae beneficio factum est ut ea seruaretur quae in exemplari Fleckeiseni est : qui, quantum id fieri potuit, ad Donati, ‚antiquos' antestantis in Argum. Andr.

Digitized by Google

extr., ipsum Varronem in Argum. Hec. extr., partitionem rediit (recessit ab ea Andr. I. II. III. Hec. IV 1. Ad. V 3 : in Heaut. Muretus monuit non posse incipere, ubi uulgo exordirentur, actus II, 1. IV, 1). Reliquias *notitiarum didascalicarum* uberius olim in libris antiquorum tractatarum recepi cum omnibus transpositionibus, lacunis, erroribus, qui excerpta illa peius habita in Bembini quam in recensionis Calliopianae exemplo commaculauerant. Atque in his animaduertas **D G** nihil mutasse ex Donati praefationibus (nisi illud, quod post prologos positas habent didascalias, inde repetere uelis, quod primum prologi uersum lemmatis instar praefationibus praemittunt Donati exemplaria), aeque atque in *periochis* contra Bembinum etiam in hac parte a deteriore exemplari pendentem fere faciunt cum reliquis.

Digitized by Google

Desiderantur in **A** Andr. in. — V 3, 17. Hec. prol. I et prol. II — 30. Ad. V 7, 16 — extr.
in **B** Eun. V 4, 15 — extr. Heaut. in. — II 2, 1.
in **E** Andr. in. — I 2, 12. Pho. V 8, 6 — extr.
in **F** Andria tota. Eun. in. — III 1, 26. Pho. V 5, 4 — extr.
in **G** Eun. V 2, 9 — V 6, 20. Heaut. in — II 3, 72. tum V 5, 5 — extr. Pho. V 2, 14 — extr. Hec. in. — I 2, 119. tum III 1, 29 — extr.
Integri sunt **C P** (sed u. in Andr. IV 5, 8) **D**.

Digitized by Google

ADDENDA ET CORRIGENDA

in uersibus poëtae [1])

Andr. I 1, 128 *l.* ducere, *pro* ducere.
I 3, 19 fabulast *pro* fabulas
IV 4, 44 Chremes *pro* Chreme
V 5, 6 potissimum *pro* potissumum

Eun. I 2, 7 stabas? *pro* stabas
21 optime *pro* optume
II 2, 1 immortales *pro* inmortales
II 3, 77 nonnunquam *pro* nonnumquam
III 2, 21 honestus est *pro* honestust
25 aequom est *pro* aequomst
III 5, 57 *post* ostentam *dele comma*
V 2, 14 *l.* unquam *pro* umquam
V 4, 47 set *pro* sed
V 5, 7 *seclude* Hem

Heaut. V 2, 13 *post* proxumum *dele comma*

Pho. II 1, 5 *l.* mihi: *pro* mihi!
V 8, 12 uti *pro* uti

Hec. I 2, 93 iniúriis *pro* iniúiis
II 2, 27 *post* perdurare *pone punctum*

Ad. III 3, 21 *post* dolo *pone comma*
26 *item post* Stephanio
35 *l.* Est iam *pro* Et iam

[1]) Leuiora ut accentus omissos uel falso additos praetermitto.

Digitized by Google

in uaria lectione

Andr. I 1, 24 Sosia (*om.* et) *libri*
I 5, 46 *l.* hanc *om.* **B P**
64. 65 *tres uersus implent in* **P**, *quorum primus in* accerso, *alter in* caue *exit*
II 1, 31 mereat *iam Palmerius*
III 3, 24 Hem **B C²P**
III 5, 18 *post* sinit *adde* F. III. **A E**
IV 5, 18 esse aliquem **P**
V 1, 22 *In* **A** *ab initio.* N *littera seruata est, ut a* NESCIO, *non ab* ET *inceperit uersus*
V 2, 13 *Hinc primae manus codd.* **C P** *pergunt, et*
V 2, 27 *dele: Hinc pergit prima manus codicis* **P**
V 3, 23 Attañ **G**
27 AMITTERE **A** *cum* **B C E G P**
30 SINETEKO *ex* **A** *enotarunt Michaëlis et Studemund, ut* KOC *infuerit reuera*
V 4, 5 *pro* ‚*Simonis orationem — Bentleius* lege: CH. Hic. SI. Men quaeris (**B**?) **D E G** CH. Hic. CR. Simo, men quaeris? S. eho *Bentleius*
13 TEMPERATEUENIT *sub charta agglutinata uidit Michaëlis*
14 \TANTENUMQ/ *idem et Studemund*
20 (ATTICUSQU)IDAM
29 CUIU̯M(IGITUR) **A**, *corr. rec.*
30 QUIDAIS *pro* QUIDUIS
44 QUODRESTAT **A** *cum* **B C D G P V**
V 6, 4 RESCISCERES (*om.* tu) **A**
7 ILLI̯ **A**, *corr. rec.*

p. 89 *In argumento prosaico ex* **C** *descripto supple:* re itaque cognita cū illusam se

Eun. prol. 5 p̄fumat
17 c̄donabitur
20 q̣
I 1, 14 iniurie *in* **A** *potius addiderit scholiasta*
22 Haec uerba ea una mehercle *Bentleius*
I 2, 7 Ą. QUID **A**
65 CUPIĄM **A**
81 AB̯DUCTAST **A**, *h. e.* ADDUCTAST *corr.* A¹, aduectast *effecit corr. rec.*
II 1, 1 RH (*sic*)

Digitized by Google

Eun. II 1, 11 me posse **E**
15 ABIṢIṢ A
i
16 Faciunda
tum dele me indulgeo **B D E**
II 2, 25 CUPPEDENARI, *ut prior* P *ex* D *factum sit a corr. rec.*, A
27 PRORSUM A, *corr. rec.*
II 3, 11 *post* ‚*Studemundo*' *adde et* ‚*A. Michaëlis*'
14 *In* A *ab initio* A *nota abluta est*
28 *dele* FLOS – *in* A
40 DELERARE *in* A *legit Michaëlis*
71 ac *om. Bothius*
n
77 NONUNQUAM A
80 DUCAM **A D E G**
85 *dele* PULCKRENUMQUAM
AM
99 DEFUGIO A, *corr. ant.*
tum C? *pro* C^2
III 2, 6 *Gnathonem* (*A*) *ab initio Thrasoni* (Γ) *in* A *a corr. rec. substitutum esse testatur Michaëlis. u. p. X.*
ergo
tum Eamuf G
u
25 AEQUOMEST A
33 SERUUM A
46 ii prae cura *Palmerius* (abi *Bentleius*)
48 huc **B C E F P**
53 A. EAMUS A *teste Studemundo*
T
III 4, 1 ALIQUOD A, *corr. ant.*
III 5, 30 ADEADEMADEAT A
34 ADORNANT, *ut corr. ant.* O *ex* U *fecerit*, A
50 flabellulum *Guyetus*
56 *In* A *ante* FATEOR *et* AN *notas deleuit corr. rec.*
IV 2, 12 EXTREMA̅LINEAM A, *lineolam et* M *finalem add. corr. ant.*
IV 3, 9 *In* A *post* DIGNUS *corr. rec. add.* es
o i
14 *In* A QUID (*sic, non* QUOD) *a rec. correctum esse testantur Studemund et Michaëlis*
I
22 TAMNFANDUM A, *corr. ant.*
IV 4, 38 nunc *om. Muretus*
42 Etiam non *Guyetus* credes *Bentleius*
IV 5, 3 MENSATIS A
8 *dele* IANDUDUM A, *repone* iamdudum **B C D F P**
IV 6, 3 ego *eiecerunt Guyetus et Bentleius*

Digitized by Google

Eun. IV 6, 27 ISTIC^{S} A, *corr. ant.*
IV 7, 5 cornu **DE**
11 hic *deleuit Bentleius cum cod. Petrensi*
35 *In* A *corr. rec. add. notam* Γ *ante* SCIES
40 Sat *Harius*
tum QUIDNUNCTUAISTKAIS *Michaëlis legit cum Studemundo: hic praeterea* TU *ex* EST *correctum a pr. m. testatur*
V 1, 17 illuc *etiam* **E**
V 4, 6 AMARAT^{B} A, *corr. ant.*
19 *Pythiadis nota deest in* A *(in rasura, ut uidetur)*
tum FACTISETDICTIS A, *transpositionis signa a corr. rec.*
34 ORANTEM A, M *induxit corr. ant.*
V 8, 26 DIFFICILES^{est} A, est *add. corr. rec.*
36 *A.* NONCOGNOSCO A
52 homo^{minem} **D**, *corr.* D^2
53 ILLOC, C *induxit corr. rec.*, A

Heaut. Argum. 11 REPPERITUR A *teste Studemundo*
II 3, 4 *A. notam enotauit Michaelis, A. Studemund*
95 Γ. UERA A
III 1, 20 AUDIUISTI A, UI *deleuit corr. rec.*
63 clauculum **E**
75. 76 l. *‚Bentleio' pro ‚Bentleius'*
III 2, 7 l. CKREME *pro* CKEME
IV 1, 26 ANUTILLI. *sed ut* T *a corr. rec. in* I *mutatum sit*, A *teste Studemundo*
IV 4, 18 egon **BCEG**
V 2, 40 ego *Faërnus*
V 3, 12 SO. Sic erit *Guyetus*
13 te obsecro *Guyetus*
17 id *deleuit Bentleius*
V 4, 21 capiam *Faërnus*

Phorm. I 2, 17 epistolas *etiam* **D**
27 *In personarum distinctione* **E** *facit cum* **BCDFG^{1}P**
36 REDUCERE A *cum rell.*
47 EXADUERSUM^{O} A
I 3, 2 aduentus *etiam* **E**
15 *dele* istac **E**
I 4, 13 protinus *etiam* **E**
20 *Getae* hem *tribuit etiam* **D**

Digitized by Google

Phorm. II 1, 78 PH. foris *etiam* **DE**
II 2, 27 I sit *etiam* E^2
II 3, 68 admitteret, d *ex corr.*, **D**
II 4 *in indice* **E** *habet* CRATINUS *ante* HEGIO
III 2, 22 l. **E** *pro* **E**?
27 me *om. etiam* **D**
IV 2, 14 si is *etiam* **E**
IV 3, 11 ut opinor *etiam* **E**
tum Demiphoni Quid Geta *dant etiam* **DE**
IV 5, 6 *In* **D** *notas* B. *ante* Rem. E. *ante* Duc *add. schol.*
V 1, 11 ea ẽ. ipsa : **G**
V 3, 9 natam *etiam* **D**
25 PROPRIOR *ex* **A** *enotauit Michaelis*
V 6, 6 quid hic *etiam* **E**
12 *Phormioni* Congredere actutum *tribuit etiam* **E**
31 *Phormioni* Quod? *dat etiam* **E**
37 *Antiphoni Phormionem substituit etiam* **E**
V 8, 96 uolciscar *etiam* **B**
V 9, 35 *adde* magis nunc **D**

Hec. *In personarum indice scr.* SYRA *pro* SYRUS
prol. I 1 Haecira est **F**
I 1, 3 bachidi *etiam* **F**
I 2, 14 coepisse *etiam* **F**
100 sese *etiam* **F**
II 1, 27 habii *etiam* **F**
II 2, 6 mea facillitas **F**
25 accufaturū **F**
III 1, 8 SIC[I] **A**, *corr. rec.*
27 Non maximae—iniuriae *iam Goueanus*
31 *dele* **G**
45 te nunc *etiam* **E**
IV 2, 18 SATISSUM, IS *delcuit corr. rec.*, **A** *teste Studemundo*
V 3, 34 compressam esse compressam **P**
V 4, 3 QUAE *induxit corr. rec. in* **A**

Ad. In didascalia u. 5 l. ‚PTRIM' **G**
II 4, 1 (*an* Ne)
III 3, 89 haud scio . . **D**

in testimoniis

Andr. prol. 1—3 Pompei Comm. p. 302 „Poëta—fabulas."
23 geminata U
26. 27 Pompei Comm. p. 302 „quas—prius".
27 *l.* Porphyrion *pro* Acron

Digitized by Google

Andr. I 1, 1. 2. *adde* Prisc. II p. 331 „Sosia—uolo".
23. *adde* in hac re te (recte *Par.*): Donat. in lemm.
28. Prisc. I p. 352
tum plerüq; *semel*, plerique *saepe* Donati *Par.*
41. *adde* Quintil. VIII 5, 4
83. 84 *l.* hic *pro* hii
135. *adde* mihi ut: Donat. in lemm.
I 2, 13 Prisc. II p. 286
19 iam in uiam: Donat. in lemm.
23 Donatus: „hem" interiectio irascentis est.
I 3, 13 Pompei Comm. p. 303 „Nam—amantium" (aut *plerique codd.*)
I 5, 10 Adeo ñ hominem e.: Donati *Par.* in lemm.
17 ego dicam: Donat. bis in lemm.
II 1, 1. 2 Donat. .. *adde* (hodie nuptum Pamphilū & sic est *Par.*)
2 *post ib. u. 2* l. „e Dauo modo" *Ed. pr.* („ut supra dauo audiui" *Par.*)
5. 6 Comm. Bern. in Lucan. IV 486 „quod' non—possis."
15 Prisc. II p. (194). 288. 353. cf. Andr. IV 1, 15.
II 2, 7 „habeo" ‚inueni'.
20 forte ibi: Donat. in lemm.
28 Charis. p. 22
31 Consent. .. *l.* Chremi *pro* Chremis
II 5, 5 adesse uideo: Donat. in lemm.
III 1, 22. IV 5. 10. Eun. IV 5, 3 *l.* Acron *pro* Porphyrion
III 2, 4 Prisc. II p. 156 „post deinde—bibere." *tum* Pompei Comm. p. 212 „Quod iussi date bibere imperaui."
28 renuntio ere: Donat. in lemm.
30 hanc tuam: Donat. in lemm.
41 *l.* nos *pro* uos
49 Acron .. *adde* (has fieri)
III 3, 44 Seru. in Aen. II 60
III 5, 2 Charis. p. 111 *l.* inersi a
IV 1, 9 & t. r. p. d.: Donati *Par.* in lemm.
11 Prisc. II p. 174
23 hoc solidum uisum: Donat. in lemm.
39 ‚Deerat' (l. Decebat)
40 mihi deos fuisse iratos: Donat. in lemm.
52 conari m. p. q.: Donati *Par.* in lemm.
IV 2, 23 nunc me: Donat. in lemm.
25 Schol. Lucan... „proinde—amolimini."
30 age ueniam: Donat. in lemm.
IV 3, 11 Acron .. *adde* (sume hinc)
IV 4, 24 *adde* Pompei Comm. p. 231 „amabo cur puerum adposuistis hic ante ostium."
IV 5, 2 Prisc. .. *l.* quam honeste in patria
13 huc tetulissem: Donat. in lemm.
V 2, 1 nunc iam: Donat. in lemm.
6 iam sunt: Donati *Ed. pr.* (p. p. s. i. *Par.*)
10 cum tuo gnato: Donat. in lemm.
16 Non. p. 409 Triste ... seuerum .. T. in A.
V 3, 11 demum sensisti: Donat. in lemm.
V 4, 9 Eutych. .. *l.* lactas
V 5, 3 deorum u. *et* propterea: Donat.

Digitized by Google

Eun. prol. 1—3 *adde* Pompei Comm. p. 302 „Si—plurimis, In his—suum."
17 Pompei. p. 302 „Habeo—condonabitur."
22 Schol. Bemb.: magistratus: aediles. ad ipsos enim pertinebant ludi theatrales
32 Pompei. p. 162 „‚quam transtulit' in Eunuchum suam."
I 1, 1 *post* Quintil. IX 2, 11 *adde* 3, 16. *Tum* pro Quintil. IX 3, 16 *lege* IX 4, 141
23 Charis. p. 206 „quam—misere"
I 2, 5 Quintil. IX 3, 18.
15 Inc. de pron. p. 130 Vind. „mi Phaedria."
18 exclusti hunc *et* exclusisti hunc: Donat. in lemm.
25 Acron. et Porphyr.
30 abreptam: Donat. in lemm.
64 nunc ego iā: Donati *Ed. pr.* in lemm.
75 Quint. ., *adde* (77. soror dicta est)
81 praeripiat: Donat. in lemm.
108 *enarratur a Donato et a schol. Bembino*
II 1, 6 Schol. Victoriani in Heaut. IV 3, 22 quin nolo mentiare] Al qui: ut fit pronomen ut in eunucho „qui effectum dabo." (cf. Donat. in h. l.)
8 Comm. Bern. in Lucan. V 112 „Munus—uerbis."
24 Idem in Phorm. prol. 24 .. *l.* mirum ni egomet turpiter ego (*sic*) hodie dabo."
II 2, 8 Prisc. II p. 49. 85.
46 hosce menses: Donat. in lemm.
53. 54 l. fores *pro* forse
II 3, 13 Prisc. I p. 153
20 Schol. Bemb. sis: si cui uas....
30 *adde post* Prisc.? I p. 575: Prisc. II p. 179
54 huc cum: Donat. in lemm.
57 *adde* Comm. Bern. in Lucan. II 23
93 Schol. Bemb. [despicatam] de]spectam
III 1, 10. 11 Consent. .. l. ‚quid' habet—est ‚sed hoc' masculino genere dicitur
34 Prisc. p. 322. 351, *tum post* irridere" (adludere *ter*)
III 2, 2. 3 Prisc. II p. 1 „o mea Thais, Meum suauium."
33. 34 Prisc. II p. 190,
43 Prisc. II p. 332
III 3, 26 mihi insidias: Donat. in lemm.
III 5, 4 Donat. .. *l.* „Ne—aliqua."
41 Acron .. „fucum factum mulieri."
51 omnes proruunt se: Donat. in lemm.
IV 3, 4 ipsam capillo: Donat. in lemm.
IV 4, 21 Acron .. „uietus uetus (uetus uietus *Paris. antiquissimus*) ueternosus senex."
IV 5, 1 uerba mihi: Donat. in lemm.
5 tu quidem pol: Donat. in lemm.
6 Acron et Porphyr. in Hor. C. III 18, 7
IV 6, 11 tibi dono do: Donat. in lemm.
25 Tu abi: Donat. in lemm.
26 Volo ego: Donat. in lemm.
V 3, 7 illi: Donat. in lemm.
V 5, 27 quin mihi magnum malum ex hac re siet: Donat. in lemm.
V 6, 3 ridicule: Donati *Ed. pr.* in lemm.
V 8, 3 *adde* (contingere bona *Ed. pr.*)

Digitized by Google

Eun. V 8, 54. 55 *adde* Seru. in Aen. XI 352 „unum etiam nos—Recipiatis" (*om.* hoc)
58 Donatus: Honorifice reuocat ablegatum cum iniuria dicendo „ubi nis" „quia „accede" imperatiuum ‚erat'."

Heaut. I 1, 15—17 Prisc. I p. 400
III 1, 5—7 Schol. Bemb.: Ordo ‚haut faciam ut celem tam i. g.'
51 Porphyr. . . *dele* (omnia *om.*)
IV 2, 6 Lex. Maii . . *l.* bolum
IV 3, 23 Donat. . . quin (q *Ed. pr.*)
IV 6, 20 Cf. Prisc. I p. 401 Gratificor gratificaris. T. in H. „Cur ego gratificor? Ipsa re experibere."

Phorm. I 1, 2 *adde* Quintil. I 7, 22 ‚here' nunc E littera terminamus. at ueterum comicorum adhuc libris inuenio „here ad me uenit."
I 2, 1 me quaeret: Eugraph. in lemm., *tum* me quaerit: Donat. in lemm.
28 l. Donat. Art. p. 402 „Aduersum stimulum calces."
32 *dele* (*an* deperire).
64 Neque eum aequum ait facere: Donat. in lemm.
78 me *om.* Donati *Ed. pr.*
I 3, 14 *Fortasse huc respicit* Diomed. 389 ego quod res est ita dico „tu conicito cetera"
20 Acron . . „omnes nosmet nostri paenitet."
23. 24 Seru. in Aen. XI 699
I 4, 43 quod modo hic nos: Donat. in lemm.
II 1, 63 dictio est: Donat. in lemm.
71 nullo alio: Donat. in lemm.
II 3, 82. 83 Comm. Bern. in Lucan. IV 486 „quin—feras."
II 4, 14 *adde* Acron in Hor. C. I 1, 8 „Quot—sententiae."
III 3, 19 Donatus: pedetentim
IV 1, 9 *post* Seru. in Aen. VIII 577 *adde* et Comm. Bern. in Lucan. I 504
IV 3, 39 Prisc. II p. 312. 329
76 Porphyr. . . *l.* uxore
V 2, 13 Prisc. II p. 250
V 4, 2. 3 Prisc. . . *adde* (parare in animo)
3 Prisc. p. 389
V 8, 4 Eutych. . . *l.* (dilapidet)
post 53. 54 *adde* Donatus:
63 Prisc. II p. 109 T. in Eunucho (cf. Eun. IV 7, 2) „emori satius est" pro ‚mori.'
95 *adde* Acron in Hor. C. I 12, 25 „pugnos—ingere."
V 9, 18 l. Phormioni

Hec. prol. I 1 Comm. Bern. in Lucan. VI 144 Scaeua uiro nomen] ut „Hecyra est—fabulae"
prol. II 21 *adde* Porphyr. in Hor. Epist. I 18, 62 „Hecyram ad nos refero quam mihi agere numquam licitum est."
I 2, 61. 62 *dele* „Quid—b. c."
63—65 Donat. . . *adde* 65. neq; *Ed. pr.*)

Digitized by Google

Hec. I 2, 99 *emenda* Energia *pro* Ineptia
II 1, 33 post *Et* solui uos *adde* curis
II 2, 5. 6 Charis. . . l. Terenti illud ex H
26 Seru. in Aen. XII 816
IV 1, 57 Prisc. . . *l.* (nata p. 531)
IV 2, 19 mihi nunc *et* meae : Donat. in lemm.
IV 4, 2 factum est turpiter : Donat. in lemm.
V 4, 8 Symmach. . . „Quis me est plenior."

Ad. I 1, 29 l. (Serg.) *pro* Seru.
II 1, 31 *adde* Consent. p. 388 K. „mitte—redi."
33 Acron . . „leno me iniqua non uult loqui."
42 *dele* summe : Acron in A. P. 92
III 3, 1. 2 Donat. in V 3, 3. . . (2. fuisse)
17 est *om.* Donati *Ed. pr.*
30. 31 Seru. in Aen. II 87 „cum—militatum."
III 4, 45 cf. Non. p. 499 Datiuus pro accusatiuo . . . „facite ita ut uobis placet."
46 Sin aliter animus est : Donati *Ed. pr.* in lemm.
52 Seru. . . . —illam deseram."
IV 1, 2 aliquid *om.* Donati *Ed. pr.* in lemm.
21 *adde* Donat. Art. p. 402 „lupus in fabula."
IV 2, 21. 22 Seru. in Aen. XI 699
43 Acron et Porphyr.
IV 3, 4 Schol. Bemb. *ante* ultro *distinxisse uidetur*
IV 7, 33 eadem haec : Donat. in lemm.
V 6, 1 Schol. Bemb. : progrediar (progredior *legit Studemund*) ut uisam.
V 8, 26 sub urbe est agelli paululum : Donat. in lemm.

In inscriptionibus scaenarum usque ad Heaut. I 2 male haerent puncta ex exemplari Fleckeiseniano, quod operis tradidi.

In praefatione p. I u. 5 *l.* a. 1795
8 *l.* iudicauit.
p. XXXI u. 25 *post* ni fallor *adde* deest Pho. II 1, 43—84
p. XLIII u. 21 *post* I 2, 11 *adde* fortasse etiam Ad. IV 3, 4
p. LIX u. 23 *l.* inuersos contractos dilatatos
p. LXIV u. 29 *post* Pho. IV 3, 30 *adde* contra A (E?) *hoc* omittens Eun. V 8, 54:

Digitized by Google

Digitized by Google

ANDRIA

Digitized by Google

ANDRIA TERENTI
GRAECA MENANDRV
ACTA LVDIS MEGALENSIBVS
M · FVLVIO · M · GLABRIONE AEDILIB · CVRVLIB ·
EGERE L · ATILIVS PRAENESTINVS · L · AMBIVIVS TVRPIO
MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI
TIBIS PARIBVS TOTA
FACTA · I ·
M · MARCELLO · C · SVLPICIO · COS

Concinnatus est hic titulus ex eis quae in Donati Praefatione ita leguntur in codice Danielis (*Paris.* 7920)

Haec prima facta est acta ludis megalensibus m. (m. *in ras.*) fuluio edile (e *in ras.*) int glabrio neq; minutio (& m. Glab. Q. Minutio *m. sec. in marg.*) ualerio curulib. egerē latilius latinus p̄nestinus. l. ambirauis turpio. modos fecit flaccus claudi filius tibiis paribus dextris u t sinistris. & est tota gca. edita m. marcello & sulpicio consulib; p̄nuntiataq; ~ andria terenti....

ita autem in Ed. Romana a. 1472

Hec prima acta est ludis Megalensibus Marco Fuluio edilibus: & in glabrione. Q. Minutio Valerio currulibus egerūt. L. Attilius latinus prenestinus: & l. Ambiuius Turpio. modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis pibus dextris & sinistris: & ē tota greca edita. M. Marcello & Sulpitio cōsulibus. p̄nuntiataq; est Andria Terentii...

Digitized by Google

PERSONAE.

SIMO SENEX
SOSIA LIBERTVS
DAVOS SERVOS
MYSIS ANCILLA
PAMPHILVS ADVLESCENS
CHARINVS ADVLESCENS
BYRRIA SERVOS
LESBIA OBSTETRIX
GLYCERIVM MVLIER
CHREMES SENEX
CRITO SENEX
DROMO LORARIVS

Interlocutorum indicem non habent codices. Tredecim personae plenae sunt in aedicula argumento praefixa in **BCP**: *ultima est prologi.*

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Sorórem falso créditam meretrículae
Genere Ándriae, Glycérium, uitiat Pámphilus
Grauidáque facta dát fidem, uxorém sibi

(ARGVI)IENTVM AND(RIAE) *olim in primo folio codicis Victoriani perscriptum nunc ita obliteratum est uix ut quicquam legi possit: itaque id exemplar adhibuimus quod manus saeculi XV^mi codicis scribendi rationem sollerter imitata in membrana cum ligatura cohaerenti repetiuit. — Codicis Riccardiani primi quaternionis duo folia priora interciderunt eorumque loco recentia immissa sunt manu saeculi XV^mi perscripta: alterum folium Periocham Prologum et Actus primi duodecim uersus priores usque ad* preciu) *continet*

ARGVMENTVM ANDRIAE **BC²DG** ARGVMENTVM **C¹P** 2 glicerium **B(D)** (uiciauit **E**)

Digitized by Google

Fore hánc: nam*que* aliam páter ei despónderat,
Gnatám Chremetis, átque ut amorem cómperit,
Simulát futuras núptias, cupiéns suus
Quid habéret animi fílius cognóscere.
Dauí suasu nón repugnat Pámphilus.
Sed éx Glycerio nátum ut uidit púerulum
Chremés, recusat núptias, generum ábdicat.
Mox fíliam Glycérium insperato ágnitam
Hanc Pámphilo, aliam dát Charino cóniugem.

4 nam aliam pater ei desponderat **B C P** nā aliā ei pater deſponderat **G** (nam aliam pater ei desponsauerat **E** nam aliam pater ſibi deſponsauerat **D**: *in* **D** *ueteri fuisse uidetur* NAM PATER ALIAM EI DE...NSE...) 5 (chremetis gnatam **D**) cremetis (**E**) **G** 6 nubtias **C** (cupiens ſimo **D**) cupienſ cognoſcere ||||||| **G**, *corr.* **G²** 7 (in animo **D**) filiuſ ||||||||||||||| **G** 9 Set **G** ex *inter lineas* **BC²** (glicerio **E**) 10 nubtias **C** 11 (glicerium **E**) adgnitam **C** 12 p||anphilo **G** dat aliam **B C** (**D E**) **P** dat *om.* **G** carino (**D**) **G**

Digitized by Google

PROLOGVS.

Poëta cum primum ánimum ad scribendum ádpulit,
Id síbi negoti crédidit solúm dari.
Populo út placerent quás fecisset fábulas.
Verum áliter euenire multo intéllegit:
Nam in prólogis scribúndis operam abútitur,
Non qui árgumentum nárret, sed qui máliuoli
Veteris poëtae máledictis respóndeat.
Nunc, quám rem uitio dént, quaeso animum adténdite.

PROLOGVS **DG**: *Prologi figura picta est in* **CP** Calliopius *add.* **C²** 1 scibendum **C**, *corr.* **C²** adpulit **C**, *corr.* **C²** appulit **BD(E)G** 2 folū credidit **G** 3 fecit **G** 4 Vnum **D**, *corr.* **D²** intellegit **C** intelligit **B(E)** 5 opera **CP(E)** opera (*an* operā?) **G** 6 fet **G** maleuoli *ex* maliuoli **C** maleuoli **BDGP** 7 (Et ueteris **E**) 8 (nam quam **E**) (pro uitio **E**) dent rem **D** queso animum, eso a *in ras. a corr.*, **D** aduortite **BCD(E)GP** adtendite *Donatus*

Prologus 1. Donatus: Appulit] in secunda lectione ‚apulit' fuit, sed ‚apulit' magis. nam postea sic „animum—appulit" (*sic Par.*: p̄ appulit in secunda lectione ‚appulit' fuit, sed ‚appulit' magis ‚ut Terentius.' nam postea *etc.*: *Ed. pr.* — „attulit" fuit: *uulgo*). — appulit: Eugraph in lemm. — Arusian. Mess. p. 210 Appulit ad hoc. T. in A. „Poëta—appulit." — Claud. Sac. p. 32 Mytacismus fit, cum finita parte orationis in M et excepta foedam faciat dictionem, ut „Poëtam (*sic*) — appulit." — Priscian. I p. 286 „Poëta—appulit." — Donat. in II 6, 15 „animum—appulit." — 1—3. Rufin. de metr. com. p. 382 Gaisf. „Poëta—fabulas" — Priscian. de metr. Ter. II p. 422 „Poëta—fabulas" (*u.* 2 negotium). 2. Priscian. II p. 357 *πράγμα ποιεῖσθαι ἀντὶ τοῦ μέγα ἡγεῖσθαι.* T. in A. „Id—dari" (negotio *codd. plerique*) 3. Claud. Sac. p. 34 „Populo—fabulas" (placeret *cod.*). 5 operam: Donat. et Eugraph. in lemm. (opera *Ed. pr. Don.*). — Arusian. p. 210 Abutor illam rem. T. in A. „Nam—abutitur." — Diomed. p. 316 Sed et ‚hanc rem utor' ueteres dixerunt, ut T. „Nam—abutitur." 7. Donat. in Eun. IV 4, 21 ut „Veteris—respondeat." 8. Donatus: „nunc animaduertite," non „nunc uitio dent." — Idem: animaduertite] Legitur et „adtendite." — Prisc. II p. 357 Attici *προσέχετε τὸν νοῦν τούτῳ καὶ πρὸς τοῦτον* .. T. in A. „Nunc—animum aduertite" (et idem in Eunucho „aduerti hercle animum"). — Nonius p. 39 Vituperare dictum est ‚uitio dare,' tanquam culpae uel displicentiae. T. in A. „Nunc — ‚animo adtendite'."

Digitized by Google

Menánder fecit Ándriam et Perínthiam.
Qui utrámuis recte nórit, ambas nóuerit:
Non íta sunt dissimili árgumento, séd tamen
Dissímili oratióne sunt factae ác stilo.
Quae cónuenere in Ándriam ex Perínthia
Fatétur transtulísse atque usum pró suis.
Id istí uituperant fáctum atque in eo dísputant
Contáminari nón decere fábulas.
Faciúntne intellegéndo, ut nihil intéllegant?
Qui cum húnc accusant, Naéuium Plautum Énnium
Accúsant, quos hic nóster auctorés habet,
Quorum aémulari exóptat neglegéntiam
Potiús quam istorum obscúram diligéntiam.
Dehinc út quiescant pórro moneo et désinant
Male dícere, malefácta ne noscánt sua.
Fauéte, adeste aequo ánimo et rem cognóscite,

(9 pirinthiam E) 10 utrumuiſ G 11 Non ita dissimili sunt argumento sed tamen BCD(E)GP (sunt *om.* E armento ſet tamen G) Ita non sunt dissimili *Guyetus* Non ita sunt dissimili *Ritterus* et tamen *Bentleius* tamen *uel* attamen *G. Hermannus* 12 Diſſimili ſt oratione ac ſtilo G (et stilo E) 13 (pirinthia E) 14 transtullisse BC transtulisse ſe D 15 atque *om.* D 17 intellegendu G (intelligendo intelligant E) 18 platum C plaçtū G *Vs.* 18 *et* 19 *in ima pagina habet* G (19 autores E) actoreſ G (20 negligentiam E)

11. Donatus: non ita dissimili sunt] Ordo ‚ita non sunt.' ergo ‚ita' subdistinguendum. — sed tamen: Donat. in lemm. — et tamen: Eugraph. in lemm. 13. Donatus: Quae apta et commoda fuerunt in Andriam latinam, non graecam fatetur transtulisse. 13. 14 Arusian. p. 265 Utar illud.. T. A. „Quae—suis" (ex Perinthia *om.*) 15. Non. p. 39 (*u. n.* 8) „Id—factum. 16. Donat. in V 5, 3 „Contaminari—fabulas." 17. Donatus: Faciuntne intelligendo] „Ne" quidam corripiunt et cum interrogatione pronuntiant: quidam producunt, quorum alii ‚ne pro ne accipiunt id est non,' alii ne pro ualde (alii ne pro non accipiunt: *Ed. pr.*). — Eugraph. in V 4, 36 „Ne" id est ‚ualde', ut „Faciunt ne—intelligant." — Sedulius de opere Pasch. (*apud Lindenbr.*) „Faciunt nec—intelligant." — Hieron. Ep. LVII p. 306 Vall. „Faciuntne—intelligant." 19. Quorum magis emulari exoptat: Donat. in lemm. (exoptat emulari: *Ed. pr.*). 22. 23. Nonius p. 59 Propitium dicimus.. — aut certe ‚porro pium,' quod est uehementer et ualde. ut apud eundem T. in prologo Andriae „Dehinc ut quiescant, porro moneo (*sic distinxit Nonius*) — sua." 24. Donatus: siue hoc reliquum dicit, siue reliquum pro reliquorum, geminato U scribitur.

Digitized by Google

Vt pérnoscatis, écquid spei sit rélicuom:
Posthác quas faciet de íntegro comoédias,
Spectándae an exigéndae sint uobís prius.

25 etquid **B C D (E) G P** reliquum **B C D (E) G** (q *in ras.* **C**) 26 Posthac, **c** *ex corr.*, **B** faciat **B**, *ut uidetur* (fecerit te integro **E**) 27 (sit **E**)

25. 26. Donat. in prol. Hec. 8 „Ut—faciet etc.“ (et quid). 27. Non. p. 291. 402 T. „Spectandae—prius.“ — Seruius in Aen. II 357 „Expectandae'—prius.“ — Acron in Hor. C. IV 15, 18 „spectandae an exigendae.“

Digitized by Google

SIMO. SOSIA.

I 1 SI. Vos ístaec intro auférte: abite. Sósia,
Adés dum: paucis té uolo. SO. Dictúm puta:
Nempe út curentur récte haec. SI. Immo aliúd. SO. Quid est,
Quod tíbi mea ars effícere hoc possit ámplius?
SI. Nihil ístac opus est árte ad hanc rem, quám paro,
Sed eís quas semper ín te intellexí sitas,
Fide ét taciturnitáte. SO. Expecto quíd uelis.
SI. Ego póstquam te emi, a páruolo ut sempér tibi
Apúd me iusta et clémens fuerit séruitus,
Scis. féci ex seruo ut ésses libertús mihi,
Proptérea quod seruíbas liberáliter.

I 1 SIMO SENEX. SOSIA LIBERTUS COCUS **D** SYM. SYMO SENEX ||| SOSIA SERVVS **B** SIMO SOSIA **CP**: *in quibus praeter hos duo serui picti sunt Indicem om.* (**E**) **G** 2 a||eſdum **G** 3 hec recte (**E**) **G** (imo **E**) 4 efficere ars **D** (ars *in marg.* **E**) 6 S' iiſ, *prior* i *in ras.*, **D** iis C^1P his **B** C^2 (**E**) **G** $^{\text{in te}}_{\text{A}}$intellexi **D** 8 poſquã te ęm **G** (emi te **E**) 10 (mihi *om.* **E**) 11 seruiebas **BCD** (**E**) **P** $^{\text{i}}_{\text{A}}$ſeruebaſ **G** (mihi liberaliter **E**)

I 1 1. Donat. in Ad. IV. 5, 65. „Vos—abite." — Mar. Plot. de metr. p. 300 Gaisf. „Vos isthaec—Sosia." — 1. 2. Priscian. II p. 119. „Vos—adesdum." — Idem de metr. Ter. p. 422. Rufin. de metr. Ter. p. 382. Gaisf. „Vos—puta." Prisc. de partit. XII uers. Aen. p. 503 „Sosia—uolo." 2. Seru. in Verg. Ecl. 7, 9. Schol. Bembin. in Heaut. II 3, 8. „Adesdum—uolo." 3. Donat. in u. 144 „Nempe—haec." 4. Seru. in Aen. IX 426 „Quod—amplius." 6 his: Donat. in lemm. et Eugraph. 7. Non. p. 301 „Expecto quid uelis." 8. Donatus: Non „emi a paruulo," sed „a paruulo ut clemens tibi fuerit seruitus scis," hoc est „a paruulo scis." — Idem in III 4, 3. „Ego—paruulo." — Idem in Hec. IV 4, 13 „Ego postquam ‚emi te' a paruulo." 11. seruiebas: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Quod hábui summum prétium persoluí tibi.
SO. In mémoria habeo. SI. Haud múto factum. SO. Gaúdeo,
Si tíbi quid feci aut fácio quod placeát, Simo,
Et id grátum fuisse aduérsum te habeo grátiam.
Sed hoc míhi molestumst: nam ístaec commemorátio
Quasi éxprobratiónst inmemori bénefici.
Quin tu úno uerbo díc, quid est quod mé uelis.
SI. Ita fáciam. hoc primum in hác re praedicó tibi:
Quas crédis esse has, nón sunt uerae núptiae.
SO. Cur símulas igitur? SI. Rem ómnem a principio aúdies:
Eo pácto et gnati uítam et consiliúm meum
Cognósces, et quid fácere in hac re té uelim.
Nam is póstquam excessit éx ephebis, Sósia, et
Liberíus uiuendi fúit potestas (nam ántea

12 *A* perfolui *incipit manus antiqua codicis Riccardiani* (E) 13 haut G SO. factum gaudeo *Palmerius ex Coloniensi et Bruniano* 14 placet E, *corr.* E² symo BE 15 id *inducit Kraussius* 17 exppratio G, *corr.* G² immemori *Guyetus et Bentleius* inmemoris BCDEGP bñfici, bñ *in ras.*, D 18 quid me C 19 predico DE SY. Ita—*u.* 20 sunt *inter lineas* B 20 has ēē D 22 ut gnati E uitam, uit *in ras.*, C 23 te in hac re DG 24 his B hiſ G Sosia ac *Guyetus et Bentleius* Sosia—*u.* 25 potestas *proscripsit C. F. Hermannus* ephoebis D

12. Non. p. 317. et 366 „Quod—tibi." 13. Donatus: haud m. f.] legitur et „multo," hoc est ‚damno, reprehendo'. — Idem in Hec. V 1, 4. „muto factum." 15. Donat. in I 5, 30 et Phorm. I 2, 4. „Et—gratiam." — Schol. Bembin. in Phorm. l. c. „Et—gratiam" (apud te). — Non. p. 232 „Et—aduersum habeo gratiam" (te *om.*). — Arusian p. 211. „Et—gratiam." — Idem p. 232 Gratum aduersum te pro tibi T. A. „id—te." — Prisc. II p. 26 „Idque aduersum te gratum fuisse habeo gratiam." — Idem p. 311 „Idque gratum —gratiam." — (Serg.) in Donat. p. 561 ‚Aduersum te habeo gratiam' pro ‚apud te,' ut T. „Et—gratiam." 16. 17. Auson. praef. Epist. XVIII. Sed abeamus ab his, ne „istaec commemoratio" ad illam Sosiae formidinem uideatur accedere. 17. immemoris: Donatus (in mēbris *Par.*). 18. Donat. in u. 141 et Prisc. II p. 257 „Quin—uelis." — Donat.in Ad. V 8, 29 „uno—uelis" (siquid est). 20. Prisc. II p. 188 „Quas—nuptiae." 22—24. Cic. de inu. I 23, 33 Partitur apud T. breuiter et commode senex in A. quae cognoscere libertum uelit. „Eo—uelim." itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat primum gnati uitam „Nam—Sosia" (*tum* „Liberius—potestas" *om. Puteaneus aliique*). — 22. 23. Claud. Sac. p. 37 „Eo—uelim." — Non. p. 275 „Eo—‚Cognoscis'." — Prisc. II p. 257 „consilium—uelim." — Donat. in u. 130 „Consilium meum Cognosces." 23. in hac te re: Eugraph. *bis* in lemm. 24. Cic. de inu. I 19, 27. Victorin. in Cic. Rhet. p. 202 Halm. „Nam—Sosia." — Cic. de or. II 80, 326. Jul. Victor. Art. Rhet. p. 424 Halm. „Nam—ephebis." 25. Et liberius: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Qui scíre posses aút ingenium nóscere,
Dum aetás metus magister prohibebánt? SO. Itast.)
SI. quod plérique omnes fáciunt adulescéntuli,
Vt ánimum ad aliquod stúdium adiungant, aút equos
Alere aút canes ad uénandum, aut ad philosophos:
Horum ílle nihil egrégie praeter cétera
Studébat, et tamen ómnia haec mediocriter.
Gaudébam. SO. Non iniúria: nam id árbitror
Adprime in uita esse útile, ut nequíd nimis.
SI. Sic uíta erat: facile ómnes perferre ác pati:
Cum quíbus erat cumque úna, eis sese dédere:
Eorum óbsequi studiís; aduersus némini:
Numquám praeponens se íllis: ita ut facíllume
Sine inuídia laudem inuénias et amicós pares.
SO. Sapiénter uitam instítuit: namque hoc témpore
Obséquium amicos, uéritas odiúm parit.

26 au **G** 27 phibebat **D**, *corr.* **D²** phibāt **G** 28 pleruq;, ru *in ras.*, **D** 29 adiungunt **D** 30 philoſſophos **D** 31 aegre giae **B** 33 arbitor id **G** 34 Adprime **E**, *corr.* **E²** Adprima **C**, *corr.* **C²** ut *om.* **E** 35 facili **C**, *corr.* **C²** 36 iis **DG** his, h *in ras.*, **CE** his **B** effe ſe **P** 37 studiis obsequi *Bentleius simul* aduersus — *u.* 38 illis *inducens* 38 facilime **G** facillimę **E** 40 uitā *om.* **D¹**, *add.* **D²** inſtiſtuit **G**

27. Donatus: Quidam iungunt „metus magister." 28. Donat. in Phorm. I 3, 20. Prisc. II p. 357. Rufin. de metr. Ter. p. 383 Gaisf. „Quod —adulescentuli." — Seru. in Aen. I 181 „Quod - faciunt." — Donatus: Errat qui subdistinguit ‚plerique' et sic infert ‚omnes.' 28. 31. Donat. in Eun. I 1 19 „Quod—adulescentuli, Horum—egregie." 29. 30. Acron in Hor. A. P. 162 „aut equos—uenandum." 30. Donatus: canes ad uenandum]... multi docti... dicunt separata esse et „ad uenandum" extra ‚orationem' pro ‚ad uenatum.' (extra natū ∽ *Par.*: extra rationem *Ed. pr.*) 31. Prisc. I. p. 215 „Nihil horum egregie praeter cetera." 32. Non. p. 29 „et—mediocriter." 33. 34. Prisc. II p. 69 „nam—nimis." — 34. Idem I p. 91 „Adprime—utile. — Acron in Hor. Serm. I 1, 106. Seru. in Verg. Ecl. 2, 65 *et alii multi* „ne quid nimis." — 35. Donat. in u. 80 „Cum—una." 36. Donat. in u. 54 „his—studiis." 39. Prisc. I p. 17 Apud Latinos quoque hoc idem (digamma) inuenitur pro nihilo in metris... T. in A. „Sine inuidia—pares." — Donat. in u. 108 „laudem—pares." 40. 41. Isidor. Orig. I 35, 3 „namque—parit" 41. Cic. Lael. 24, 89 (cf. Quintil. VIII 3, 35) Non. p. 215. Donat. in Eun. II 2, 1. 20. Phorm. I 2, 5. Ad. III 3, 77. Acron in Hor. Serm. II 6, 27. Seru. in Aen. XII 25. Prisc. Praeexerc. II p. 433. Rufin. de metr. Ter. p. 383 Gaisf—Victorin. in Cic. Rhet. p. 200. Iul. Victor p. 437.

Digitized by Google

SI. Intérea mulier quaédam abhinc triénnium
Ex Ándro commigráuit huc uicíniae,
Inópia et cognatórum neglegéntia
Coácta, egregia fórma atque aetate íntegra.
SO. Ei, uéreor nequid Ándria adportét mali.
SI. Primum haéc pudice uítam parce ac dúriter
Agébat, lana ac téla uictum quaéritans:
Sed póstquam amans accéssit pretium póllicens,
Vnús et item alter: íta ut ingeniumst ómnium
Hominum áb labore prócliue ad lubídinem,
Accépit condiciónem, dein quaestum óccipit.
Qui tum íllam amabant, fórte, ita ut fit, fílium
Perdúxere illuc, sécum ut una essét, meum.
Egomét continuo mécum 'certe cáptus est:

43 cum migrauit C huic C huic BDEGP uicinia|| C, *corr.* C² 44 Inoppia G negligentia BD 46 Et D, *corr.* D² apportet B 48 et tela D, *corr.* D² et tela BCEP 49 posquā G praecium P 50 est *om.* B 51 a labore E libidinem B²C¹GP 52 dehinc DEG 54 me||um E

Cassiodor. de rhetor. p. 499 Halm. Isidor. Orig. II 9, 11. 11, 1. 21, 14. Sulpic. Seu. de uita beati Martini l. III. Tertullian. Apolog. 14. Augustin. Epist. 18. Hieron. adu. Pelag. I. Idem in Epist. ad Gal. 2, 4. Lactant. Inst. V 9, 6 cf. 21, 1. Epit. 64, 17 „Obsequium—parit." 42. Cledon. p. 1926. Augustin. Gramm. p. 2011 „Interea—triennium." — Prisc. II p. 109, 156. „abhinc triennium." — 42. 43. Prob. Inst. p. 155 „Interea—commigrauit." — Non. p. 499 Datiuus pro accusatiuo ... T. in A. „Interea — ‚huic uiciniae'." — Prisc. II p. 187 .. casus pro casibus figurate ... T. in A. „Ex — ‚huic uiciniae'" pro ‚in hanc uiciniam.' — Donat. in u. 78 et Ad. IV 4, 9 „Ex—huic uiciniae." — Idem in Phorm. II 3, 21 in malam crucem) aduerbialiter ut „huc uiciniae" (*om. Ed. pr.* — huic: *Ed. Ven*.) — Donatus in h. l: huic uiciniae] Legitur et „uicinia" (*sic Par.* — uicinia *Ed. pr.*) 44. 45. Donat. in IV 5, 3 et Phorm. I 2, 75 „Inopia — Coacta." 46. Donat. in Praefat., in I 1, 78. III 4, 3 „uereor—mali." — Idem in II 2, 1 „ne—mali." 47. Primum: Donat. in lemm. — Non. p. 512. Prisc. II p. 69. 70. „‚Primo' —agebat." — Seru. in Aen. VIII 412 „Primo haec uitam parce ac duriter agebat." — Augustin. gramm. p. 2008 „uitam — Agebat." — Seru. in Donat. p. 439 T. ait „duriter." 48. Donatus: lana et tela uictū q.] Subdistingue ‚tela.' finis enim laboris est. (Cf. Seru. in Aen. VIII 412 *ubi exciderunt haec* „lana et tela"). — Donat. in I 5, 39 „lana — quaeritans" (et). 50—52. Schol. Iuuenal. 14, 40 „namque ut est hominum ingenium procliue ad libidinem, dehinc questum accepit." 52. Donat. in Ad. II 1, 52 „deinde quaestum occepit" (*sic Ed. pr.*). — deinde: Eugraph. in lemm. 54. Donatus: perduxerunt illuc secum] Secum duxere, ut secum esset. 55. 56. Non. p. 317. Seru. in Aen. XII 296 „certe—Habet."

Digitized by Google

Habet.' óbseruabam máne illorum séruolos
Veniéntis aut abeúntis: rogitabam 'heús puer,
Dic sódes, quis heri Chrýsidem habuit?' nam Ándriae
Illi íd erat nomen. SO. Téneo. SI. Phaedrum aut Clíniam
Dicébant aut Nicáretum: nam hi tres túm simul
Amábant. 'eho, quid Pámphilus?' "quid? sýmbolam
Dedit, cenauit." gaúdebam. item alió die
Quaerébam: comperiébam nihil ad Pámphilum
Quicquam áttinere. enim uéro spectatúm satis
Putábam et magnum exémplum continéntiae:
Nam quí cum ingeniis cónflictatur eíus modi
Neque cómmouetur ánimus in ea ré tamen,
Scias pósse habere iam ípsum suae uitaé modum.
Cum id míhi placebat, tum úno ore omnes ómnia
Bona dícere et laudáre fortunás meas,
Qui gnátum haberem táli ingenio praéditum.
Quid uérbis opus est? hác fama inpulsús Chremes
Vltro ád me uenit, únicam gnatám suam

57 uenientes aut abeuntes **D**, *corr.* D^2 rogabam **E** 58 chrisidem **BDE** 59 Illud||erat, u *ex corr.*, **D** phedriā, iā *in ras.* **D** phedrium **E** 60 Dicebant *in ras.* **E** Nicaretum *Fleckeisenus* niceratum **CDEGP** nic-eratum **B** Phedrū dicebant aut (aut cliniam) niceratū **G**, *corr.* G^2 ii *in ras.* **D** hii tres| **E** 61 eo **C** heo **D** symbolum **P** simbolam, im *in ras.*, u *a corr.*, **B** simbolum **DEG** 62 alia die **G** 67 animus| **E** 69 Cum **D**, *corr.* D^2 71 *Codicis Victoriani* (**D**) *folia* 4. *et* 5. (I 1, 71—I 2, 8) *colore differunt a reliquis et scriptura paulo est recentior* 72 impulsus **BCE** cheme||s **C**, *corr.* C^2 Cremes **D**, *corr.* D^2 73 ut unicam **D**

56. 57. Donat. in Ad. I 1, 1 „obseruabam—abeuntes." 58. Fest. p. 297 M. (= Paul. p. 296) ‚Sodes' ‚si audes' ut[i ‚sis' pro ‚si uis' et ‚illico'] pro ‚in loco.' Terentius [in Andria „Dic] sodes quis heri Chry[sidem habuit]. — Lexic. Maii p. 520 „dic sodis quis uiciauit Chrysidem." 58. 59. Seru. in Aen. II 1 „nam—teneo." 61. Donatus: Subdistingue ‚quid': ut sit uox quaerentis quid dicat de Pamphilo. — Idem in u. 83 et Phorm. II 2, 25 „symbolum dedit cenauit." 66. huiusmodi: Donat. in lemm. (*om. Par.*) 69. Donat. in u. 117 „tum—omnes." 72. 73. Seru. in Aen. VII 268 „hac—suam." — Donat in u. 117 „hac—Chremes." 73. ib. „Ultro uenit ad me."

Digitized by Google

Cum dóte summa fílio uxorem út daret.
Placuít: despondi: hic núptiis dictúst dies.
SO. Quid óbstat, cur non uérae fiant? SI. Aúdies.
Fere ín diebus paúcis, quibus haec ácta sunt,
Chrysís uicina haec móritur. SO. O factúm bene:
Beásti: ei metui a Chrýside. SI. Ibi tum fílius
Cum illís, qui amabant Chrýsidem, una aderát frequens:
Curábat una fúnus: tristis ínterim,
Non númquam conlacrumábat. placuit tum íd mihi.
Sic cógitabam 'hic páruae consuetúdinis
Causa húius mortem tám fert familiáriter:
Quid si ípse amasset? quid hic mihi faciét patri?'
Haec égo putabam esse ómnia humani íngeni
Mansuétique animi offícia. quid multís moror?
Egomét quoque eius caúsa in funus pródeo,
Nihil súspicans etiám mali. SO. Hem quid ést. SI. Scies.
Ecfértur. imus. ínterea inter múlieres,

74 cū ſūma dote ||||||||||| G ut *om.* D uxorem ut E dared G 75 Palcuit G Placuit mihi D 76 Quid igitur obstat D G igitur *schol.* C obstat, stat *ex corr.*, P uere D E G andieïſ G 77 acta *ex* facta G 78 chriſiſ *ex* chruſiſ G chriſiſ E Crisis D hec uicina G 79 ei *om.* B C P hei metui aliqd a criside D chriſide E criſide G, *corr.* G² 80 amarant *Muretus* amabat, at *a corr. rec.*, E chrisidem B E G crisidem D 81 tristis||| E 82 nōnunquā D colacrumabat G collacrimabat D tū *om.* D¹, *add.* D² 85 hic (*om.* mihi) D hic mihi B C E G P mihi hic *uulgo* quid mihi faciet hic patri *Guyetus* 86 ego *om.* G 88 eius *ex* filius C infim9 prodeo G 89 etiam *om.* D quid id eſt D E quid eſt? id G *In* B *haec* scies—*u.* 90 mulieres *euanida renouauit manus recens* 90 Ecfertur P Ecfertur C Effertur B(?) D E G funus *ex* imus D²

75. Non. p. 280 „Placuit. ‚despondit. hinc'—dies." — Donat. in I 5, 34 „hic—dies." 77. 78. Charis. p. 199 „Ferme," ut apud T. lectum ferunt „Ferme—moritur" (Chrusis). at qui detracta M littera legerunt „fere." †producere solent. 79. beasti: metui: Donat. in lemm. — Lex. Maii p. 62 „beasti me." — Prisc. I p. 391 (Verba ‚timeo' et ‚metuo') absoluta sunt, cum non iunguntur casui accusatiuo, sed datiuo: ut T. in A... „ei—Chryside." — Arusian. p. 247 „quam metui a Chryside." — Schol. Bembin. in Heaut. III 2, 20 „metu[i a] Cryside." 83—85. Cic. de or. II 40, 172 „hic paruae—patri." 83. 84. Donat. in Hec. IV 1, 40 Martian. Cap. V § 497 „hii—familiariter." 85. Cic. ad fam. IX 7, 1 „quid hic mihi faciet patri." 89. Max. Victorin. p 285 Lind. „hem—scies." 90. Cic. de or. II 80, 326. Serv. in Aen. XI 183 „Effertur imus."

Digitized by Google

Quae ibi áderant, forte unam áspicio adulescéntulam,
Formá SO. Bona fortásse. SI. et uoltu, Sósia,
Adeó modesto, adeó uenusto, ut nihil supra:
Quae túm mihi lamentári praeter céteras
Visást: et quia erat fórma praeter céteras
Honésta ac liberáli, accedo ad pédisequas,
Quae sít rogo. sorórem esse aiunt Chrysidis.
Percússit ilico ánimum. attat hoc illud est,
Hinc íllae lacrumae, haec íllast misericórdia.
SO. Quam tímeo, quorsum euádas! SI. Funus ínterim
Procédit. sequimur: ád sepulcrum uénimus:
In ignem inpositast: flétur. interea haéc soror,
Quam díxi, ad flammam accéssit inprudéntius,
Satis cúm periclo. ibi tum éxanimatus Pámphilus
Bene díssimulatum amórem et celatum índicat:
Accúrrit: mediam múlierem compléctitur:

92 uultu **D**, *corr.* **D²** 94 q̄ tū *ex* q tū **D²** Quia tum **BC** Quae tum, e t *in ras.*, **P** 95 *Versus in* **G** *a corr. in marg. additus est* 96 pedissequas **BCE** 97 chrisidis **EG** crisidis **D** 98 illico **D** attat **BCGP** atat **DE** 99 illę sunt lacrimae **D** ē miſcđa *in ras.* **G** 100 SI. *add.* **E²**, *ut uidetur* 101 sepulchrum **BCEP** 102 imposita est **EGP** posita est **BCD** soror hęc **D** 104 periculo **BCDEGP** pāfiluſ **G** 105 diu celatum, diu *a corr.*, **D** diu celatum **E** 106 amplectitur **G**

91. 92. Donat. in I 5, 51 „forte—Forma." — Eugraph. in Eun. II 3, 26 „uideo adulescentulam Forma etc." — 91—93. Prisc. II p. 214 „uideo unam a.. Forma ac uoltu Sosia Adeo—supra." — Ib. p. 221 „forte u. a. a. Forma ac uultu Sosia—uenusto." — Ib. p. 360 „ibi unam a. a. F. bona fortassis ac uoltu Sosia—supra." — Ib. p. 87 „Forma bona fortasse." — 93. Prisc. II p. 33 „Adeo modesta adeo uenusta—supra." 93. Donatus: ut nihil supra] Ellipsis Terentiana. nam non necesse est subiungere duos uersus 94. Quia tum: Donat. in lemm. (Que tum: *Ed. pr.*) 96. Prisc. II p. 194 „accedo ad pedisequas." — 96. 97. Non. p. 383 „accedo—rogo." — 97. Prisc. I p. 250 „quae sit rogo." 98. Cf. Cic. ad Att. IV 8^{b}, 3 „Percussit animum." — Perculsit: Donati *Ed. pr.* in lemm. — attat: Donati *Paris.* 99. Cf. Cic. p. Cael. 25, 61. Horat. Ep. I 19, 41 „Hinc illae lacrimae." 100. Prisc. I p. 250 „Quam euadas." [Donat. in Hec. I, 2, 68 alibi „Quam metui quorsum euaderes." *sed cf.* I 2, 5) 100—102. Donat. in Phorm. I 2, 85 „Funus—fletur." (posita est). — 100. inposita est: Donat. in lemm. (posita est: *Ed. pr.*) 101—102. Cic. de or. II 80, 326 „ad sepulcrum—imposita est." — Arusian. p. 239 Imposuit in illam rem. T. in A. „in ignem imposita est." 104. 105. Donat. in Eun. I 1, 8 „ibi—indicat." — 105. Non. p. 436 „Bene — ‚indicans'." — Donat. in u. 65 „Bene—indicat."

Digitized by Google

'Mea Glycerium' inquit 'quid agis? cur te is pérditum?'
Tum illa, út consuetum fácile amorem cérneres,
Reiécit se in eum fléns quam familiáriter.
Quid ais? SI. Redeo inde irátus atque aegré ferens:
Nec sátis ad obiurgándum causae. díceret
'Quid féci? quid commérui aut peccaui, pater?
Quae sése in ignem inícere uoluit, próhibui:
Seruáui.' honesta orátiost. SO. Recté putas:
Nam si íllum obiurges, uítae qui auxiliúm tulit,
Quid fácias illi, quí dederit damnum aút malum?
SI. Venít Chremes postrídie ad me clámitans:
Indígnum facinus: cómperisse, Pámphilum
Pro uxóre habere hanc péregrinam. ego illud sédulo
Negáre factum. ille ínstat factum. dénique
Ita túm discedo ab íllo, ut qui se fíliam
Negét daturum. SO. Nón tu ibi gnatum? SI. Ne haéc quidem
Satis uéhemens causa ad óbiurgandum. SO. Quí cedo?
SI. 'Tute ípse his rebus fínem praescripstí, pater:

107 glicerium **DEG** quid agis **C** g ais **E** agiſ *in ras.* **G** te||is **G** 108 ē||ſuetū **G** cōsuetum facile amorem ut **D** 109 Reicit **D** Regecit **G** 110 Quid agiſ SIM. redeo inde i||ratuſ **G** 112 aut qd peccaui **D** 114 ||ratio est **D** ratio ē **G** rectae **C** 115 at tulit **B** attulit **D** tulit auxilium **G** 116 facies **DG** dederit qui *Bentleius* 117 h cremes **D**, *corr.* **D**^{2} chremeṇſ **G** postridie **CE** 118 facinuſ *ex* facimuſ **G** facinus comperisse **P** comperiſſe ſe **G** 122 neç hec **D** 123 Satis *om.* **D** 124 praescribsti **C** pscripſiſti **EG** praescribsisti **P** pscripsisti **D**

17 Ego-forma *in ras.* G Ego uidi D, *corr.* D² & forma D 18 & memini D Memini me E uideri *Bothius* uidere *libri* ||equior G 19 |||ſi E amplecti |||||||maluit G 20 malo pro hoc mihi det magnū malū D hoc malu G

II 6 *Δ* DAVVS A SIMO D DAV. DAVS SVS SYM. SYMO SENEX B SIMO DAVVS C SYMO DAVVS EP DAVVS SIMO |||||||||| |||||||||||| G 1 fallacia G 2 me nunc hic D 3 Daue *Palmerius et Bentleius* 5 habet male E 6 es mihi *in ras.* D 7 quippiam BCEP hę|| D hae BCEGP 8 *Sic Erasmus* Propter huiusce hospitae consuetudinem *libri* 9 bidui eſt G ō bidui D bidui aut tridui est BCEP 10 solicitudo nostin D 11 ipsus D ipse BCEGP rem recta reputauit BDEG (ta reputauit *in ras.* D recta|| G) recta *inter lineas* C²P¹ 12 licitum esset ęst B 13 clam caute ne P

18. Donatus: Memini uidere] Aut „memor sum me uidisse" aut „Memini uideri," non „uidere." — Idem in Phorm. I 2, 24 „Memini me uidere." — Seru. in Aen. II 12 „Memini—Pamphilo. — Idem in Georg. IV 127 „Memini —somnis" (aequior sim). — Schol. Bern. in Georg l. c. Dicimus „memini me uidere" auctoritate Terentii. — Donat. in IV 1, 12 „quo—maluit" 19. Donatus: Alii „insomnis" ‚uigilans.' sed melius („in somnis") ‚per noctem.'

II 6. 6. Donatus: potis (*ex* potines *Par.* — potisne *Ed. pr.*)] Integrum „potisne (*add.* es) id est potes (potis *Ed. pr.*). 8. Propter huiusce hospitae consuetudinem: Donat. in lemm. 9. bidui est aut tridui: Donat. in lemm. 10. nostin: Donatus. 11. eam rem reputauit uia: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Ea rés sibi esset, út uirum fortém decet:
Nunc úxore opus est: ánimum ad uxorem áppulit.
SI. Subtristis uisus ést esse aliquantúm mihi.
DA. Nihil própter hanc rem, séd est quod suscensét tibi.
SI. Quid námst? DA. Puerilest. SI. Quíd *id* est? DA. Nihil.
SI. Quin díc, quid est?
DA. Ait nímium parce fácere sumptum. SI. Méne? DA. Te.
'Vix' inquit 'drachumis ést opsonatúm decem:
Non fílio uidétur uxorém dare.
Quem' inquít 'uocabo ad cénam meorum aequálium
Potíssumum nunc?' ét, quod dicendum híc siet,
Tu quóque per parce nímium. non laudó. SI. Tace.
DA. Commóui. SI. Ego istaec récte ut fiant uídero.
Quid nam hóc est rei? quid híc uolt ueteratór sibi?
Nam si híc malist quicquam, hém illic est huic rei caput.

14 sibi res **E** 16 mihi esse aliquātulum **D** aliquantulum michi **E** 17 Nihil ē propter **D** succenset **DEG** 18 quid id est *Erasmus* quid est *libri* 19 Ait te nimium perparce **D** 20 inquid **E** drachumis *Ritschelius* dracḥmis **C** drahcmis **P** dracmis **B** dragmis **DEG** opsonatus *ex* opsonatum **C** obsonatus *ex* obsonatum P^2 opsonatus **B** obsonatus **DEG** 21 Num filio *Edd. ant.* 22 inquid **G** cęnam **E** 25 Commoue **C**, *corr.* C^2 26 est **C**, *corr.* C^2 hoc rei ē **D** eſt rei eſt **E**, *alterum* eſt *deleuit corr. rec.* 27 mali hem quicquā illic **G** ẖem **C**, *corr.* C^2 hem *inter lineas* **D** em illaec, a *in ras.*, **P** hui **B** *Post* caput F. II. A **E**

15. Donat. in prol. 1 „animum—appulit." 16. aliquantulum: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 365 Attici *ri* ex superuacuo adiciunt. T. in A. „Subtristis uisus est esse aliquid." 17. quod succenseat: Donat. *bis* in lemm. 19. Donat. in II 2, 23 „nimium—sumptum." 20. Lex. Maii p. 396 dicimus quoque ‚hic obsonatus' pro cena, unde T. „uix obsonatus est decem drachmis." 22. 23. Donatus: aequalium, Potissimum] „Aequalium" aetate, „potissimum" dignitate. 24. Prisc. II p. 85 „Tu—laudo." — Ib. p. 156 „per.. nimium non laudo." — Lex. Maii p. 419 „Tu—perparce facis." — Alcuin. p. 2124 „tu quoque perparce" 26. Lex. Maii p. 602 T. „ueterator." 27. hic est mali *et* ille: Donat. in lemm. — Seru. in Aen. XI 361 „nam si hic mali est quicquam illic rei est caput." — Prisc. I p. 593 „Illic" quasi apocopa facta in fine seruat accentum. T. in A. „illic—caput."

Digitized by Google

MYSIS. SIMO. DAVOS. LESBIA. GLYCERIVM.

III 1 MY. Ita pól quidem res est, út dixisti, Lésbia:
Fidélem haud ferme múlieri inueniás uirum.
SI. Ab Ándriast ancílla haec. DA. Quid narrás? SI. Itast.
MY. Sed hic Pámphilus SI. Quid dícit? MY. firmauít fidem.
SI. Hem.
DA. Vtinam aút hic surdus aút haec muta fácta sit.
MY. Nam quód peperisset, iússit tolli. SI. O Iúppiter,
Quid ego aúdio? actumst, síquidem haec uera praédicat.
LE. Bonum ingénium narras ádulescentis. MY. Óptumum.
Sed séquere me intro, ne ín mora illi sís. LE. Sequor.
DA. Quod rémedium nunc huíc malo inueniám? SI. Quid hoc?
Adeón est demens? éx peregrina?.. iám scio: ah
Vix tándem sensi stólidus. DA. Quid hic sensísse aït?
SI. Haec prímum adfertur iám mihi ab hoc fallácia:
Hanc símulant parere, quó Chremetem abstérreant.

III 1 *E* MYSIS *Φ* LESBIA *A* SYMO *Γ* DAVVS ANCILLA OBSTETRIX SENEX SERVVS **D** *Praeter has quatuor personas in* **C P** *intra portam Glycerium parturiens a muliere sustentata picta est; nomina desunt in* **P**: *in* **C** *sunt* LESBIA GLICERIVM MISIS PAMPHILVS DAVVS SIMO (*Pamphili nomen Lesbiae datum est*)

MYS MISIS ANCILLA LES. LESBIA OBSTETRIX SYM. SYMO SENEX DAV DAVVS SERVVS **B**

MISIS. LESPIA. SIMO DAVVS ANCILLA. | OBSTETRIX. SENEX SERVVS **G** MISIS GLICERIVM LESBIA DA SŸM **E** 1 res *om.* **E** dixti **BCDEGP** dixisti *Donatus* 2 hau **P** aufer me **C** haut **D**, *corr.* D^2 inuenies **E** 3 Ab —narrat *in ras.* **D** *Hoc* quid narras *Simoni continuant*, Ita est *Dauo dant libri* (Simo *ab initio us. add.* G^2), *illud Dauo, hoc Simoni attribuit Bentleius* narrat *ex* narras **D** DA. sic eſt **E** 4 fidē *inter lineas* G^2 6 Nā **G** quod **P** periff& **G** o *om.* **G** iupiter **E** 7 uera *ex* uerba **G** 9 in *ex corr.* **E** sies **BD** ſiſ illi **E** 10 huic nc **G** 11 |||| demens **C** ah *om.* D^1, *add.* D^2 12 sensisse se **BCDGP** se sensisse **E** agit **G** 13 prima **G** fertur **E**, *corr.* E^2 fallacia ab hoc **B** 14 crhem&m **G**

III 1 1. Donatus: Et „dixti" et „dixisti" legitur. 2. inuenies: Donati *Par.* in lemm. 7. Claud. Sac. p. 23 „si tu quidem uera praedicas." 11. Donat. in I 1, 119. Phorm. II 3, 68. Eun. I 2, 27. Eugraph. in Eun. V 2, 50 „Adeon—peregrina." 12. Donat. in V 3, 11 „Vix—stolidus." 14. Prisc. I p. 501 „Hanc—absterreant." — qđ Chremetem: Donati *Par.* in lemm.

Digitized by Google

GL. Iunó Lucina, fér opem, serua me, óbsecro. 15
SI. Hui, tám cito? ridículum: postquam ante óstium
Me audíuit stare, adpróperat. non sat cómmode 475
Diuísa sunt tempóribus tibi, Daue, haéc. DA. Mihin?
SI. Num inmémores discipuli? DA. Égo quid narres néscio.
SI. Hic ínparatum mé si in ueris núptiis 20
Adórtus esset, quós mihi ludos rédderet?
Nunc huiús periclo fít, ego in portu náuigo. 480

LESBIA. SIMO. DAVOS.

LE. Adhúc, Archylís, quae adsolént quaeque opórtet III 2
Signa ésse ad salútem, omnia huíc esse uídeo.
Nunc prímum fac ísta ut lauét: poste deínde,

GLY. INTVS Iuno **C** GLY. Intus iuno **P** INTVS. Iuno **B** GLI. Intuſ. Iuno **EG'**, Intus *erasum in* **G** Intus *ante* G *add.* D^2 16 Ho **P** hoſtium **E** 17 approperat **BE** non *in ras.* **D** 19 SY *add.* E^2 Num immemoref **E**, *corr.* E^2 narras **D** 20 Hiccine me si inparatum **BCD'EG'P** (Hicine D^2E Hic **G** *ex ras.*) Hic inparatum me si *Bothius* inue||||rif **G** 21 quos me ludos *Bentleius* 22 periculo **BCDEGP** portu **D**

III 2 Φ LESBIA OBSTETRIX *A* SYMO SENEX Γ DAVVS SERVVS **D** LESBIA DAVVS SIMO **CP** LEŠ DAVVS SYMO **E**

LES. LESBIA. OBSTETRIX. SYM. SYMO SENEX DAV. DAVVS SERVVS **B** LESBIA SIMO DAVVS OBSTETRIX | SENEX SERVVS **G** 1 Archylis *Bentleius* archillif **G** archilis, hi *in ras.*, **D** archilis **BCEP** assolent **E** oportent **E** 3 ista ut **P** ista ut **C**, *corr.* C^2 istaec||ut **D** istaec ut **BEG** poste *Fleckeisenus* post *libri*

15. Seru. in Aen. I 8, 601. II 610. XI 532. in Ecl. 4, 10. Philarg. in Georg. III 60. Acron in Hor. C. III 3, 28. Lactant. Plac. in Stat. Theb. III 158 „Iuno—obsecro." — Donat. in I 3, 5 „fer—obsecro." 19. Donatus: Num inmemores discipuli] Alii hic Pamphilum significari putant discipulum, quia Dauus magister... et tunc „discipuli" genetiuus est singularis casus (num inmemor es discipuli). alii nominatiuum pluralis putant ut discipulos dixerit per quos agitur fallacia. — Eugraphius: Non immemor es discipuli].. Numquidnam tu es immemor discipuli tui, hoc est Pamphili. 20. Hic si me imparatum: Donat. in lemm. (Hic me misi in partū *Par.*) 22. Porphyr. in Hor. C. I 14, 3 „in portu nauigo."

III 2. 1 - 5. Prisc. de metr. Ter. p. 425: Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic conuenit, quem puto ut imitetur hanc confusionem rythmorum facit. sunt autem et trimetri et hoc plus minusue et habent paenultimam uersus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam breuem, ut in A. „Adhuc Archilis —imperaui" (3. post. 4. iussi dare). hos sequitur dimeter catalecticus finiendi sermonis causa, quem ad Archilida habuit „Date – reuertar." 1. Archilis: Donat. et Eugraph. in lemm. 3. Schol. Bembin. in Ad. III 4, 36 „face

Digitized by Google

Quod iússi ei darí bibere et quántum imperáui,
Date: móx ego huc reuórtor.
Per ecástor scitus púer est natus Pámphilo.
Deos quaéso ut sit supérstes, quandoquidem ípsest ingenió bono,
Cumque huíc est ueritus óptumae adulescénti facere iniúriam.
SI. Vel hoc quís non credat, quí te norit, ábs te esse ortum?
DA. Quíd nam id est?
SI. Non ímperabat córam, quid opus fácto esset puérperae:
Sed póstquam egressast, íllis quae sunt íntus clamat dé uia.
O Dáue, itan contémnor abs te? aut ítane tandem idóneus
Tibi uídeor esse, quém tam aperte fállere incipiás dolis?
Saltem áccurate, ut métui uidear cérte, si rescíuerim.
DA. Certe hércle nunc hic se ípsus fallit, haúd ego. SI Edixín tibi,

4 Qđ[ei] iuſſi **G** ei *om.* **D** dari *ex* dare **B²** bibere|| **E** *In* **P** *us.* 4. *et* 5. *unum faciunt* 5 huc *om.* **C¹**, *add.* **C²** hu||c **D** reuortor[a], o *in ras.*, a *a corr. rec.*, **D** reuertor **E** reuortar **BCGP** 6 cituſ **G** natus ē **EG** 8 ueritus ē ueritus **D** ueritus est **BCEGP** adulescentulę **DG** 9 credet **E** esse *om.* **G** 10 inperat[abat] **D**, *corr.* **D²** 11 intus *om.* **C¹**, *add.* **C²** 12 itane|| **D** contempnor **DE** contemṭor[n] **C** 14 curate[ac] **D**, *corr.* **D²** uideaſ[r] **B**, *corr.* **B²** uidear, r *in ras.*, **E** 15 nunc|| ||| se ipsus **D** nunc ipsus se (*om.* hic) **BCEP** fallit:[hand ego] **D** haut **C** SY *in ras.* **E** edixin[t edixin] (*sic*) **D** edixi *Bentleius*

illam' ut lauet." — Donatus: fac ista ut lauet] ista quae ex puerperio sordebant. quidam „istam" ipsam puerperam dicunt: sic enim et Menander λούσατε αὐτὴν τάχιστα (*graeca om. Ed. pr. ARTHN YTISA Par.*). — ista: Eugraphius. 4. *Et* Quod iussi dare bibere *et* Quod iussi da (date *Ed. pr.*) bibere: Donat. in lemm. — Quod iussi dari: Eugraph. in lemm. — Prisc. II p. 156. Pompei. gramm. p. 263 „Quod iusse ei dare bibere." — (Serg.) in Donat. p. 502 „iussi ei dare bibere. — 5. reuertor: Donat. in lemm. 6. Non. p. 404. Prisc. II p. 38 „Per—Pamphilo." — Donat. in Hec. V 1, 14 „Per —est natus Pamphilo." — Idem in Phorm. I 2, 60 „scitus—Pamphilo." — Lex. Maii p. 113 ‚citus' quod et pro ueloli et pro agili dicitur, unde T. „citus puer natus est e Pamphilo." — Idem. p. 528 ‚Scitus' uiuax uel sapiens, unde T. „scitus—e Pamphilo." Cf. Fest. p. 330 M. — Alcuin. p. 2138 „perscitus puer" i. e. ualde scitus. 7. ille est: Eugraph. in lemm. — Non. p. 396 „Deos—superstes." 9. Donatus: hoc quis (qui *Par.*) credat (uel hoc quod non credat *Ed. pr.*)] Ironia est. — Idem: abs te esse natum] Et „ortum" legitur. — 10. facto opus esset: Eugraph. in lemm. 15. nunc hic se i. f.: Donat. in lemm. — edixin: Donat. (*om. Par.*) et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Intérminatus súm, ne faceres? núm ueritu's? quid ré tulit?
Credón tibi hoc nunc péperisse hanc e Pámphilo?
DA. Teneó quid erret, ét quid agam habeo. SI. Quíd taces?
DA. Quid crédas? quasi non tíbi renuntiáta sint haec síc fore.
SI. Mihin quísquam? DA. Eho an tute íntellexti hoc ádsimulari? 20
SI. Inrídeor. 500
DA. Renúntiatumst: nám qui tibi istaec íncidit suspício?
SI. Qui? quía te noram. DA. Quási tu dicas, fáctum id consilió meo.
SI. Certe énim scio. DA. Non sátis me pernosti étiam, qualis
sím, Simo.
SI. Egon té? DA. Sed siquid tíbi narrare occépi, continuó dari
Tibi uérba censes fálso: itaque hercle níhil iam muttire aúdeo. 505 25
SI. Hoc égo scio unum, néminem peperísse hic. DA. Intelléxti [⏑–].
Sed níhilo setiús mox puerum huc déferent ante óstium.

16 ueritus (*om.* es) **BCDEGP** rem tulit **C** 17 ex pamphilo **D** 18 et *om.* **BC** 19 non tibi non **BC**^{1} (*alterum* non *erasum in* **C**) tibi sint fint renunciata **G** tibi renuntiata **D**, *corr.* **D**^{1} renuntiata tibi fint **E** 20 adsimularier **BCDEGP** (ass. **E**) irrideor **E** *et in ras.* **G** 21 Denuntiatum **B**, *corr. schol.* Denuntiatum **C** tibi ifthaec **G** istaec tibi **BCDEP** 22 Qui q te‖noram, q te‖n *in ras.*, **D** id *om.* **G** confio **G** 23 etiã *inter lineas* **D**^{2} fymo **E** 24 Egone **BCDEGP** tibi *inter lineas* **D** occepi **D**^{1}**E** occoepi **B**^{2}**D**^{2}**G** coepi **B**^{1}**CP** dare **BC** 25 falso *Dauo continuauit Bentleius, Simoni dant libri cum Donato* mutire **B** mutire iam **E** mutire **G**^{1}, ⊤ muſitare *schol.* 26 Hoc **G** peperiſſe hic neminē **G** *Iambum finalem desiderant Erasmus et alii* 27 secius **E** mox puerum huc deferent *Bentleius* puerum deferent huc (*om.* mox) **BCD**^{2}**EGP** (purum **C**) *In* **D** *hic est supremus uersus paginae* Sed nihilominus referetur mox huc puer ante ostiū: *super hunc scripsit manus aeque antiqua* Sed nihilo setius puerū deferent huc ante ostium hostium **BE**

16. Donatus: num ueritus] Deest „es." apta ellipsis irascenti. 17. Prisc. II p. 347 „credon—nunc." 21. nam qui istec (sta hęc *Par.*): Donat. in lemm. 21. 22. Prisc. II p. 72 „nam—noram" (tibi istaec). — 22. Prisc. II p. 137 „Qui? quia te noui'." — Donat. in Eun. IV 5, 10 „quasi—meo." (dicis *Ed. pr.*) 24. Donatus: „occepi" melius quam „incepi." — Prisc. II p. 107 „sed—occepi." — Idem II p. 192. 336. 243. 244. „sed—censes" (coepi p. 243. 244.) 25. Donatus: Potest et εἰρωνικῶς „falso" pronuntiari, potest et „falso loqueris" dici. 26. Ego unum hoc scio: Donat. in lemm. — Idem in V 3, 20 „hoc—hic" (unum *om.*). — Prisc. I p. 207 „hoc—hic." 27. Lex. Maii. p. 556 Secius segnius. T. in A. „nihilo secius." — referetur

Digitized by Google

Id égo iam nunc tibi, ére, renuntió futurum, ut sís sciens,
Ne tu hóc posterius dícas Daui fáctum consilio aút dolis:
Prórsus a me opínionem hanc tuam ésse ego amotám uolo.
SI. Vnde id scis? DA. Audíui et credo: múlta concurrúnt simul,
Quí coniecturam hánc nunc facio. iám prius haec se e Pámphilo
Gráuidam dixit ésse: inuentumst fálsum. nunc, postquám uidet
Núptias domi ápparari, míssast ancilla ílico
Óbstetricem accérsitum ad eam et púerum ut adferrét simul.
Hóc nisi fit, puerum út tu uideas, níhil mouentur núptiae.
SI. Quíd aïs? cum intelléxeras
Íd consilium cápere, cur non díxti extemplo Pámphilo?
DA. Quís igitur eum ab ílla abstraxit nísi ego? nam omnes nós quidem
Scímus, quam misere hánc amarit. núnc sibi uxorem éxpetit.
Póstremo id mihi dá negoti: tú tamenidem has núptias
Pérge facere ita út facis: et id spéro adiuturós deos.

28 renuntio ere **DG** ‡ereṛẹ nunti||o|| **C** here nuntio **B** sis, i *in ras.*, **C** s||is **D** 29 Ne tu hoc mihi **BCEP** Ne tu mihi hoc **DG** mihi *induxit Bentleius cum edd. ant.* daue i **C**, *corr.* **C**² 30 hanc *om.* **BCEP** *In* **G** *hic us. post u.* 32 *positus sed signis in suam sedem euocatus est* 31 *Haec* multa — *u.* 35 simul *Simoni, us.* 36 *Dauo tribuitur* in **B**¹**CDEG**¹**P**²: *in* **C** *notae sunt super lineam, erasae sunt in* **BG**. *Prima manus codicis* **P** *u.* 31. Audiui — *u.* 36. nuptiae *Dauo dederat: cuius in locum* **P**² *u.* 31. SIM. *substituit et notam* DA. *uersui* 36. *praefixit: sed manus recens u.* 31. DA. *reuocauit et ante* multa *super lineam posuit* ſymo 32 nunc hanc **E** pamphylo **G** a pamphilo **E** 35 arcessitum (**B**?)**P** afferret **BE** 36 commouentur **G** *In* **P** *us.* 36. *et* 37. *in unum contracti sunt* 37 a||is **D** agiſ **G** 38 extimplo **E** pāphylo **G** 40 amarạ it **G**, *corr.* **G**² 41 idem *inter lineas* **D**², *om.* **BCEGP** 42 id *ex* it **C**

mox huic puer (refertur. mox puer *Ed. pr.*): Donat. in lemm. — deferent huc puerum: Eugraph. in lemm. 28. iam tibi nunc: Donati *Par.* in lemm. 31. 32. Prisc. II p. 72 „audiui—facio." 32. Donatus: Iam primum haec se ex Pamphilo]+ Secundum quod (*sic uulgo.* concepit qđ *Par.* sed qđ *Ed. pr.*) credit senex. — Eugraphius: audiui, inquit, conscius non sum qui auditu ista cognoui. sed incipit quaestio per locum communem an a me credendum sit. adiungit argumenta ex pluribus rebus. 34. parari: Donat. in lemm. 40. misere quam hanc amarit: Donat. in lemm. — Schol. Bemb. in Eun. I 1, 23 „quam misere ‚hunc amaret'." 41. Donatus: tamen idem] ‚idem' abundat. apud ueteres „tamenidem" integrum fuit: unde apud uos ‚tandem' et ‚tamen' natum est.

Digitized by Google

SI. Ímmo abi intro: ibi me ópperire et quód parato opus ést para.
Non ímpulit me, haec núnc omnino ut créderem:
Atque haúd scio an quae díxit sint uera ómnia.
Sed párui pendo: illúd mihi multo máxumumst,
Quod míhi pollicitust ípsus gnatus. núnc Chremem
Conuéniam: orabo gnáto uxorem: [id] si ímpetro,
Quid álias malim quam hódie has fieri núptias?
Nam gnátus quod pollícitust, haud dubiúmst mihi,
Si nólit, quin eum mérito possim cógere.
Atque ádeo in ipso témpore eccum ipsum óbuiam.

SIMO. CHREMES.

SI. Iubeó Chremetem... CH. O te ípsum quaereham. SI. Ét ego te. CH. Optato áduenis. III 3
Aliquót me adierunt, éx te auditum qui aíbant, hodie fíliam

43 Immo *om.* E abintro C. *corr.* C² operire BDEG 45 haut D¹G 46 multo *om.* EG 47 ipsus BD¹G ipse CD²EP chremem D chreme G chremen BCEP 48 orabo. gnato P nato E id *Priscianus, om. libri* 49 ||odie G fieri has CEP 50 haut C, *corr.* C² dubiū mihi ē G dubiū mihi est id DE dubium est id mihi BCP 51 nollit CP, *corr.* C²P¹ 52 adq; C, *corr.* C² in *om.* BCEP tē pore G, *corr.* G² eccum ipsum obuiam chremem DG eccum ipsum obuiam BCEP Atque adeo in tempore eccum ipsum obuiam Chremem *Goueanus*

III 3 *A* SIMO ·H· CHREMES. SENES DVO D SYM. SYMO. CHRE. CHREMES. SENES DVO B SIMO CHREMES SENES .II. P SIMO SENEX CHREMES II C SIMO. CHREMES SENES. II. G SYMO CHREMES E 1 o *om.* G 2 Aliquot C, *corr.* C² aiebant BCDEGP *In* P *us. excurrit in* meam

43. Donat. ad V 2, 6 „Immo—para" 47. Inc. art. gramm. p. 89 Endl. T. accusatiuo „Chremem" pro Chremetem (u. II 2, 24. Eun. IV 4, 56. V 2, 70. Phorm. I 2, 13. V 6, 25). 48. 49. Prisc. II p. 243 „id si—nuptiis." 49. Charis. p. 194 ‚Alias' pro ‚aliter' T. in A. „Quid—nuptias" (istas): ubi Fl. Caper de latinitate: non ausim adfirmare pro ‚aliter' dici. — Acron in Hor. Serm. I 4, 63 Alias: alio tempore, alio in loco. T. „Quid—nuptias." 52. Donatus: eccum ipsum obuiam] Continuo mutauit declinationem [&] „Iubeo Chremetem."

III 3. 1. Non. p. 324. Prob. Cathol. p. 24. (Serg.) in Donat. p. 556. Consent. p. 2050. Schol. Lucan. IV, 510. Seru. in Aen. II 3. III 261. XII 584. Donat. in Eun. IV 7, 20 „Iubeo Chremetem." — Schol. Bembin. in Ad. V 8, 2 iubeo—in an(dria iu)beo c —. Donatus: Iubeo Chremetem]... deest ‚saluere' quod opprimitur alterius personae interuentu. — Lex. Maii p. 395 „optato ‚aduenisti'." 2. Non. p. 237 „Aliquod—auditum ‚esse'."

Digitized by Google

Meam núbere tuo gnáto: id uiso tún an illi insániant.
SI. Auscúlta paucis: ét quid te ego uelim ét tu quod quaeris scies.
CH. Auscúlto: loquere quíd uelis.
SI. Per té deos oro et nóstram amicitiám, Chremes,
Quae incépta a paruis cum aétate adcreuít simul,
Perque únicam gnatám tuam et gnatúm meum,
Cuius tíbi potestas súmma seruandí datur,
Vt me ádiuues in hác re, atque ita uti núptiae
Fueránt futurae, fiant. CH. Ah, ne me óbsecra:
Quasi hóc te orando a me impetrare opórteat.
Alium ésse censes núnc me atque olim cúm dabam?
Si in rémst utrique ut fiant, accersí iube.
Sed si éx ea re plús malist quam cómmodi
Vtríque, id oro te in commune ut cónsulas,
Quasi illa tua sit Pámphilique ego sim pater.
SI. Immo ita uolo itaque póstulo ut fiát, Chremes:

3 tun || D tun *om.* G 4 paucis *ex* paucas C^2P^2 pauca B te ego uelim *Bentleius* ego te uelim BCDEP ego uelim te G 5 quod D 6 Per ego te DE chremes C^1P chreme BC^2EG *et* D^2 *inter lineas* 7 adcreuerit D 10 uti G ut BCDEP 11 CHR. *in ras.* E^2 ah||ne D 12 impetrare a me BCEP 13 adque C, *corr.* C^2 Quom D, *corr.* D^2 14 Siirem P, *corr.* P^2 in re ē G 16 oro te *G. Fabricius et Bentleius cum codd.* te oro BCDEGP 17 Quasi si D sit filia E Pamphiliquae C pamphyle G 18 uolo atque postulo E chreme BCDEGP

4. Donatus: Et „paucis" et „pauca" legitur. — et quid ego te uelim: Idem in lemm. — Eugraphius: Ausculta, inquit, et quid egomet te uelim." — Prisc. II p. 281 Ausculto tibi et te.. T. in A. (I 3, 4 „auscultem seni"), in eadem „Ausculta pauca et quid ego te—scies." nec enim aliter stat iambus, qui est quaternarius: quod etiam Donati commentum approbat. — Idem p. 320 Nostri.. adiungunt ‚ausculto' tam datiuo quam accusatiuo. T. in A. (I 3, 4).. idem in eadem „Ausculta pauca et quid ego te—scies." sic enim habent antiqui codices teste Donato commentatore eius. 6. 7. Seru. in Aen. XI 537 „per a. q. coepta a paruulis—simul." 6. Per te deos oro: Donat. in lemm. — Per ego te deos oro: Eugraph. in lemm. — Donatus: Chremes] Legitur et „Chreme." — Chreme: Eugraph. in lemm. — 8. gnatam t. e. m. g.: Donat. in lemm. 10. nuptiae ut fuerant: Donat in lemm. — ut: Eugraph. in lemm. 12. a me *om.* Donat. in lemm. 14. Arusian. p. 241 In rem est pro utile est. T. in A. „Si in rem est." — 17. quasi si: Donat. in lemm. 18. Prisc. I p. 288 Etiam in illis quae tertiae (sunt), id est in omnibus graecis ES producta finitis similiter inuenis uocatiuum in E productam proferri, ut Chreme Lache Achille. T. in A. „Immo—Chreme."

Digitized by Google

Neque pŏstulem abs te, ni ipsa res moneát. CH. Quid est?
SI. Iraé sunt inter Glycerium et gnatum. CH. Aúdio.
SI. Ita mágnae, ut sperem pósse auelli. CH. Fábulae.
SI. Profécto sic est. CH. Sic hercle ut dicám tibi:
Amántium irae amóris integrátiost.
SI. Em, id te óro ut ante eámus, dum tempús datur,
Dumque eiús lubido occlúsast contuméliis:
Prius quam hárum scelera et lácrumae confictaé dolis
Redúcunt animum aegrótum ad misericórdiam,
Vxórem demus. spéro consuetúdine et
Coniúgio liberáli deuinctúm, Chremes,
Dein fácile ex illis sése emersurúm malis.
CH. Tibi ita hóc uidetur: át ego non posse árbitror
Neque illum hánc perpetuo habére neque me pérpeti.
SI. Qui scis ergo istuc, nísi periclum féceris?
CH. At istúc periclum in filia fieri grauest.
SI. Nempe incommoditas dénique huc omnis redit,
Si euéniat, quod di próhibeant, discéssio.
At sí corrigitur, quót commoditatés uide:
Princípio amico filium restítueris,
Tibi génerum firmum et filiae inueniés uirum.
CH. Quid istíc? si ita istuc ánimum induxti esse útile,

19 nisi DEG 20 glyrium BC glicerium E 22 herchle D 23 am|||oris D 24 Em C¹P Em D ||||hem G Hem BCE 27 Reducant C²E 29 deuino tū, tū *add. corr.*, G chremes BCP chreme DEG 30 Dehinc EG Dein *ex* Dehinc D 32 que me C 33 (= 34) periculum EG peric||lum P feceris, eceris *in ras.*, E 36 diffecſio G, *corr.* G² 37 corrigetur *ex* corrigeretur E corrig&ur G quod C, *corr.* C² 38 reſtituef E

19. nisi: Donat. in lemm. 20. Donat. in III 4, 18. V 2, 12 „Irae—gnatum." 23. Charis. p. 122. Acron in Hor. C. III 9, 23. Donat. in V 2, 12 et Eun. I 2, 73. Seru. in Ecl. 2, 14 „Amantium—integratio est" (reintegratio: *Seruius*). 26. Donat. in Eun. I 1, 3 „Priusquam—dolis." 29. Eugraphius: „Chreme" uocatiuus graecus est. 30. Arusian. p. 229 „ex illis se emersurum malis." 33. Augustin. Dialect. 10 fin. „Qui—feceris" (stuc). 34. Non. p. 219 „At stuc periculum fieri in filia graue est." 36. Prisc. II p. 246 „Siue ueniat —discidium." 37. Ac si corrigetur: Donat. in lemm. (corrigatur *Ed. pr.*) 38. Donat. in IV 1, 26 „Principio amico filium." 40. Donatus: animum induxisti] Legitur et „animum induxti" (Si id animū

Digitized by Google

Noló tibi ullum cómmodum in me claúdier.
SI. Meritó te semper máxumi fecí, Chremes.
CH. Sed quíd aïs? SI. Quid? CH. Qui scís eos nunc díscordare intér se?
SI. Ipsús mihi Dauos, qui íntumust eorúm consiliis, díxit:
Et ís mihi suadet núptias quantúm queam ut matúrem.
Num cénses faceret, fílium nisi scíret eadem haec uélle?
Tute ádeo iam eius uerba aúdies. heus, éuocate huc Dáuom.
Atque éccum uideo ipsúm foras exíre.

DAVOS. SIMO. CHREMES.

III 4 DA. Ad te ibam. SI. Quíd namst?
DA. Cur úxor non accérsitur? iam aduésperascit. SI. Aúdin?
Ego dúdum non nihil uéritus sum, Daue, ábs te, ne facerés idem,
Quod uólgus seruorúm solet, dolis ut me delúderes,
Proptérea quod amat fílius. DA. Egon ístuc facerem? SI. Crédidi:

42 maxume **BCD²E¹** (**C** *ex* maxumi) chreme **BCDEGP** 43 agis **BC** 45 p suadet **D**, *corr.* **D²** *et* ꝉ persuadet *schol. in marg. cum* **EG** quem a **C**, *corr.* **C²** 46 cesses n **CG**, *corr.* **C²G¹** eadē *in ras.* **D** 46 audies uerba heus **D**, heus *add.* **D²** audies uerba (*om.* heus) **G** audies uerba heus **BCEP** uerba audies *Faërnus ex codice* uocate **G** 48 heccum **E** ipsum *om.* **BCEP**

III 4 Γ̄. DAVVS. SER̄. A SIMO. H. CHREMES. SEN̄. II. **D** DAV DAVVS SERVVS. SYM SYMO. CHRE. CHREMES. SENES DVO **B** DAVVS SERVVS SIMO EIDEM CHREMES **C** (dauus ſeruus. ſymo. chremes ſenes duo **P²**) DAVVS SERVVS. SIMO CHREMES **G** DAVVS SYMO CHREMES **E** 2 acceſſit **G** audin? *Bentleius.* audin tu illum *libri* Cur non adcersitur? iam aduesperascit. S. audin tu illum *Erasmus* 3 idem **D²** *in marg.* 4 Quid **G**, *corr.* **G²** luderes **BCP** 5 amat *ex* amas **C** egone **DG**

inductis sis. Legitur et „in animum induxti: *Par.* — ſed id animum induxit. Legitur et „animum induxisti: *Ed. pr.*) 44. Seru. in Aen. I 60 „Ipsus mihi Dauus." — Prisc. II p. 6 „Ipsus—dixit." 47. audies uerba: Donat. in lemm.

III 4. 3. Prisc. II p. 82 „Ego—Daue." — Alcuin. p. 2123 „Ego—sum." 3. 4. Isidor. Orig. II 30, 12 „Ego non nihil ueritus sum dudum ‚abs te cauere' ne faceres Quod—deluderes."

Digitized by Google

Idque ádeo metuens uós celaui, quód nunc dicam. DA. Quíd?
SI. Scies:
Nam própemodum habeo iám fidem. DA. Tandém cognosti quí siem?
SI. Non fúerant nuptiaé futurae. DA. Quíd? non? SI. Sed ea grátia
Simuláui, uos ut pértemptarem. DA. Quíd aïs? SI. Sic res ést. DA. Vide:
Numquam ístuc quiui ego íntellegere. uáh consilium cállidum.
SI. Hoc aúdi: ut hinc te intro íre iussi, oppórtune hic fit mihi óbuiam. DA. Hem,
Num nám perimus? SI. Nárro huic, quae tu dúdum narrastí mihi.
DA. Quid nam aúdio? SI. Gnatam út det oro, uíxque id exoro. DA. Óccidi. SI. Hem,
Quid díxisti? DA. Optume ínquam factum. SI. Núnc per hunc nullást mora.
CH. Domúm modo ibo, ut ápparetur dícam, atque huc renúntio.
SI. Nunc te óro, Daue, quóniam solus mihi éffecisti has núptias,
DA. Ego uéro solus. SI. gnátum mihi corrígere porro enítere.
DA. Faciam hércle seduló. SI. Potes nunc, dum ánimus inritátus est.
DA. Quiéscas. SI. Age igitúr, ubi nunc est ípsus? DA. Mirum ní domist.

6 Atq; adeo **E** Idq||| *in ras.* **D** abeo **G**, *corr.* G^2 7 habeo iã **C**, tibi *add.* C^2 habeo tibi iam **BDEGP** cognouiſti **E** s||iem **D** 9 Simalui uoſ ut tẽptarẽ **G** 10 ego *inter lineas* **D**, *om.* **B** intelligere **B** uaꝰ **C** uah *corr. rec. in ras.* **D** calidum **C** 11 oportune **BDEG** mihi fit **DG** 12 periimus *Edd. antiquae* 13 if gnatam **EG** 14 dixti **BCDEP** dxti **G** 15 CHR. *in ras.* E^2 ||ibo **C** apparetur *Guyetus et Bentleius* apparentur **BCEGP** aparentᵛ **D** hu|c **E** renuntio *add.* C^2 16 SY. *in ras.* E^2 17 gnatum mihi corrigere *Fleckeisenus* corrigere mihi gnatum *libri* 18 irritatus **EGP** est *om.* E^1, *add.* E^2 19 domuſt **G**

9. Eugraphius: simulaui] Alii „sic malui." 10. Claud. Sac. p. 25 „ua consilium callidum." 13. Donatus: Quidnam audio] Legitur et „audiam." Menander enim sic ait τί δῆ ποτ' ἀκούσω (ΠΡΟΤΟΝΚΥΜΕ *Par.* — *graeca om. Ed. pr.*). 15. hac renuntio: Donati *Par.* in lemm. (huic *Ed. pr.*). — Idem in IV 3, 17 „Domum—renuntio" (dicam ut apparentur). 19. Donat. in Hec. IV 4, 16 „Quiescas."

Digitized by Google

SI. Ibo ád eum atque eadem haec, tíbi quae dixi, dícam itidem illi. DA. Núllus sum.
Quid caúsaest, quin hinc in pistrinum récta proficiscár uia? 600
Nihil ést preci locí relictum: iám perturbaui ómnia:
Erúm fefelli: in núptias coniéci erilem fílium;
Feci hódie ut fierent, ínsperante hoc átque inuito Pámphilo.
Em astútias: quod sí quiessem, níhil euenissét mali.
Sed eccum ípsum uideo': óccidi: 605
Vtinám mihi aliquid ésset hic, quo núnc me praecipitém darem.

PAMPHILVS. DAVOS.

III 5 PA. Vbi illic est? scelús, qui me hodie.. DA. Périi. PA. atque hoc confíteor iure
Mihi óptigisse, quándoquidem tam inérs, tam nulli cónsili sum:

20 tibi quae *Bentleius* quae tibi *libri* idem C¹P 21 hic B 23 Herum BC² ||erum E filiū erilē DG herilem B 25 Em C¹P Hem BC²DEG astutiaſ CP astutia DEG qui ſi D quieſſē G, *corr.* G² inuenisset D *V.* 25. *et* 26. *unum faciunt in* P 27 aliquid esset E esset aliquid BCDGP qđo G, *corr.* G² pcipem G

III 5 *Z* Pamphilus adolescē. *A* Dauus seruus D PAMPHILVS DAVVS ADOLESCENS SERVVS P PAMPHILVS ADVLESCENS. DAVVS SERVVS C PAPHĿ. ADV|LESCENS SERVVS (LESCENS SER *in ras.*) G PAMPHIL DAVVS E *In* B *ab hac scaena inde desunt indices* 1 qui me hodie... *Bentleius* (hodie *ex codd.*) qui me perdidit *libri* *In* P *metra usque ad u.* 12 *turbata sunt ita:* 1, Ubi—perdidit 2, DA. perii—quando quidem 3, Tam—meas 4, Me—fero 5, Sed—malum 6, Nam—sum 7, Pollicitus—sedulo 8, Dicam—ohe 9, Visus—miserum 10, Impeditum—Pamphile 11=12. 2 optigisse G nullius BCEP

20. Donatus: dicam eadem illi] †In aliis „itidem" (item *Par.*) scriptum est. quod si est pro ‚item' accipiamus. An ergo „idem" pro ‚item.' (an ego „idem" an „item" *Par.*) 25. Donatus: Hem astutias]. . pluraliter dixit „astutias." — Eugraphius: „Astutia" ‚scelus' ‚malum' et reliqua alia interiectiones sunt dolentis aut irascentis, quando ita ponuntur. 27. esset h. aliquid q.: Donati *Par.* in lemm.

III 5. 1. scelus q. m. p.: Donat. in lemm. — qui me perdidit: Eugraph. in lemm. — 2. Donatus: Una pars orationis est „nulliconsilii." nos ‚nullius' et ‚solius.' — Charis. p. 111 ‚Nullus' ‚nullius' facit genetiuo casu. sed T. ait „‚inersi iā' nulli consilii sum." — Prisc. I p. 227 ‚nulli' pro ‚nullius.' T. in A. „quando quidem—consilii." — Idem II p. 7 „tam iners—consili."

Digitized by Google

Séruon fortunás meas me cómmisisse fúttili!
Ego prétium ob stultitiám fero: sed inúltum numquam id aúferet.
DA. Posthác incolumem sát scio fore me, núnc si deuito hoc malum.
PA. Nam quíd ego nunc dicám patri? negábon uelle mé, modo
Qui súm pollicitus dúcere? qua *audácia* id facere aúdeam?
Nec quíd me nunc faciám scio. DA. Nec mé quidem, atque id ago sédulo.
Dicam áliquid me inuentúrum, ut huic malo áliquam producam moram.
PA. Oh. DA. Visus sum. PA. Eho dum bóne uir, quid aïs? uíden me consiliís tuis
Miserum ímpeditum esse? DA. Át iam expediam. PA. Expédies? DA. Certe, Pámphile.
PA. Nempe út modo. DA. Immo mélius spero. PA. Oh, tíbi ego ut credam, fúrcifer?

3 futtuli **DG** futili **BE** fuṭtili **C** 4 Ego *Seruius* (*et* **E**?) Ergo **BCDP** g^{o} **G** *in ras.* praetium **P** ſinultū ||| id **G** numquam id *Erasmus* id numquam *libri* 5 Posthęc **E** incolomem **DE** satis scio **D** me sat scio fore **E** hoc nunc si **DG** malum ſedulo **E** 6 PA. ſed quid **G** me modo uelle **E** 7 Qui pollicitus sum dṵcere **D**, *corr.* **D**^{2} facere id **BCEP** neque qua fiducia id audeam *Lachmannus* qua audacia id facere audeam *Fleckeisenus* 8 Nec quid de me nunc fatiam **E** nc̄ me **D** Nec qd nc̄ de me faciā **G** nec me quidē **D** Nec quidem me **B** nec quidē$^{s.\,de}$ me **C**, *corr. schol.* nec quid ||| me **P** nec quidem de me **E** nec qd éme **G** adque **P** 9 iam me inuenturum **E** me iā inuenturū **DG** 10 PA. Ohe **BCDGP** PA. eho **E** heodum **BCEP** (h *in ras.* **E**) ohe dū bone uir a^{t} heo d̄ **G** quid agis **D** consiliis tuis *Edd. ant.* tuis consiliis **BCDEGP**

3. Donat. in Phorm. III 1, 2 „Seruon—futili" (me *om. Ed. pr.*) 4. Ergo pretium: Donat. in lemm. — Seru. in Aen. IX 232 „Ego—fero." — Idem in XII 352 „‚Ergo'—fero." — id numquam: Eugraph. in lemm. 7. modo pollicitus sum: Donat. *bis* in lemm. — qua (quā *Par.*) fiducia id facere a.: Donat. in lemm. 8. Nec quid nunc me faciam: Donati *Par.* in lemm. (me nunc *Ed. pr.*). — Prisc. II p. 16 Nec „quid nunc me faciam scio." — Idem p. 189 „quid ‚mei' faciam" ‚quid me fiat.' 9. Donatus: aliquam producam (productā *Par.*) m.] Et „productem" [productam *Par. et Ed. pr.*) legitur. 10. uiden melius: Donati *Par.* in lemm. (uiden me l. c. *Ed. pr.*) 12. ut *om.* Donat. in lemm.

Digitized by Google

Tu rem impeditam et perditam restituas? hem quo frétus sim,
Qui me hódie ex tranquillíssuma re cóniecisti in núptias. 620
Án non dixi esse hóc futurum? DA. Dixti. PA. Quid meritú's?
DA. Crucem.
Séd sine paululum ád me rédeam: iam áliquid dispiciam.
PA. Eí mihi,
Cúm non habeo spátium, ut de te súmam supplicium, út uolo:
Námque hoc tempus praécauere míhi me, haud te ulciscí sinit.

13 reſtituef **E** siem **BCDEP** ſiē *ex* ſieſt **G**, p ſim *schol.* 15 At non **D** hoc esse futurum **B** esse futurum hoc **E** hoc futurū ēē **G** quod **E** meritus (*om.* es) **BCDEGP** 16 si||| **C** si **B** despiciam **C**, *corr.* C^2 hei mihi **BC**^{2} *In* **G** *haec* aliquid — *u.* 18 *omissa, tum in marg. suppleta erant, sed iam sunt euanida: uerum in ima pagina corr. scripsit* ehi m cur non abeo—ſuma ſupliciū ut uolo 17 Cur *ex* Cum E^2 summā **C** sum̐mam **B** 18 mihi p̄cauere me **G** me *om.* E^1, *add.* E^2 haut C^1D te *om.* **D** haud de te **G** haud te||| **E**, *corr.* E^2 s||init **C**

13. fretus siem: Donat. in lemm. 15. An (et *Par.*) non dixi hoc futurum: Donat. in lemm. — An non dixi hoc: Eugraph. in lemm. — Prisc. II p. 35 Participia pro uerbis ponunt Attici, quod frequenter faciunt Latini.. T. in A. „quid meritus" pro ‚quid meruisti.' — Seru. in Aen. I 519 „quid meritus? crucem." — Schemata dian. Paris p. 76 Halm. „quid meritus? crucem." — Donat. in Verg. Aen. XI 179... meritis... ad personas retulit. sic T. „quid meritus?" huic dicto responsum est „crucem." 16. ad me ut redeam: Donat. in lemm.

Digitized by Google

CHARINVS. PAMPHILVS. DAVOS.

CH. Hócinest crédibile aút memorabile,
Tánta uecórdia innáta cuiquam út siet,
Vt malis gaúdeant átque ex incómmodis
Álteriús sua ut cómparent cómmoda? ah
Ídnest uerum? ímmo id est génus hominum péssumum, in
Dénegando modo quís pudor paúlum adest:
Póst ubi témpust promíssa iam pérfici,
Túm coactí necessário se áperiunt:
Ét timent, ét tamen rés premit dénegare:

IV 1 Θ CHARINVS ·Z· PAMPHILVS. Γ DAVVS ADOLESCENTES ·II· SERVVS D CHARINVS ADVLESCENS PAMPHILVS ·II· DAVVS SERVVS CP (ADOL. P) CARINVS ADVLESCENS· PAMPHŁ ADVLESCENS | DAVVS SERVVS G CHARINVS PAMPHILVS DAVVS E 1 Hoccine est BC²EG 2 uaecordia C¹P cuiquam innata E 3 gaudeant C gaudeaṇt B gaude|||t P gaudeat DEG 4 comparent C compare||t P compareṇt B comparet DEG aha D 5 hụmaṇum D, *corr.* D² in *ab initio sequentis us. habet* P Inde negando D 6 paulum DEG, *inter lineas corr. rec.* B *et* P, *om.* C 7 tempus (*om.* est) CP perfici *ex* perfeci E 9 res cogit eos denegare D ref premit eof denegare EG

IV 1. 1. Prisc. I p. 592 ‚Ce' quoque solebant per omnes casus uetustissimi addere articularibus uel demonstratiuis pronominibus ..... et sic in antiquissimis codicibus inuenitur bis C scriptum: quomodo est apud T. in A. „Hoccine est credibile aut memorabile." — *Sic etiam* Donat. *ter* in lemm. — Hoccinest: Eugraph. in lemm. 3. 4. Donatus: 1, gaudeant] Cum dixisset „cuiquam," intulit numerum pluralem. 2, Legitur et „gaudeat," ut „comparet." — Non. p. 256 „‚aut' malis—commoda." — Lactant. Plac. in Stat. Theb. II 18 „ut m. g. atque incommodis alienis s. u. c. commoda." 5. Serv. in Aen. XII 694 „Id ne est uerum ‚modo i. e.' pessimum genus." — pessimum hominum genus: Eugraph. in lemm. 7. Donatus: post ubi tempus] Deest ‚est,' ut sit ‚tempus est.'

Digitized by Google

Íbi tum eorum ínpudentíssuma orátiost
'Quís tu es? quis mihi es? cúr meam tibi?
Heus, próxumus sum egomét mihi.'
At támen 'ubi fidés?' si rogés, nihil pudént hic,
Vbi ópus est: illi úbi nihil opúst, ibi ueréntur.
Séd quid agam? adeamne ád eum et cum eo iniúriam hanc expóstulem?
Íngeram mala múlta? atque aliquis dícat 'nihil promóueris': 640
Multúm: molestus cérte ei fuero atque ánimo morem géssero.
PA. Charíne, et me et te inprúdens, nisi quid dí respiciunt, pérdidi.
CH. Ítane 'inprudens'? tándem inuentast caúsa. soluisti fidem.
PA. Quíd 'tandem'? CH. Etiam núnc me ducere ístis dictis póstulas?
PA. Quíd istuc est? CH. Postquám me amare díxi, complacitást tibi. 645
Heú me miserum, quí tuom animum ex ánimo spectaui meo.
PA. Fálsu's. CH. Nonne tíbi esse satis hoc sólidum uisumst gaúdium,
Nísi me lactassés amantem et fálsa spe produceres.

11 mea **E** 13 adtamen **C**, *corr.* **C²** fides est **D** pudet **BCDEGP** pudent *Bentleius* *In* **P** *us. exit in* ubi opus est 14 Ubi opus est non uerentur illic **DEG** (ëst ŏpus **D**) ñ reueretur *add. schol.* **C** Illic ubi opus non ē **G** illi *Donatus* illic *libri* ibi uerentur *add.* **D²** 15 adeon **D** ut cum eo **E** 16 atqui *Bothius cum Edd. antiquis* 18 Carine **G** prospiciunt **E** 19 caua **E** 20 feducere **G** 22 expectaui **D** 23 falsus est **C** falsus es **BDEGP** falsus (*om.* es) *Donatus* nonne tibi satis esse hoc uisum solidum est **BCEP** non *A. Spengel* 24 amanti **G**, *corr.* **G²**

11. Prisc. II p. 179 „cur meam tibi." 12. Donat. in II 5, 16 „proximus—mihi." 13. ubi fides est: Eugraph. in lemm. — nihil pudet: Donat. in lemm. 13. 14. nihil pudet hic ubi opus, illuc ubi opus est ibi non uerentur: Eugraph. in lemm. 14. Donatus: illic] Legitur et „illi." 15. Prisc. II p. 194 „adeon ad eum" (adeam N.). — Arusian. p. 212 „adeamne ad ‚eam'." — Idem p. 229 „et—expostulem." — Prisc. II p. 288 „et cum eo hanc iniuriam expostulem." 16. Donatus: atque..] Hoc dicit ‚et si existat aliquis qui mihi dicat' etc. 19. Donatus: ‚imprudens' distingue. 22. Donatus: qui tuum animum] Legitur et „cum." 23. Donatus: falsus es (≈ *Par.*, *lege* falsus) modo participium est, id est ‚falleris,' si Pamphilus dicit. si uero coniungitur pro ‚fallax' accipitur. 24. Eutych. p. 193. Gloss. ap. Mai. Class. Auct. VI p. 568. Isidor. orig. X 199 „Nisi—amantem." — Lactant. Plac. in Stat. Theb. XII 242 „Nisi—spe ‚deluderes'."

Digitized by Google

Hábeas. PA. Habeam? ah néscis quantis ín malis uersér miser,
Quantásque hic suis consíliis mihi conflǻuit sollicitúdines
Meus cárnufex. CH. Quid istúc tam mirumst, dé te si exemplúm capit?
PA. Haud ístuc dicas, sí cognoris uél me uel amorém meum.
CH. Scio: cúm patre altercásti dudum, et ís nunc proptereá tibi
Suscénset nec te quíuit hodie cógere illam ut dúceres.
PA. Immo étiam, quo tu mínus scis aerumnás meas,
Haec núptiae non ápparabantúr mihi:
Nec póstulabat núnc quisquam uxorém dare.
CH. Scio: tú coactus tuá uoluntate és. PA. Mane:
Non dúm scis. CH. Scio equidem íllam ducturum ésse te.
PA. Cur me énicas? hoc aúdi. numquam déstitit
Instáre, ut dicerém me ducturúm patri:
Suadére, orare usque ádeo donec pérpulit.
CH. Quis homo ístuc? PA. Dauos. CH. Dáuos? PA. Intertúrbat. CH. Quam obrem? PA. Néscio,
Nisi mihi deos satis sció fuisse irátos qui auscultáuerim.

25 Habeas *ex corr.* **E** aha **D** ha **C** 26 hic suis consiliis mihi confecit **BCDEGP** techinis *uel aliud synonymon ponendum suadet Brixius* conflauit *Donatus* 28 Haut **CD** cognoueris **D** 30 Succenset **BC²EG** 32 Haec *Donatus* Hae *libri* apparabatur **C**, *corr.* **C²** 33 dari *ex* dare **G** 34 Nondum etiam scis **BC** 35 enecas **BC²EG** 37 me esse ducturum **BCDEGP** me ducturum *Donatus* 39 PAM. dauus. CHA. dauus? PAM. interturbat. CHA. quamobrem? PAM. nescio **BCP** (*in quo us. exit in* nescio) I. dauus. Θ. dauus? I dauus Interturbat. Θ quamobrem. I nescio **D** *cum* **EG** 40 satis scio fuisse iratos **BCEP** fuisse iratos satis scio **DG** qui ei auxultauerim **E** qui auscultauerim ei **G** *Vss.* 39. 40 *ita dedit Bentleius*:

CH. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? quamobrem? P. Nescio:
Nisi mihi deos fuisse iratos qui auscultauerim.

26. hic mihi suis consiliis: Donat. in lemm — Idem: confecit] Legitur et „conflauit." 29. Prisc. I p. 393 ‚altero' pro ‚altercor' unde T. in A. „Scio—dudum." — Donatus: cum patre altercasti] Legitur et „altercatus es" (altercastus, *om.* es, *Par.*). non enim ‚alterco' dicimus. — altercasti: Eugraph. in lemm. 32. Donatus: hae nuptiae] Legitur et „haec nuptiae." sic enim ueteres dixerunt. 34. Donat. in Phorm. I 4, 37 „tu—es." 37. me ducturum (*om.* esse): Donat. in lemm. 39. Donatus: 1, Dauus interturbat] „Dauus?" cum admiratione pronuntia. 2, interturbat] Deerat ut et hic ‚Dauus' diceret, sed plus intulit „interturbat."

Digitized by Google

CH. Factum hóc est, Daue? DA. Fáctum. CH. Hem, quid aïs, scelus?
At tíbi di dignum fáctis exitiúm duint.
Eho, díc mihi, si omnes húnc coniectum in núptias
Inimíci uellent, quód nisi consilium hóc darent?
DA. Decéptus sum, at non défetigatús. CH. Scio.
DA. Hac nón successit, ália adgrediemúr uia:
Nisi *si* íd putas, quia prímo processit parum,
Non pósse iam ad salútem conuerti hóc malum.
PA. Immo étiam: nam satis crédo, si aduigiláueris,
Ex únis geminas míhi conficies núptias.
DA. Ego, Pámphile, hoc tibi pró seruitio débeo,
Conári manibus pédibus noctesque ét dies,
Capitis periclum adíre, dum prosím tibi:
Tuomst, síquid praeter spem éuenit, mihi ignóscere.
Parúm succedit quód ago: at facio sédulo.
Vel mélius tute réperi, me missúm face.
PA. Cupió: restitue quem á me accepistí locum.
DA. Faciam. PA. Át iam hoc opust. DA. Hem... séd mane:
crepuít a Glycerio óstium.

ita autem Fleckeisenus:
CH. Quis homo istuc? PA. Dauos. CH. Quamobrem? PA. Nescio nisi mihi Deos satis fuisse iratos qui auscultauerim.

44 consilium hoc *Fleckeisenus* hoc consilium *libri* 45 defatigatus D, *corr.* D² defatigatuf E 46 aggrediemur BEG uia *om.* G 47 Nisi si *Bentleius* Nisi *libri* 48 hoc conuerti malum DG 49 PA *add.* E² iam satis *ex* ñ satis *corr. rec.* E 50 cficiaf G efficies D 51 debo G 52 pedibusq; DG noctes (*om.* que) D 53 adire periculum DG 54 eueniét D mihi ignoscere *in ras.* D² ignoſcere *in ras.* G 55 Paruum D 56 tute repperi D, aliud *add.* D² tute aliud repperi BCEGP 57 in quē me accepiſti G 58 Hem sed mane concrepuit a Glycerio ostium (Em C¹P glicerio E hostium B) BCDEP Hem ſ mane concrepuit ostium G hem st *Muretus*

42. dent exitium: Donat. in lemm. (exitum: *Ed. pr.*) 46. Donatus: alia adoriemur] (alia aggrediamur uia uel adoriamur. i. enitamur *Ed. pr.*). ‚adorior' proprie dicitur repente ex insidiis aliquem inuadere. — Querol. p. 64 Par. „Hac non processit, alia temptandum est uia." cf. p. 46 „alia temptandum est uia." 47. nisi id putas: Eugraph. in lemm. 50. Donat. in IV 2, 20 „Ex—nuptias." 57. restitue in quem mea. l.: Donat. in lemm. 58. Donatus: ħ. ∼ sed mane (hem. sed mane *Ed. pr.*)] ħ. ∼ (hoc *Ed. pr.*) quasi incipientis demonstrantisque aliquid noui se inuenisse.

Digitized by Google

PA. Nihil ád te. DA. Quaero. PA. Hem, núncin demum? DA.
At iam hóc tibi inuentúm dabo.

MYSIS. PAMPHILVS. CHARINVS. DAVOS.

MY. Iam ubi úbi erit, inuentúm tibi curábo et mecum addúctum IV 2
Tuom Pámphilum: modo tu, ánime mi, nolí te maceráre. 685
PA. Mysís. MY. Quis est? hem, Pámphile, optumé mihi te offers.
PA. Quíd *id* est?
MY. Oráre iussit, sí se ames, era, iám ut ad sese uénias:
Vidére aït te cúpere. PA. Vah, perii: hóc malum integráscit. 5
Sicíne me atque illam operá tua nunc míseros sollicitári!
Nam idcírco accersor, núptias quod mihi ápparari sénsit. 690
CH. Quibus quídem quam facile pótuerat quiésci, si hic quiésset!
DA. Age, si híc non insanít satis sua spónte, instiga. MY. Atque
édepol
Ea rés est: proptereáque nunc misera ín maerorest. PA. Mýsis, 10

59 D. Ducere Quęro G nuncine B¹CDGP nunccine B²E ad C, *corr.* C²

IV 2 *E* Miſiſ · *Θ* Charinus ·I· Pamphilus .Γ. Dauus Ancilla ADOLOSCENTES DVO · SERVVS D

MYSIS PAMPHILVS CHARINVS DAVVS ANCILLA ADOLESCENTES ·II· SERVVS P MISIS PAMPHILVS CHARINVS DAVVS E MISYS ANCILLA. PAMPHILVS ADVLESCENS. CHARINVS ·II· DAVVS SERVVS C MISIS ANCILLA. PAPHILVS | ADVLESCENS DAVVS SERVVS G 1 ubi BD, *corr. schol.* B, *corr. rec.* D erit *inter lineas* P² erat C 2 modo tu *Bentleius* tu modo (B?) CDEGP 3 Miſiſ EG quid est BCE quis ē hē *in ras.* D optime Pamphile mi E Quid est (*om.* id.) BCDEGP 4 hera BC² 5 te ait D Videre&e ait G ait te BCEP 6 Sicine P, *corr.* P² sollicitarier BCDEGP 7 acceſſor G apparį D, *corr.* D² 8 hęc D, *corr.* D² quiescęt C 9 innuęſtiga G Miſiſ *et* edepol *in marg.* G 10 propterea quį C, *corr.* C² immemor ēē G, *corr.* G² Miſiſ EG

59. nunccine: Donat. in lemm.
IV 2. 2. tu modo: Donatus. 3. Charis. p. 137 ‚Mysis,' ‚o Mysis' Terentius... Graeci demunt S litteram, nostri parem nominatiuo (uocatiuum) custodiunt. 4. Prisc. I p. 584 „Orare iussit era si se ames ut ad se uenias." 5. ait te: Eugraph. in lemm. — Prisc. I p. 428 „uah—integrascit." 6. sollicitarier: Donat. in lemm. 10. Claud. Sac. p. 24 „propterea quae—est."

Digitized by Google

Per omnís tibi adiuró deos, numquam eám me desertúrum,
Non, sí capiundos míhi sciam esse inimícos omnis hómines.
Hanc mihi éxpetiui, cóntigit: conuéniunt mores: uáleant
Qui intér nos discidiúm uolunt: hanc nísi mors mihi adimet
némo.
CH. Resipísco. PA. Non Apóllinis magis uérum atque hoc re-
spónsumst.
Si póterit fieri, ut né pater per mé stetisse crédat,
Quo mínus haec fierent núptiae, uoló. sed si id non póterit,
Id fáciam, in procliuí quod est, per mé stetisse ut crédat.
Quis uídeor? CH. Miser, aeque átque ego. DA. Consílium
quaero. CH. Fórti's.
PA. Scio quid conere. DA. Hoc égo tibi profécto effectum réddam.
PA. Iam hoc ópus est. DA. Quin iam habeó. CH. Quid est?
DA. Huic, nón tibi habeo, ne érres.
CH. Sat hábeo. PA. Quid faciés? cedo. DA. Dies híc mihi ut
satis sit uéreor.
Ad agéndum: ne uacuom ésse me nunc ád narrandum crédas:
Proinde hínc uos amolímini: nam mihi ímpedimento éstis.
PA. Ego hanc uísam. DA. Quid tu? quo hinc te agis? CH. Verúm
uis dicam? DA. Immo étiam

14 adimit **G** 15 *Mysidi hoc* Resipisco *dabat Bentleius, Pamphilo continuat* **E** res||ipisco **C** atq; hoc r(esponſum) *in ras.* **G** 16 potuerit **BCG** 17 hae|| **C** hae **BDEGP** potuerit **G** 18 in procliue **C**^{1}**DEG** **p** *inter lineas* **C**^{2} 19 uidear **G** CH. fortis (*om.* es) **BCDEGP** CI^{PA}. **P**, *corr.* **P**^{2} 19. 20 CH. forti' es, scio, quod conere *Palmerius* 20 hic quid conere (*om.* PA) **P** pfecto *ex* pfectum **C** 21 CHA^{PA}. Iam **P**, *corr.* **P**^{2} 22 mihi *inter lineas* **D** 23 Ne uac(uū) *in ras.* **G** nunc me **BCEP** 24 uos, s *ex corr.*, **E** 25 quo||||hinc **P**

11. Arusian. p. 210 „Per—deos." 12. Non. p. 252 „Non—hominis'" (scio). 13. Seru. in Aen. III 493. V 80. XI 97. Mythogr. Vatic. (in Maii Class. Auct. III) p. 207. Excerpta gramm. in Anal. Vindob. p. 211: „ualeant —uolunt." — Donat. in Ad. IV 4, 13 „ualeant—dissidium quaerunt'." — dissidium: Eugraph. in lemm. 17. 18. Lex. Maii p. 104 procliue ... sedule et intente, unde T. in A. „si id potero, id faciam procliue." 19. Prisc. II p. 137 „Quis tibi uideor—ego." 20. Donatus: Scio quid coneris] Si Pamphili est persona, cum ironia dicitur. si Charini laudatio est ... sed non esse personam Pamphili, ex subiectis ostenditur. 22. sit satis: Donati *Par.* in lemm. 24. Non. p. 73 „Proinde—estis." — Glossar. Vergil. ap. Barth. Aduers. 37, 5 „‚Perinde' uos amolimini." — Schol. Lucan. V 355 „amolimini hinc." 25. Seru. in Aen. IX 696 „quo te agis."

Digitized by Google

Narrátionis íncipit mihi inítium. CH. Quid me fiet?
DA. Eho tu ínpudens, non sátis habes, quod tíbi dieculam áddo, 710
Quantum huíc promoueo núptias? CH. Daue, át tamen DA. Quid érgo?
CH. Vt dúcam. DA. Ridiculum. CH. Húc face ad me ut uénias, siquid póteris.
DA. Quid uéniam? nihil habeo. CH. Át tamen siquíd. DA. Age, 30 ueniam. CH. Síquid,
Domi éro. DA. Tu, Mysis, dum éxeo, parúmper me opperíre hic.
MY. Quaprópter? DA. Ita factó est opus. MY. Matúra. DA. Iam inquam hic ádero. 715

MYSIS. DAVOS.

MY. Nihilne ésse proprium cuíquam! di uostrám fidem: IV 3
Summúm bonum esse eraé putaui hunc Pámphilum,
Amícum, amatorém, uirum in quouís loco
Parátum: uerum ex eó nunc misera quém capit
Labórem! facile hic plús malist quam illíc boni. 720 5

26 mihi incipit **DEG** 28 p̣ueo (mo) **G**, *corr.* **G**² aḍ (t) tamen **C** at (ut) tam̃ **D**, *corr. rec.* ut tamen **E** 29 duc(ā) *in ras.* **G** ut *om.* **BCP** 30 abeo **B** age ego ueniam **DEG** ego *inter lineas schol.* **C** Siq̣d (CA) **G** 31 Miſiſ **EG** me operire **DG** opperire me **BC** operire me **EP** 32 est opus *Edd. ant.* opus est **BCDEGP**

IV 3 *E* Miſiſ Ancilla *Γ* Dauuſ. SERVVS **D** MYSIS DAVVS ANCILLA SERVVS **PC** MISIS ANCILLA. DAVVS SERVVS **G** MISIS DAVVS **E** 2 eụrę **G** ˛herae **BC**² putabam **D** 4 uerum *in marg.* **G**² misera nunc **E** 5 Dolorē **DG**, at̃ laborē ſcd̃m. d. (*h. e. secundum Donatum*) *schol.* **D**

26. mihi initium incipit: Donati *Par.* in lemm. (mihi incipit initium *Ed. pr.*). — mihi incipit initium: Eugraph. in lemm. — Prisc. III p. 336 „quid me ‚fiat'." 27. Charis. p. 110 „quod tibi addo dieculam." — Prisc. I p. 158 „Eho impudens non satis est quod t. d. addo." 29. Prisc. II p. 237 „fac ut ad me uenias."

IV 3. 1. Donat. in V 5, 4 „Nihilne—cuiquam." — Seru. in Aen. I 73 „Nihilne esse cuiquam proprium." 2. Eugraphius: Summum bonum] Hoc est summum et bonum amicum et amatorem. 5. Donatus: Dolorem] „Dolorem." distinxit PROBUS (dixtinxit probe *Par.* detraxit: probe *Ed. pr.*) et post intulit separatim quod sequitur „facile hic plus mali est" in dolore scilicet et metu (m&o scilicet *Par.* — scilicet metus *Ed. pr.*) „quam illic boni" (illic boni *om. Par. Ed. pr.*), in uoluntate retinendi. — Eugraphius: „Laborem" pro ‚dolore.'

Digitized by Google

Sed Dáuos exit. mí homo, quid istuc óbsecrost?
Quo pórtas puerum? DA. Mýsis, nunc opus ést tua
Mihi ad hánc rem exprompta málitia atque astútia.
MY. Quid nam incepturu's? DA. Áccipe a me hunc ócius
Atque ánte nostram iánuam appone. MY. Óbsecro, 725
Humíne? DA. Ex ara hinc súme uerbenás tibi
Atque eás supsterne. MY. Quam óbrem id tute nón facis?
DA. Quia, sí forte opus sit ád erum iurató mihi
Non ápposisse, ut líquido possim. MY. Intéllego:
Noua núnc religio in te ístaec incessit. cedo. 730
DA. Moue ócius te, ut quíd agam porro intéllegas.
Pro Iúppiter. MY. Quid est? DA. Spónsae pater intéruenit.
Repúdio quod consílium primum inténderam.

6 mihi G ē obſecro G obsecro mali est P Miſiſ EG nun G 8 malitia B¹C¹D² *corr. rec.* E militia B²C² memoria D¹E¹G *et in ras.* P 9 incepturus (*om.* es) BCDEP incoepturuſ (*om.* es) G hunc, u *ex corr.* E 11 Exa)rafume (hinc G *in ras.* sume hinc D 12 ſupſtñe G subterne C it P id *ex* it C 13 ad eum D, *corr.* D² iurato *Bentleius* iusiurandum *libri* 14 ||||||||| non D apposisse E? apposuisse BCDGP intelligo BC² 15 Noua *om.* G in te BCDEP |||te G te *Erasmus et Bentleius* unde *Guyetus cum Goueauo et aliis* accessit B caedo D 16 intelligas BC² 17 Proh E iupiter DEG

6 quid istuc mali est: Donat. in lemm. 7. Donatus: DAVVS MISIS... Haec scaena actuosa est. 8. Donatus: 1, memoria atque astutia] „memoria," ut praecepta retineat Daui. 2, ... „memoria" simpliciter magis, ut memor sit praeceptorum. 3, Et „memoria" modo pro intellegentia. — Eugraphius: exprompta malitia] Id est manifesta calliditate. 11. sume h.: Donati *Par.* in lemm. (hinc sume *Ed. pr.*) sume hinc: Eugraphius. — Seru. in Aen. XII 120 Abusiue uerbenas iam uocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus oliua uel myrtus. T. „ex ara hinc uerbenas sume." nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo T. transtulit. (Donati *Par.*: Menander sic *ΚΟΛΕΞΙΑC CΥΜΎΡΡΥΝΑC ΧΧΗCΑ. ΙΕΤΕΙΝΕ*: *ἀπὸ Λοξίᾳ σὺ μυρρίνας τασδὶ (λαβών) ὑπότεινε Meinekius*). — Acron in Hor. C. I 19, 13 „ex—tibi." — Donat. de com. „ex—uerbenas." — 12. tute id: Donati *Par.* in lemm. 13. Donatus: Quia si forte opus sit ad erum i. m.] Sic locutus est ut explicari atque intellegi non possit. ‡aut enim deest ‚ius,' ut sit „iurandum" (ius iusiurandum *Par.* iusiurandum *Ed. pr.*) pro ‚iusiurandum' (iurandum *Ed. pr.*) aut, ut uulgo dicitur iuramentum (....?). — et ‚opus est illam rem', non ‚opus est illa re.' 15. Donat. in Hec. III 4, 13 „Noua r. i. i. m. (*sic Ed. pr.*). — Augustin. de ord. I 3 „Noua—cedo" (isthaec in te). — Donatus: cedo] Porrigentis est manum. 18. consilium quod: Donat in lemm.

Digitized by Google

MY. Nesció quid narres. DA. Égo quoque hinc ab déxtera
Venire me adsimulábo: tu ut subséruias 735 20
Orátioni, ut cúmque opus sit, uerbís uide.
MY. Ego quíd agas nihil intéllego: sed síquid est,
Quod méa opera opus sit uóbis, ut tu plús uídes,
Manébo, nequod uéstrum remorer cómmodum.

K CHREMES. E MYSIS. Γ DAVOS.
SENEX ANCILLA SERVOS

CH. Reuértor, postquam quae ópus fuere ad núptias 740 IV 4
Gnataé paraui, ut iúbeam accersi. séd quid hoc?
Puer hérclest. mulier, tu ádposisti hunc? MY. Vbi illic est?
CH. Non míhi respondes? MY. Núsquam est. uae miseraé mihi,
Relíquit me homo atque ábiit. DA. Di uostrám fidem, 5
Quid túrbaest apud forúm? quid illi hominum lítigant? 745
Tum annóna carast. quíd dicam aliud néscio.
MY. Cur tu óbsecro hic me sólam? DA. Hem, quae haec est
fábula?

19 me hinc **E** addextera **G** dextra **BC** 20 me *om.* **E** assimulabo **B** adsimilabo **D** assimilabo **E** ut^{tu} **G** 21 uide uerbis **B** uide, ui *in ras.*, **P** 22 intelligo **B** Γ **G** 23 ut tu *Guyetus* aut tu **BCDEGP** 24 mane bone **C** quod *om.* **BC**

IV 4 *H.* Cremes. *E* Miſiſ Γ Dauus SENEX ANCILLA SERVVS **D** CHREMES MISIS DAVVS **CE** CHREMES SENIS MISIS ANCILLA | DAVVS SERVVS **G** *In* **P** *nomina desunt* 3 ercle **G** tun posuisti **BCEP** tun apposuisti **DG** tu *Edd. uett.* adposisti *Ritschelius* MI. — eſt *in marg.* **G** 4 hem nusquam est **DEG** || mihi **D** 5 Reliquit^{t} **C** habiit **G** 6 quiꝺ illic **P** qꝺ illic **G** illic **BCDE** litigat$^{n}_{\wedge}$ **D**, *corr.* **D**^{2} ligant$^{ti}_{\wedge}$ **C** 8 obseꝛcro **C** haem **C** haec *om.* **G**

19. Donat. in IV 4, 12 „ego quoque hinc ab d. u. m. a." 23. Donatus: aut tu plus uides] si sapis, intellegis. 24. nequid: Donat. in lemm. — Prisc. I p. 389 „ne—commodum."

IV 4. 1. 2. Arusian. p. 249 „quae—paraui." 5. 6. Prisc. II p. 187 „di inmortales Quid—litigat" (illic *et* litigat *codd. plerique*). 6. Schol. Bemb. in Ad. V 2, 10 „Quid tur[bae] est apud forum q." — Donatus: Quid illic hominum litigant] Legitur et „litigat." 6. 7. Lex. Maii p. 46 T. „turbae litigant in foro cum annona cara est." — Idem p. 13 „tum annona cara est." 7. quidnam aliud dicam: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Eho Mýsis, puer hic úndest? quisue huc áttulit?
MY. Satin sánu's, qui me id rógites? DA. Quem ego igitúr rogem,
Qui hic néminem alium uídeam? CH. Miror, únde sit.
DA. Dictúra es quod rogo? MY. Aú. DA. Concede ad déxteram.
MY. Delíras: non tute ípse? DA. Verbum sí mihi
Vnúm praeter quam quód te rogo . . faxís caue.
Male dícis? undest? díc clare. MY. A nobís. DA. Hahae:
Mirúm uero, inpudénter mulier sí facit
Meretríx? CH. Ab Andriást haec, quantum intéllego.
DA. Adeón uidemur uóbis esse idónei,
In quíbus sic inludátis? CH. Veni in témpore.
DA. Propera ádeo puerum tóllere hinc ab iánua.
Mané: caue quoquam ex ístoc excessís loco.
MY. Di te éradicent: íta me miseram térritas.
DA. Tibi díco ego an non? MY. Quíd uis? DA. At etiám rogas?
Cedo, cúium puerum hic ádposisti? díc mihi.
MY. Tu néscis? DA. Mitte id quód scio: dic quód rogo.

9 Miſiſ **E G** 10 Sat insanus es **B** Sat insanus (*om.* es) **P** sanus (*om.* es) **C'D** qui *ex* quid **G** 12 Dictura es *Bentleius* Dicturan es **B C D E** Dicturane es **G P**, es *in ras.* **P** ad dextram **B C D** addixt̄ **G** 13. 14. 15. *duo uersus sunt in* **P**, *quorum prior exit in* unum 14 Unum praetereaquam **B C D P** Unum pr&erea quod **G** Ullum pretereaquam **E** Unum praeterquam *uulgo* 15 MY. maledicis. DA. unde est **B C D E G P** dare **D**, *corr.* **D**^{2} hahe **G** ahae **D** hahahae **B C P** ahah **E** 16 faciat **G** 17 est haec *Palmerius* est ancilla haec *libri* intelligo **B** 18 nobiſ **G** 19 illudatis **B G** 20 tolle **G** ab, b *in ras.*, **G** 22 Dii te *in ras.* **D** 23 ego dico **B C E P** at, t *in ras.*, **D** 24 adposisti *Ritschelius* adposuisti **C P** apposuisti **B D E G**

9. Eugraphius: au Mysis puer hic]... „au" interiectio est irascentis. 12. Prisc. II p. 74 „Dicturane es—au. 14. praetereaquam: Donat. in lemm. — praeterquam: Eugraph. in lemm. — Lex. Maii p. 204 „praeterquam te rogem faxis uerbum caue." 15. Donatus: Apparet „maledicis" lenius dictum sese, cum subiungit „dic clare." — 2, Quidam putant esse unam personam, Daui scilicet, dictum superius Mysidis non satis manifestum Chremi in maledicti similitudinem deriuantis. — Eugraphius: Quia illa sensit indignationem, ait „maledicis." 17. ancilla haec: Donat. (a. h. *Par.*) et Eugraph. in lemm. 18. Donatus: Adeon] „Adeone" an ‚adeon ad eum'? (*om. Par.*) 18. 19. Arusian. p. 235 „Adeon—inludatis." 21. isto: Donat. in lemm. 22. Eutych. p. 176 „Dii—‚miserum' territas." 24. cuius uero puerum hic apposuisti: Eugraph. in lemm. — Prisc. II p. 174 „cuius hic puerum apposuisti? Vestri. Cuius nostri"?

Digitized by Google

MY. Vestrí. DA. Cuius nostri? MY. Pámphili. DA. Hem, quid?
Pámphili?
MY. Eho, an nón est? CH. Recte ego sémper fugi has núptias.
DA. O fácinus animaduértendum. MY. Quid clámitas?
DA. Quemne égo heri uidi ad uós adferri uésperi?
MY. O hóminem audacem. DA. Vérum: uidi Cántharam
Suffárcinatam. MY. Dís pol habeo grátiam,
Cum in páriundo aliquot ádfuerunt líberae.
DA. Ne illa íllum haud nouit, cúius causa haec íncipit:
'Chremés si *ad*positum púerum ante aedis uíderit,
Suam gnátam non dabít': tanto hercle mágis dabit.
CH. Non hércle faciet. DA. Núnc adeo, ut tu sís sciens,
Nisi púerum tollis, iám ego hunc in mediám uiam
Prouóluam teque ibídem peruoluam ín luto.
MY. Tu pól homo non es sóbrius. DA. Fallácia
Alia áliam trudit. iám susurrari aúdio,
Ciuem Átticam esse hanc. CH. Hém. DA. 'Coactus légibus
Eam uxórem ducet.' MY. Eho, ópsecro, an non cíuis est?
CH. Ioculárium in malum ínsciens paene íncidi.

26 Cuius uestri E Hem *Chremeti dat Fleckeisenus* 27 Recte G semper ego C ego has semper DG 28 *Versum om. a* D¹ *suppleuit schol. in ima pagina* 29 uidi heri BCEP afferri BG ferri E 31 ſuffarci natam, r *ex* p, G gratiam D gratias BCEGP 32 Quod D¹, ꝺ qđ *schol.* (*sic*) qđ G pariendo BCD¹E¹ aliquoꝺ C, *corr.* C² affuerunt BE fuerunt G 33 haut C¹P aut G hęc D, *corr.* D² haec B¹C¹, ꝺ hoc *scholl.* hoc EG 34 Cremeſ G adpositum puerum *Bentleius* positum puerum DG puerum positum BCEP hedeſ G 35 dabit magis DG 37 purum B 38 Prouoluam D, *corr.* D² ſbi G, *corr* G² 40 iam *in ras.* E 41 attigam C acticam D 42 opsecro C¹ 43 pene G

27. Recte ego h. e. s. f. n.: Donati *Par.* in lemm. 29. ego heri uidi: Donat. (h. u. *Par*) et Eugraph. in lemm. — Prisc. II p. 64. 72. „Quemne —uesperi." 30. 31. Donat. in Eun. II 3, 55 „uerum—Suffarcinatam." — Lex. Maii p. 214 „uidi Cantharam Suffarcinatam." 32. Quod in: Donat. in lemm. — in parturiendo: Eugraph. in lemm. — 33. Prisc. II p. 84 „Ne — incipit." 34. positum puerum: Donat. in lemm. 39. sobrius non es: Donat. in lemm. — 39. 40. Io. Sarisb. Policr. III 3 „fallacia unius alterius fallaciam trudit": Terentiano siquidem uerbo libentius utor. 42. Donatus: „au" interiectio est conturbatae mulieris. 43. Eugraph. in Phorm. I 2, 84 „‚loculare'—‚sciens' paene incidi."

Digitized by Google

DA. Quis hic lóquitur? o Chremé, per tempus áduenis:
Auscúlta. CH. Audiui iam ómnia. DA. An tu haec ómnia?
CH. Audíui, inquam, a princípio. DA. Audistin, óbsecro? hem 785
Scelera, hánc iam oportet ín cruciatum hinc ábripi.
Hic est ílle: non te crédas Dauom lúdere.
MY. Me míseram: nihil pol fálsi dixi, mí senex.
CH. Nouí ómnem rem. est Simo íntus? DA. Est. MY. Ne me áttigas,
Sceléste. si pol Glýcerio non ómnia haec .. 790
DA. Eho inépta, nescis quíd sit actum? MY. Quí sciam?
DA. Hic sócer est. alio pácto haud poterat fíeri,
Vt scíret haec quae uólumus. MY. Hem. praedíceres.
DA. Paulum ínter esse cénses, ex animo ómnia,
Vt fért natura, fácias an de indústria? 795

44 o chreme **BCDEGP** 45 iam *om.* **BCEP** an tu haec **G** (anne haec tu **B**?) an haec tu **CEP** aha necdū **D** 46 CHR. *om.* **G** inquit **G** 47 hinc cruciatum abripi **E** ịncruciatū **G** hinc *add.* **C²** 48 credes **DP** dauụm **D**, *corr.* **D²** *Hic uersus primus erat tertii quinionis codicis Bembini: qui quidem usque ad V* 3, 17 *ita lacer est, ut fere primae tantum uel ultimae litterae uersuum seruatae sint.* 49 dico nihil **G** miị **C** 50 sed est **E** Symo **BCE** attigas *Palmerius* attingas *libri* (*in marg.* **G**) *In* **P** *us exit in* DA. est 51 glicerio **E** 53 haut **G** ʰaut **C**, *aspirationem add.* **C²** 54 hem *om.* **BCDP** 55 DA. *add.* **E²** Paululum **EG** Γ. ΡΑΜ **A** 56 indụstria **C**

44. o Chreme: Donatus bis in lemm. — Arusian. p. 256 „o Chremes per tempus aduenis." 44. 45. Donat. in Phorm. II 3, 28 „o Chreme per tempus hic aduenis. Ausculta." 45. Donatus: ⁺Ah nec tu omnia (Ah ne tu omnia *Ed. pr.*)] Aut „ne" (ñ *Par.*) pro ‚an' (an *om. Par.*) legitur. aut ‚ne omnia', ut ‚ne' producatur et accipiatur pro ‚non.' (*Aut* „ah ne" *aut* „anne" *legi tradit Donatus*) 46. audisti: Donatus. 48. Prisc. II p. 206 „Hic—ludere" (ne te). — Donat. in V 1, 20 „Hic—ludere." 50. ne me attingas: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Ψ CRITO. E MYSIS. (Γ) DAVOS. SENEX ANCILLA SERVOS

CR. In hác habitasse plátea dictumst Chrýsidem, IV 5
Quae sése inhoneste optáuit parere hic dítias
Potiús quam in patria honéste pauper uíueret:
Eius mórte ea ad me lége redierúnt bona.
Sed quós perconter uídeo. saluete. MY. Óbsecro, 800 5
Quem uídeo? estne hic Critó sobrinus Chrýsidis?
Is ést. CR. O Mysis, sálue. MY. Saluos sís, Crito.
CR. Itan Chrýsis? hem. MY. Nos quídem pol miseras pérdidit.
CR. Quid uós? quo pacto hic? sátine recte? MY. Nósne? sic:
Vt químus, aiunt, quándo ut uolumus nón licet. 805 10

IV 5 *Ψ.* CRITO SENEX. *E* MISIS ANCILL | *Γ.* DAVVS SERVVS **D** CRITO MYSIS DAVVS SENEX ANCILLA SERVVS **CP** CRITO MĨS DAVVS **E** CRITO SENEX. MISIS ANCILLA. DAVVS SERVVS **G** 1 chrisidem **BCEG** crisidem **D** 2 parere (a) **DE**, *corr.* D^2E^2 diuitias **BCDEGP** 3 uiuere **DEG** 5 salute (e) **C**, *corr.* C^2 *In* **G** *post* saluete *irrepserant haec u.* 7 Saluuſ–pdidit (^) : *sed omnia inducta sunt atque deinde denuo scriptum est* Saluete 6 Quid uideo **D** chrito **E** (= 7) chrisidis **BDE** criſidis **G** 7 Is est crito **BCD** miſiſ **EG** 8 chrisis **DE** criſiſ **G** MI. hem (^i) qd ē (^) noſ pol **G** *Post u.* 8 perdidit *in* **CP** *continuantur haec* V 2, 13 DAV immo uero, *ita ut in* **C** *folium desinat in* V 2, 20 quantum potes, *in* **P** *in* V 2, 26 fallere : *sed in utroque codice ita correctum est ut in* **C** *scholiasta ea quae intercíderunt in uno folio nouo suppleuerit, in* **P** *manus a prima diuersa non solum quae ex Andria omissa erant, sed etiam Eunuchi prol.* 1—31 *duobus foliis perscripserit.* 9 Qui uos **BC** satin **BCDEGP** 9. 10. nosne || || Vt (sicut) quimus **D**, sicut *a schol.* nosne Vt ut, e Ut *a corr. in ras.*, **E** sic *om.* **BCGP** 10 quando *om.* B^1 **C** (*add.* B^2)

IV 5. 1. Arusian. p. 233 „In hac—Chrysidem." 2. parare diuitias: Eugraphius. — Prob. Cathol. p. 36 „parere hic diuitias." — Prisc. II p. 99. Quae inhoneste hic noluit diuitias parere quam in patria pauper uiuere." — — 3. Idem I p. 152. Prob. Cathol. p. 16 „quam honeste in patria pauper uiuere." — pauper uiuere: Donat. in lemm. 5. Eugraph. in Eun. II 3, 3 „quos p. uideo." 6. Lex. Maii p. 153. 545. consobrinus cognatus. T. „estne—‚consobrinus' Chrysidis." 9. 10. Prisc. II p. 337 „Quid uos—licet" (satin). — Donatus: sic ut quimus a.] τὸ „sic" nudum est, et est significatio languoris cuiusdam et lentitudinis. 10. Porphyr. in Hor. C. I 24, 19 „Ut quimus—licet."

Digitized by Google

CR. Quid Glýcerium? iam hic suós parentis répperit?
MY. Vtinam. CR. Án non dum etiam? haud aúspicato huc me
ápputi:
Nam pól, si id scissem, númquam huc tetulissém pedem:
Sempér enim dictast ésse haec atque habitást soror:
Quae illíus fuerunt, póssidet: nunc me hóspitem
Lités sequi, quam hic míhi sit facile atque útile,
Aliórum exempla cómmonent: simul árbitror,
Iam aliquem ésse amicum et défensorem ei: nám fere
Grandícula iam profectast illinc. clámitent
Me sýcophantam, heréditatem pérsequi
Mendícum: tum ipsam déspoliare nón libet.
MY. O óptume hospes, pól, Crito, antiquom óptines.
CR. Duc me ád eam, quando huc uéni, ut uideam. MY. Máxume.
DA. Sequar hós: nolo me in témpore hoc uideát senex.

11 glicerium CD²E iam, i *a corr. in ras.*, E suos D, *corr. schol.* 12 etiam *in marg.* E² haut G hucine appuli D 13 tetulissem huc D, *corr.* D² d&uliſſē huc G 14 Semp eius D dicta ei9 ēē haec G esse *om.* D habitamo ē G 15 fuere DP oſpitem G, *corr.* G² (KOSPIT)E A (peregrino *schol.*) 16 quem C id mihi *in ras.* D quam hic *ex* quam id E² 17 commouent D, *corr.* D² 18 esse aliquam P ei P eius BCDEG 19 Grandiuscula BCDEP crandiuſcula G Grandicula *Fleckeisenus* est. illinc BCG' (illi G²) 20 sicofantam BCDEGP 21 libet D'GP² licet BCD²EP' 22 O optime D o *om.* BCEGP obtime G ||ospes P chrito E anticum P optines BCDEP 23 eā, ā *in ras.*, D et quando BC MAXVME A *Post u.* 24 F. IIII. A E

12. huc me appuli: Donatus (huc m. o. *Par.*) et Eugraph. in lemm. — Lex. Maii. p. 21 „haud—appuli." — Prisc. II p. 68 „haud—attuli'." — 13. Diomed. p. 452 „numquam—pedem." — Prob. de ult. syll. p. 262 „numquam—pedem" (*om.* huc). — Claud. Sac. p. 29 „tetulisset' pedem." — 14. Semper enim dicta ⏑ e. h. a. h. e. s.: Donati *Par.* in lemm. — Semper eius dicta est haec: Eugraph. in lemm. — Donat. in Ad. I 1, 23 „Semper eius dicta est haec atque habita soror." 15 - 17. Donat. in Hec. IV 4, 23 „nunc—commonent." (16. quam hic mihi). — 16. quam id mihi: Donat. in lemm. 18. 19. Cledon. p. 1925 „fere Grandiuscula illinc profecta est." — Lex. Maii. p. 256 Grandiusculus .i. aliquantulum grandis. T. in A. „fere iam hinc grandiuscula profecta est." — Grandiuscula: Donat. et Eugraph. in lemm. 19. 20. Donat. in V 4, 4 *et* 16 „clamitent – persequi." 20. Donatus: „sycophantam" subdistinge et sic inter sequentia. — 21. non licet: Donatus (non l. *Par.*) et Eugraphjus. 22. Donat. in Eun. V 8, 36 „pol crito a. o." — per pol antiquum obtines: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

K CHREMES. A SIMO.
SENES II

CH. Sátis iam satis, Simó, spectata ergá te amicitiást mea: 820 V 1
Sátis pericli incépi adire: orándi iam finém face.
Dúm studeo obsequí tibi, paene inlúsi uitam fíliae.
SI. Immo enim nunc cum máxume abs te póstulo atque oró, Chremes,
Vt beneficium uérbis initum dúdum nunc re cómprobes. 5
CH. Víde quam iniquos sís prae studio: dúm id efficias quód cupis, 825
Néque modum benígnitatis néque quid me ores cógitas:
Nám si cogités, remittas iám me onerare iniúriis.

V 1 *A* SYMO SENES ·H· CHREMES DVO D SIMO H CREMES · SESNES · II° G SYMO · CHREMES E *In nouis foliis codd.* CP (*u. ad IV* 5, 9) *imagines et nomina desunt* 1 Symo BCE eſt amicicia E 3 bene inluſi G illusi BE 4 SI Immo G quam maxime BCDEGP oro atque postulo BCDEGP CKREME|| A, *ut ultima sub membrana agglutinata latere possit* chremes BCDEP cremeſ G 5 uerbis *om.* BC¹E (*add. schol.* C) 6 Vides BCDGP (ſ *ex corr. in* D) efficies BCDE cupis D¹, ꝛ uelis. legit v & qđ iubet (*sic*) ſcđm d. (*h. e. secundum Donatum*) *schol.* (C)VPIS A 7 o ares D, *corr.* D² 8 cogiteſ *ex* cogitaſ G remittes B remites t C me iam P honerare G ||onerare B †onerare C

V 1. 3. Arusian. p. 235 Inludo in illa re T. in A. (IV 4, 19).. iterum (in eam rem *Lindemann.*) „facere inlusit inuitus filiae" (*sic Guelf.*). 4. Immo enim nunc cum maxime abs te postulo: Donat. in lemm. — Immo enim nunc maxime: Eugraph. in lemm. 6. Vide: Eugraphius. — Donatus: dum id efficias quod cupis (quod cupis *om. Par.*)] quod uelis. Legitur et „quod iubet" (iubes *Ed. pr. Lege* lubet). — Prisc. II p. 50 „prae—cupis" — uelis: Eugraphius.

Digitized by Google

SI. Quíbus? CH. At rogitas? pérpulisti me, út homíni adulescéntulo
Ín alio occupáto amore, abhórrenti ab re uxória,
Fíliam ut darem ín seditionem átque in incertas núptias,
Eíus labore atque eíus dolore gnáto ut medicarér tuo:
Ímpetrasti: incépi, dum res tétulit. nunc non férf: feras.
Íllam hinc ciuem esse áiunt: puer est nátus: nos missós face.
SI. Pér ego te deos óro, ut ne illis ánimum inducas crédere,
Quíbus id maxume útilest, illum ésse quam detérrumum.
Núptiarum grátia haec sunt fácta atque incepta ómnia.
Vbi ea causa, quam óbrem haec faciunt, érit adempta his, désinent.
CH. Érras: cum Dauo égomet uidi iúrgantem ancillám. SI. Scio.
CH. Véro uoltu, cum íbi me adesse neúter tum praesénserat.
SI. Crédo, et id factúras Dauos dúdum praedixít mihi:
Ét nescio qui tíbi sum oblitus hódie, ac uolui, dícere.

9 at, t *ex corr. rec.*, P 10 aborrenti E 11 darē *ex* daret C adque P incertas D in *om.* B 13 Imperaſti DG, *corr. schol.* DG² incoepi P res tetulit *ex* recte tulit P ref te intulit G recte tulit, ct *in ras.*, D recte tulit E, *corr. rec.* recte tulit BC 14 miſſiſ G 15 ergo B, *ut uidetur* 16 id *inter lineas* B 17 haec P facta D, *corr.* D² ficta CGP incoepta G 18 adepta. his desinent P eis D 20 AT || A, AT *add. corr. ant.* At uero BCDEGP praesenserat, serat *ex corr.*, P presens eram D (intellexerat. at nt [*h. e. praesenserant*] ſcđm. d. *schol.*) 21 & ||| facturas G dauos D, *corr.* D² 22 (nescio qui B?) nescio quid CDEGP nescio qui id *Bothius* obl&uſ G oblitus, li *in litura,* D ut uolui *Bentleius*

12. Prisc. II p. 273 „Eius—tuo" (nato). — Arusian. p. 246 „nato—tuo." 13. Donatus: dum res tetulit] Compositum pro simplici est „tetulit." — (dum res passa est: Eugraph.). — Idem: nunc non fert, feras] Quidam sic distinguunt ut dicant „nunc non fert" — scilicet res ipsa iam non sustinet—ex persona Simonis. subiungitur „feras," quasi dicat ‚sustineas.' cui respondet(ur), quod iam omnino ferri non potest, quod illa ciuis dicatur, quod filius natus. 17. haec sunt ficta atque inuenta: Eugraph. in lemm. 20. Vultu uero cum ibi adesse me neuter senserit: Donat. in lemm. 22. Donatus: nescio quid..] Deest ‚propter,' ut sit ‚propter nescio quid.' — Idem: ac uolui dicere] „ac" pro ‚contra quam.'

Digitized by Google

Γ DAVOS. (K) CHREMES. Λ SIMO. DROMO. SERVOS. SENES II LORARIVS.

DA. Ánimo nunciam ótioso esse ímpero. CH. Em Dauóm tibi. V 2
SI. Vnde egreditur? DA. Meó praesidio atque hóspitis. SI. Quid illúd malist?
DA. Égo commodiorem hóminem aduentum témpus non uidí. SI. Scelus,
Quém nam hic laudat? DA. Ómnis res est iam ín uado. SI. Cesso ádloqui? 845
DA. Érus est: quid agam? SI. O sálue, bone uir. DA. Éhem 5
Simo, o nostér Chremes,
Ómnia apparáta iam sunt íntus. SI. Curastí probe.
DA. Vbi uoles, accérse. SI. Bene sane: íd enim uero hinc núnc abest.
Étiam tu hoc respóndes, quid istic tíbi negotist? DA. Míhin? SI. Ita.
DA. Míhin? SI. Tibi ergo. DA. Módo *ego* intro iui. SI. Quási ego quam dudúm rogem. 850

V 2 Γ. DAVVS. H· CHREMES SERVVS Λ. SYMO SENES. II. L· DROMO Lolariuſ D DAVVS SERVVS | DROMO SERVVS · CHREMES SENEX · SIMO SENEX. G DAVVS DROMO CHREMES SYMO E 1 iam nunc DG hem BCEGP en dauum D, *corr.* D² 2 malist D 3 cumodiore P aduentū *ex* aduentus C tempus E, ad *add.* E² 4 laudet D alloqui BCEGP 5 Eros D, *corr.* D² o *om.* BCEGP Ehē G Ehem o E, SY. *add.* E² Ehem SIM. o noster C o ſymo *in ras.* B chremes BCEGP cremeſ D 6 sunt iam BCE iam *et* intus *om.* P 7 arcesse BC acerrſe G is enimuero DP, is *ex corr.* P hic G¹, t hinc G² 8 reſponde|| B hoc iā responde mihi D responde CEGP tibi *inter lineas* D michin BC 9 Mihine DGP Michine BCE modo ego intro iui *Bentleius* ego modo introii D modo introii EGP modo introi BC dudū id rogem, dudū *in ras.*, P quasi ita loqueris ego D

V 2. 2. Prisc. II p. 169 „meo ‚studio' atque hospitis." 5. Chreme: Donat. in lemm. — Prisc. I p. 582. II. p. 166. 207. „o noster Chremes." — Incert. de nom. p. 140 Endl. „o noster Chreme." 8. respondes: Donat. *bis* in lemm. — Idem in Ad. IV 2, 11 „Etiam—respondes." — Seru. in Aen. XI 373 „Etiam responde." 9. Prisc. I p. 100. 337. „Mihine? Tibi ergo." — modo introii: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

DA. Cúm tuo gnato una. SI. Ánne est intus Pámphilus? cruciór miser.
Ého, non tu dixti ésse inter eos ínimicitias, cárnufex?
DA. Súnt. SI. Cur igitur híc est? CH. Quid illum cénses? cum illa lítigat.
DA. Ímmo uero indignúm, Chremes, iam fácinus faxo ex me aúdies.
Néscio qui senéx modo uenit: éllum, confidéns, catus:
Cúm faciem uideás, uidetur ésse quantiuís preti:
Trístis seueritás inest in uóltu atque in uerbís fides.
SI. Quíd nam adportas? DA. Níhil equidem, nisi quód illum audiui dícere.
SI. Quíd aït tandem? DA. Glýcerium se scíre ciuem esse Átticam. SI. Hem,
Dromó, Dromo. DA. Quid ést? SI. Dromo. DA. Audi. SI. Vérbum si addideris .. Dromo.
DA. Audi óbsecro. DR. Quid uís? SI. Sublimem hunc íntro rape, quantúm potest.
DR. Quem? SI. Dáuom. DA. Quam obrem? SI. Quía lubet. rape ínquam. DA. Quid feci? SI. Rape.

10 tuo *om.* DG pamphylus C DA. crucior, DA *a corr. in ras.,* E 11 SY. Eho, SY. *a corr. in ras.,* E dixtin BCDEG dixin P 12 ē hic G 13. *Hinc prima manus codicis* C *pergit: u. ad IV* 5, 8 13 Imo D chremes BCEGP cremeſ D facinus chremes faxo E ex mem audias diçes C, *corr.* C² audias BDP 14 qui G quis BCDEP ca||tuſ G 15 faciē *ex* facies C faciē ei' uideaſ G praetii P 16 Seueritas inest tristis D se ueritas C inest inest B ē in G o uultu CD, *corr.* C²D² t aḋq; C, *corr.* C² *Versum iambicum esse uoluit G. Hermannus* 17 apportas BDEG 18 glicerium DEG athicā eſſe D 20 intro rape hunc BCP intro hunc rape DEG *In* A *us. dissectus erat post* (INT)RO RAPE Sublimen intro hunc rape *Fleckeisenus* quantum *ex* quam tum C b potest *Donatus* potes *libri* 21 luḋ& E

13. Chremes: Donat. in lemm. 14. Donatus: Bene „nescio quis." etenim si notus esset, uideretur gratificari. — Non. p. 262 „Nescio ‚qui' senex uenit modo—catus." — Donat. in Ad. III 3, 35 „ellum confidens catus." — Gloss. ap. Mai. Class. Auct. VI p. 522 „Ellum ‚multum' (*l.* en illum) confidens." 16. Seru. in Aen. X 612. Georg. III 37 „Tristis seueritas—fides." — Donat. in Eun. V 1, 22 „‚ueritas' (*sic Ed. pr.*)—fides." — Non. p. 409 Triste est maestum aut infestum .... T. in A. „‚ueritas' — fides." 20. quantum potest: Donati *Par.* in lemm. (potes *Ed. pr.*)

Digitized by Google

DA. Si quícquam inuenies mé mentitum, occídito. SI. Nihil aúdio:
Égo iam te commótum reddam. DA. Támen etsi hoc uerúmst?
SI. Tamen.
Cura ádseruandum uínctum, atque audin? quádrupedem con-
stríngito. 865
Age núnciam: ego pol hódie, si uiuó, tibi 25
Osténdam, erum quid sít pericli fállere,
Et illí patrem. CH. Ah ne saéui tanto opere. SI. Ó Chremes,
Pietátem gnati! nónne te miserét mei?
Tantúm laborem cápere ob talem fílium? 870
Age Pámphile, exi Pámphile: ecquid té pudet? 30

Z PAMPHILVS. A SIMO. K CHREMES. ADVLESCENS. SENES II

PA. Quis mé uolt? perii, páter est. SI. Quid aïs, ómnium . . ? V 3
CH. Ah,
Rem pótius ipsam díc, ac mitte mále loqui.
SI. Quasi quícquam in hunc iam gráuius dici póssiet.

22 DRO. nihil audio **BC** SY. DRO. nihil audio **E**, *utraque nota a corr.* 23 SY. Ego **B** SYM. Ego iã te *in ras.* **C**, *schol. in marg.*: simo
alit Dromo. nihil audio ego iã te cõmotũ reddam Ego *om.* **P** iam te **BCP** te iã **DEG** tã&ſi **G** DAV ChR. tamen etsi **C** tamen *om.* **D** 24 tu cura **EG** Cura tam̃ tu adseruandum **D** uineũ **G** au audiu **D** quadripedem **P** quatrupedẽ **D** constringito *add.* C^2 26 herum **BD** 27. *Hinc pergit prima manus codicis* **P**: *u. ad IV* 5, 8 27 ha **BCDP** seuias **D** tanto || pere **C** tantopere **BE** o *om.* **E** oh **P** chremes **EG** chreme **BCP** creme **D** 28 nõ te **D** 30 & quid **DEG**

V 3 .M. Pamphiluſ P Simo h Cremes **D** PAMPHILVS SIMO CHREMES **CP** PAM̃ SYMO CHRE **E** PAPHL . SIMO . CHEMES **G** 1 agis **D** ha **BCD** aha **G** 2 o pciuſ **G**, *corr.* G^2 dic ipsam **D** et mitte **P** micte **D** 3 poſſit, ſſ *in ras.*, **G**

22. Donat. in Phorm. I 2, 92 „Si—occidito" (me mentitum *om. Ed. pr.*). — mentitum me: Donat. in lemm. — 24. Donat. in V 4, 52 „quadrupedem constringito." 25—27. Prisc. II p. 157 „ego tibi, furcifer, si uiuam, Ostendam quid sit pericli dominum fallere Et illi patrem." 25. 26. Donat. in Hec. II 1, 26 „Age—fallere." 27. tantopere: Donat. in lemm. — Seru. in Aen. VI 544 „ne saeui tanto opere." 27. 28. Prisc. I p. 288 (cf. in III 3, 18) Chreme . . . T. in A. „o Chreme—mei." — 27—29. Donat. in Hec. II 1, 25. „o Chreme (Cre. *Ed. pr.*)—filium." (non te *Ed. pr.*).
V 3. 1. agis: Donati *Pur.* in lemm. (ais *Ed. pr.*).

Digitized by Google

Ain tándem, ciuis Glýceriumst? PA. Ita praédicant.
SI. 'Ita praédicant'? o ingéntem confidéntiam!
Num cógitat quid dícat? num factí piget?
Vide num eíus color pudóris signum usquam índicat.
Adeo ínpotenti esse ánimo, ut praeter ciuium
Morem átque legem et suí uoluntatém patris
Tamen hánc habere stúdeat cum summó probro!
PA. Me míserum! SI. Hem, modone id démum sensti, Pámphile?
Olim ístuc, olim, cum íta animum induxtí tuom,
Quod cúperes aliquo pácto efficiundúm tibi:
Eodém die istuc uérbum uere in te áccidit.
Sed quíd ego? cur me excrúcio? cur me mácero?
Cur meám senectutem huíus sollicito améntia?
An ut pro huíus peccatis égo supplicium súfferam?
Immo hábeat, ualeat, úiuat cum illa. PA. Mí pater.
SI. Quid 'mí pater'? quasi tu húius indigeás patris.
Domus, úxor, liberi ínuenti inuitó patre.

4 glicerium **DE** 5 o ingentem — *u.* 6 dicat *in marg.* D^2 con|fidentiam **C** 6 cogit& **G** piget B^1CEP pudet B^2DG 7. *Hic uersus primus fuit tertii folii tertii quinionis codicis Bembini: cuius folii pars superior abscissa est ita ut primum quod in eo conseruatum est prima littera sit uersus* 17. 7 pudorif *in marg.* **G** indicat usquā **D** 8 Adeon **BCDEGP** Adeon decet impotenti **D** impotenti **E** 9 Suorum morem **D** 10 hanc *om.* **P** ſtudeat **G** *schol.* **C** cupiat studuit **D**, *corr.* D^2 studeat cupiat **E** cupiat BC^1P 11 hō *add.* C^2 sensisti demum **D** sensisti **BCEP** ſentiſti **G** 12 cum tu ita **D** induxisti **D** 13 efficiendum **BCP** 14 in te uere **G** 15 cur me aut excrucio? aut cur **G** 16 solicito **D** 17 AA A 18 IMMOA A 19 A. QUIDMIPATERQUASIA A A patr e **E** 20 DOMUSUXORLIBERIINU A sunt inuenti **D**

5. Donatus: Chremes hoc ipsum repetit „praedicant" per iracundiam: et „ita" *ἐν ἤθει*, ut repetantur uerba in quibus arguitur inpudentia. (Ita? praedicant? *legit*). — Philargyr. in Georg. IV 445. Donat. in Phorm. I 2, 73 „o—confidentiam." 6. piget: Donat. in lemm. 7. Donat. in Ad. IV 5, 9 „Vide num (an *Ed. pr.*) —indicat" — Schol. Iuuenal. in 13, 77 („aspice quanta Voce neget quae sit ficti constantia uultus"): T. „num eius uultus pudoris signum usquam indicat." 11. sensisti: Donat. in lemm. 14. Prisc. II p. 102 „Nuncine (necine *libri plerique*) demum istud uerbum in te incidit." 18. Eugraph. in IV 1, 25 „habeat—illa." — Prisc. II p. 166 „mi pater." — 19. Arusian. p. 238 „quasi—patris."

Digitized by Google

Addúcti qui illam hinc ciuem dicant: uíceris.
PA. Patér, licetne paúca? SI. Quid dicés mihi?
CH. Tamén, Simo, audi. SI. Ego aúdiam? quid aúdiam,
Chremés? CH. At tandem dícat. SI. Age, dicát sino. 895
PA. Égo me amare hanc fáteor: si id peccárest, fateor íd quoque. 25
Tíbi, pater, me dédo. quiduis óneris inpone, ímpera.
Vís me uxorem dúcere? hanc uis míttere? ut poteró, feram.
Hóc modo te obsecro, út ne credas á me adlegatum húnc senem:
Síne me expurgem atque íllum huc coram addúcam. SI. Adducas? PA. Síne, pater. 900
CH. Aéquom postulát: da ueniam. PA. Síne te hoc exorém. 30
SI. Sino.
Quíduis cupio, dúm ne ab hoc me fálli comperiár, Chremes.
CH. Pró peccato mágno paulum súpplici satis ést patri.

21 ADDUCTIQUILLAMKIM\ A Abducti illum testem qui **D** hinc ciuem **D** ciuem hinc **BCEGP** 22 *Iam usque ad infimum folium (u. 31) toti uersus extant in* A: *in quibus quae non plane legi poterant uncis seclusa sunt.* 22 Q pater licet |ne **D** (QU(IDDICE)SMI(KI) 23 Attar tamen fymo **G** h: at tandem Simo **D**, *corr.* D^2 Symo **CE** E(GO? AUDI)AM NGO QUIDAUDIAM A, EGO *add. corr. ant.* quid ego audiam **D**, ego *supcradd.* D^2 quid ego audiam **BCEGP** 24 CKREMES A chreme **BCEGP** creme **D** SINE ATTANDEMDICAT A, SINE *add. corr. ant.* at tamen **EGP** ut dicat sino **D**, *corr.* D^2 dicat sine **BCEP** fine dicat **G** age ut dicat **D** 25 ego : Me **D** o fatear **E** ID(QUOQUE) 26 o QUIDUIS A, *corr. rec.* impone **BDG** 27 ducere|| **D** hanc? uis **BD** amittere **BCEGP** amictere **D** POTERO (FERAM) 28 ut *inter lineas* D^2 ADME A a me *inter lineas* D^2 allegatum **BDG** (KUN)C 29 *In* A *us. dissectus est post* (ADDU)CAS 30 AECUM A (KOC? EXORE)M hoc *om.* **BDEGP** 31 dū ad hoc me **G** me *om.* **D** COMPERI(AR CKREME||?) chreme **BEG** creme **D** chremes **CP** 32. *Hic uersus primus erat folii tertii auersi Q. III codicis Bembini: cuius iam superior pars abscissa est usque ad exitum us.* 9 *scaenae quartae* 32 paululum **BCDEGP**

24. at tamen dicat sine: Donat. in lemm. 27. amittere: Donat. (a. *Par. et Ed. pr.*) et Eugraph. in lemm. 28. Eutych. p. 183 „ne a me credas allegatum hunc senem." 32. paululum: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Ψ CRITO. K CHREMES. A SIMO. Z PAMPHILVS.
SENES ·III· ADVLESCENS.

V 4 CR. Mítte orare. una hárum quaeuis caúsa me ut faciám monet,
Vél tu uel quod uérumst uel quod ípsi cupio Glýcerio.
CH. Ándrium ego Critónem uideo? cérte is est. CR. Saluos sís, Chremes.
CH. Quíd tu Athenas ínsolens? CR. Euénit. sed hicinést Simo?
CH. Híc. CR. Simo... SI. Men quaéris? eho tu, Glýcerium hinc ciuem ésse aïs?
CR. Tú negas? SI. Itane húc paratus áduenis? CR. Qua ré? SI. Rogas?
Túne inpune haec fácias? tune hic hómines adulescéntulos
Ímperitos rérum, eductos líbere, in fraudem ínlicis?
Sóllicitando et póllicitando eorum ánimos lactas? CR. Sánusne es?
SI. Ác meretriciós amores núptiis conglútinas?
PA. Périi, metuo ut súbstet hospes. CH. Sí, Simo, hunc norís satis,

V 4 Ψ. CRITO . A SIMO ·H· CHREMES · Z PAMPHI|LVS D PAMPHILVS
SENES DVO Adot
CRITO SIMO CHREMES **CEG** (SYMO **E**) (Crito . chremes . Symo . fenes tres pamphilus adolefcens **P**²) 1 que uif—mon& *in ras.* **G** 3 chritonem ego **E** uideo critonē **DG** certe, c *in ras.*, **D** chremes **D** chreme **BCEP** *et in ras.* **G** 4 hiccine *in marg.* **G**² fymo **BE** 5 Hic **D**, *corr.* **D**² (t sic)
SIM.
CHR. hic. CRI. Simo men **C** CH. hic. SIM Simo men **P** *Simonis orationem a* men quaeris *incipiunt* (**B**?)**DEG** : *ordiendam esse ab* eho *statuit Bentleius* CR. Simo.. SI. Men quaeris? *Bothius* glicerium **E** ciuem hinc **DG** (hinc) tunc **C** 6 CHR. (ito) tu **C** qua (de) re **C** qua de re **BDEGP** 8 educatos **E** infraudē *in marg.* **G**² 9. *Ab hoc uersu incipit fragmentum Vindobonense* (**V**) 9 lactas **D**¹, at iactas **D**² iactas **E**¹ at lactas *corr. rec. in marg.* iactas **BCGPV** *In* A *superest exitus* Ψ. SANUSNEES sanusne es **BCDEGP** fanus est ne es **V** 10 congluttinas **B** ΛINAS A 11 PA. *inter lineas* **V** symo **BCE** /MOKUNC NORISSATIS A

V 4. 3. saluus sis ‚Crito': Donat. in lemm. 4. Non. p. 322. Prisc. II p. 65 „Quid—insolens." 9. Eutych. p. 193 „eorum ‚animas' lactas." — lactas : Donatus. — Eugraphius : lactas] ... hoc est enim ‚lactare' quasi consueto nutrimento decipere. uel ‚lactas' (*sic*) per hypallagen, id est in ‚iactationem' et superbiam mittis.

Digitized by Google

Nón ita arbitrére: bonus est híc uir. SI. Hic uir sít bonus?
Ítane adtemperáte euenit, hódie in ipsis núptiis
Vt ueniret, ántehac numquam? est uéro huic credundúm, Chremes.
PA. Ní metuam patrem, hábeo pro illa re íllum quod moneám probe.
SI. Sýcophanta. CR. Hem. CH. Síc, Crito, est hic: mítte. CR. Videat quí siet.
Sí mihi perget quaé uolt dicere, éa quae non uolt aúdiet.
Égo istaec moueo aut cúro? non tu tuóm malum aequo animó feres?
Nam égo quae dico uéra an falsa audíerim, iam scirí potest.
Átticus quidam ólim naui frácta ad Andrum eiéctus est
Ét istaec una párua uirgo. túm ille egens forte ádplicat
Prímum ad Chrysidís patrem se. SI. Fábulam inceptát. CH. Sine.

12 arbitrare **BC** sit uir **DGV** \R A. KICUIRSITBONUS **A** 13 Ita[ne] **C** Ita **P** attemperate **D** atēperate **V** [e]uenit **D**, *corr.* **D²** uenit **GV** ||||||||||||||||| euenit **E** \IPSISNUPTIIS **A** 14 \NUM(QUAMESTU)ERO KUICCREDUNDUMCKREMES **A** uero *ex* uerum **C** chremes **DEP** chremes **C** chreme **BV** creme **G** 15 *Ab hoc u. inde ea quae desiderantur in* **A** *uncis inclusa sunt* (NIMETUAM) quod illum **BCEP** 16 (A. SYCOPKAN)TA Sicophanta **E** Si[h]copanta **V** sic rito **D** si crito **V** [c]rito **EG**, *corr.* **E²G²** 17 *bis scriptus est in* **A**, *ut prior incipiat* (SIMIKI PERG)ETQUAEUOLT, *alter* (SIMIKIPER)GETQUAEUOT (*sic*) uol *bis* **V** 18 (EGOISTAEC)MONEO **A** moneo *an* moueo? **E** moueo **BCDGPV¹** (moue[h] **V**) tu *om.* **E** TUUM **A** FERAS **A** 19 (NAMEGOQ)UAEDICO ego *om.* **BC** dixi (**B**?)**CDEGPV** AUDIERIM[s] **A**, *corr. rec.* audieris **BCDEGPV** iā *ex* nā **G** 20 (ATTICUSQUIDAM) naue *ex* naui **D** naue **BCEP** apud Andrum **BCEGP** 21 (ETISTAECU)NAPAR(UA) AEGENS **A** applicat **BEG** 22 *Hic uersus primus est integri folii quarti codicis Bembini.* chrisidis **BDEV**

12. hic uir sit: Donat. in lemm. (14. Diomed. p. 408 ‚Ut' aduerbium est modo .... modo optandi et significat ‚utinam', ut est „ut ueniret antehac"). 15. Prisc. II p. 61 „Ni metuam patrem." 17. pergit: Donat. in lemm. — Cf. Gratian. Decret. XIII 9, q. 1 „ne si pergitis dicere quae uultis audiatis quae non uultis." 19. Prisc. II p. 107 „Nam quae dixi uera an falsa audieris iam sciri potest." 20. Prisc. I p. 344 a naue uel naui. T. in A. „naui fracta apud Andrum insulam."

Digitized by Google

CR. Ítane uero obtúrbat? CH. Perge. CR. Tum ís mihi cognatús fuit,
Qui eúm recepit. íbi ego audiui ex íllo sese esse Átticum.
Ís ibi mortuóst. CH. Eius nomen? CR. Nómen tam citó tibi? PA. Hem,
Perií. CR. Verum hercle opínor fuisse Phániam: hoc certó scio,
Rhamnúsium se aiébat esse. CH. O Iúppiter. CR. Eadem haéc, Chremes,
Multi álii in Andro audíuere. CH. Vtinam id sít, quod spero. eho, díc mihi,
Quid eám tum? suamne esse aíbat? CR. Non. CH. Cuiam ígitur? CR. Fratris fíliam.
CH. Certé meast. CR. Quid aïs? SI. Quid tu aïs? PA. Árrige aures, Pámphile.

23 SY. Itane, SY. *a corr. in ras.* **G** CH. Perge tu. CR. Is mihi *Bentleius* K. (CHR) PERGE Ψ. (CR) TUMIS **A** *cum rell., nisi quod* is *om.* **GV** 24 ibi ergo **D** fe ciuē ēē atticū **GV** sese ciuem||esse acticam **D** atticum esse **BCEP** 25 mortuust *Lachmannus* MORTUSEST **A** mortuus (*om.* est) **V** Ψ. NOMENTAMCITOTIBIPKANIAKEM **A**, A. *notam add. corr. rec: sic etiam rell., nisi quod* Hem *Chremeti dant* (C. Hem — *u.* 26 phaniā *in marg.* G²) CR. Nomen tam cito tibi? PA. Hem Perii *Lomanus* CR. Nomen tam cito? PA. Phania. CHR. Hem Perii *Bentleius* 26 *In* **C** *ante* perii *manus saec. XIV*^{mi} *add.* Symo faniam **CE** certe **GV** 27 Ramnusium **BCDEGPV** iupiter **EV** CR. *om.* **V** CK(REMES?) **A** chreme **BCDGPV** haec hercle **E**, *corr. schol.* 28 allii **V** TUM AUDIUERE **A** (B?) **CEP** tum audiere **DGV** tum *eiecit Bentleins cum cod. Petrensi* eo **C**, *corr.* **C**² eo **P** heo **E** eho *inter lineas schol.* **D** IDSIT Q(UODSPEROEKODICMIKI) 29 AIEBAT **A** *cum rell.* cu ||| iā **D** cui iā **E** filiā *ex* filiū **V** igit *in ras.* **D**² *In* **A** *us. dissectus est post* CUIAM(IGITUR) 30 QUIDUIS *Simoni dat et a* QUIDTUAIS *Pamphilum loquentem facit* **A** auris **C**¹**P** pāphilae **G** paphile **V** PAM(PKILE)

23. Donatus: 1, Itane uero obturbat] Si subdistinguiteur), ‚interstrepit' accipe: sin (si non *uulgo*) distinguitur), ‚euertit' intellegas. — 2, Itane uero obturbat] Potest „Itane uero?" subdistingui, et sic cum comminatione inferri „obturbat." — Eugraphius: Ita uero obturbat] Ita scilicet interloquitur. 25. Donatus: Phania] Hoc ita dicit Crito, ut nemo audiat, scilicet adhuc dubitans an ipse sit. — Idem: hem] Sunt qui putent Simonem dicere irascentem filio Critonem submonenti. 26. Donatus: Perii] Hoc Pamphilus post iracundiam patris. An Chremis est dolentis uel eius mentionem, uel quod in filiam paene peccarat. 27. Schol. Lucan. V 233 „Rhamnusium — esse." 29. Prisc. II p. 179 „Quid eam. Suamne esse dicebat. Non. Cuiam igitur?" 30. Donatus: arrige aures Pamphile] Hoc Simo uidetur dicere: ut alii putant, ipse

Digitized by Google

SI. Qui crédis? CH. Phania íllic frater méus fuit. SI. Noram ét scio.
CH. Is béllum hinc fugiens méque in Asiam pérsequens proficíscitur:
Tum illám relinquere híc est ueritus. póst *ibi* nunc primum aúdio
Quid illó sit factum. PA. Vix sum aput me: ita ánimus commotúst metu
Spe gaúdio, mirándo tanto tám repentino hóc bono.
SI. Ne istám multimodis tuam inueniri gaúdeo. PA. Credó, pater.
CH. At mihi únus scrupulus étiam restat, quí me male habet.
PA. Dignus es
Cum tuá religione, ódium .. nodum in scírpo quaeris. CR. Quíd istuc est?

31 *In* **DGV** *hic uersus scriptus est post u.* 32, *in* **D** *uero signis appictis error indicatus.* QUIDCREDIS **A** ille **BCDEGPV** FRATRE **E** **A**, *corr.* **A**[1] NORA(METSCIO) 32 KIS **A**, K *induxit corr. rec.* If *in ras.* **G**[2] hinc bellum **BCEP** hinc bellum tum fugiens **DGV** P(ROFICISCITUR) 33 reliquere **V** ueritus, us *ex corr.* **E** post ibi *Lachmannus* POSILLA KU(NCPRIMUMAUDIO) **A**, *corr. rec.* postilla nunc **BCDEGPV** 34 ANIMUS(COMMOTUSTMETU) 35 mirando *add.* **E**[2] tanto hoc **DGV** hoc tanto **BCEP** TANTUM **A**, *corr. rec.* BO(NO) 36 ne istam **C** Sane istam **BDEGV** multis modis **BCDEGPV** tua **V** INUENIRE **A** gaudeo, eo *ex corr.*, **E** CR(EDOPATER) 37 MALE(HABET *Z.* DIGNUSES) 38 odium **C**, *corr.* **C**[2] odio, o *in ras.*, **P** odio **D**[1], at odium scḋm donatū *schol.* odio **BEGV** queres **V** Ψ. (QUIDISTUCEST)

sibi Pamphilus. — Diomed. p. 451. Donat. p. 394. Seru. in Aen. I 149. II 303. XII 618. Pompei. Comm. p. 293. Martian. Cap. V 6, 517 K. Lex. Maii p. 58. 495 „arrige aures Pamphile." 31. ille: Eugraph. in lemm. 34. Donat. in II 4, 5 „non' sum apud me." 35. Donatus: ἀσυνδέτως distinguendum est „spe gaudio." ut separatim inferatur. — tanto hoc: Donati *Par.* in lemm. (hoc tanto *Ed. pr.*). — hoc tanto: Eugraph. in lemm. 36. Ne istam: Donat. et Eugraph. in lemm. — Donatus: Non „multis modis inueniri" (gaudeo *add. Ed. pr.*), sed „tuam inueniri." alii: „multis modis tuam inueniri gaudeo" (sed non inueniri gaudeo *add. Ed. pr.*) — multimodis: Eugraph. in lemm. 37. Prob. de nom. exc. p. 212 „At—habet" (etiamnunc). — Incert. de orthogr. p. 2799 P: T. masculine scrupulum retulit. — 37. 38. Non. p. 379 „dignus—quaeris." — Cledon. p. 1901 dignus illam rem. T. „dignus Cum—quaeris." — Donatus: dignus es cum tua religione odium] [aut dignus odio] Aut accusatiuus pro ablatiuo est positus, pro ‚odio': aut separatim „odium" legendum, ut sit ‚dignus qui male habearis'. — Pompei. Comm. p. 173 „dignus Cum—quaeris" (qui nodum). — Idem p. 188 dignus illam rem legimus in T. „dignus es cum tua religione odium." 38. Lex. Maii

Digitized by Google

CH. Nomén non conuenít. CR. Fuit hercle huic áliut paruae.
CH. Quód, Crito?
Numquíd meministi? CR. Id quaéro. PA. Egon huius mémoriam patiár meae
Voluptáti obstare, cum ego possim in hác re medicarí mihi?
Héus, Chremes, quod quáeris, Pasibúlast. CH. Ipsa eást.
CR. East. 945
PA. Ex ípsa miliéns audiui. SI. Omnís nos gaudere hóc, Chremes,
Te crédo credere. CH. Íta me di ament, crédo. PA. Quid restát, pater?
SI. Iandúdum res reddúxit me ipsa in grátiam. PA. O lepidúm patrem!
De uxóre, ita ut possédi, nihil mutát Chremes? CH. Causa óptumast:
Nisi quíd pater aït áliut. PA. Nempe id? SI. Scílicet. CH.
Dos, Pámphile, est 950

39 qd V chrito DV PA(RUAE. K. QUODCRITO) 40 MEMISTI A egone CDEGPV MEMO(RIAMPATIARMEAE) 41 quom egomet DV cum egomet EG MEDICA(RIMIKI) 42 KEUSCKREMES (*om.* non patiar) A Non patiar heus chreme BCDEGPV Pasibula (*om.* est) *Fr. Fabricius* Pasiphilast *Fleckeisenus* PASIBULAST A *cum* CGPV pa||sibula est B passibula est DE K. IPSAST. Ψ. EA(ST) A CH. Ipsa est. CR. Ea est BCP Ψ ipsa ē H. ea ē, *nominum notae in ras.*, D CRI Ipsa ē C. Ea ē EG Cri. ea ē||. CH. ipſa ē V Pasibulast. CR. CHR. Ipsa east *Bothius* 43 milies *ex* miliens C^2P milies BEG miles V CK(REMES?) A chremes BCDP chreme| E chreme GV 44 CEDERE A di bene ament CEP di bene habent B quod restat BCDGPV RES(TATPATER) 45 IANDUDUM A REDDUXIT A, *alteram* D *induxit corr. rec.* reduxit $BCDEG^2PV$ (reduçit E duxit G^1) ipsa me BC ingratia V OLEP (IDUMPATREM) 46 mutat *ex* mittat V mutae C, *corr.* C^2 47 aliud ait BCEP Z. NEMPE IDSCILICET A, ID *induxit corr. rec.* Z nempe A id scilicet D *cum* GV P. nempe. SV. at ſcilicet E PA. nempe. SI. scilicet BCP pamphili est DGV

p. 121 cirpus dicitur a carpo. .i. ‚uincus'. unde T. „quaeris nodum in cirpo." 40. Prisc. II p. 62 T. ‚in Phormione': „Numquid meministi." 42. heus Chremes: Donat. in lemm. 43. Prisc. I p. 358 Omnium qui tam nominatiuum quam genetiuum similem habent, eorum accusatiuus raro in ES, frequenter in IS solet terminari. T. in A. „omnis nos gaudere." — Chreme: Donat. in lemm. 44. quod restat: Donat. in u. 36 et in lemm. — quid restat: Eugraph. in lemm. 45. o lepidum caput: Donat. in lemm. — 47. Donatus: nempe. scilicet] „nempe" et „scilicet" dicentes manu uel uultu

Digitized by Google

Decém talenta. PA. Accípio. CH. Propero ad fíliam. eho mecúm, Crito:
Nam illám me credo haud nósse. SI. Cur non íllam huc transferrí iubes?
PA. Recte ádmones: Dauo égo istuc dedam iám negoti. SI. Nón potest.
PA. Qui? SI. Quía habet aliut mágis ex sese et máius. PA. Quíd nam? SI. Vínctus est.
PA. Patér, non recte uínctus est. SI. Haud ita iússi. PA. Iube solui óbsecro.
SI. Age fíat. PA. At matúra. SI. Eo intro. PA. O faústum et felicém diem!

Θ CHARINVS. Ζ PAMPHILVS. Γ DAVOS. ADVLESCENTES II SERVOS V 5

CH. Prouíso quid agat Pámphilus: atque éccum. PA. Aliquis me fórsitan
Putet nón putare hoc uérum: at mihi nunc síc esse hoc uerúm lubet.

48 tan||lenta **V** propero *ex* propera **E** adfília **V** heo **V** chrito **BD** 49 haut **C**, *corr.* C^2 tranferri **G** *In* **P** *us exit in* transferri 50 amte mones **BE** NEGOTII **A** negotii iam **E** potet **V** potes **C'** 51 Qui non post **D** Qui non potest **BCEGP** quia aliud magis habet **D'GV** (qui|| **D**) uinctus *in ras.* E^2 52 haut **C** IUBEO **A**, o *induxit corr. rec.* solue **V** 53 (AGEFIAT) felicem diem **G**, hunc *add. schol.* felicem hunc diem **BCDEPV**

V 5 Θ CHARINVS Ζ PAMPHI|LVS Γ DAVVS | ADOLESCENTES II SERVVS **D** CHARINVS PAMPHILVS DAVVS **CPE** C. CHARIVS. PĀ. PAMPHILVS ADOLES|CENS ·II· D. SERVVS. DAVVS **V** CHARI'VS. PĀPHIŁ **G** 1 Θ PROUIS)O me forsitan Putet *G. Hermannus* forsitan me putet *libri* (FORSITAM **A** forsitan *ex* forsitam **C** me *om* **V**), *ut in* **AP** *us. exeat in* putet, *in* **V** *scriptum sit* putet Non 2 (NONPU)TARE sic *om.* **BCP**

dotem significant, quod mox intellegit Chremes. alii ἀπὸ τοῦ „scilicet" Chremetis faciunt personam. — Idem: dos ‚Pamphili' est] Id est Pamphilo pro uxore dabuntur decem talenta. 53. Non. p. 426 „o faustum—diem."

V 5 Donatus: Haec scena alterum genorum Chremeti comparat, ne aut Charinus tristis recedat aut non prouisum uideatur Philumenae. (*Sed u. V 6 in.*) 1. aliquis forsitan: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Égo deum uitám propterea sémpiternam esse árbitror,
Quód uoluptates eórum propriae súnt: nam mihi immortálitas
Pártast, si nulla aégritudo huic gaúdio intercésserit.
Séd quem ego mihi potíssumum optem, cuí nunc haec narrém, dari?
CH. Quíd illut gaudi est? PA. Dáuom uideo. némost, quem mallem ómnium:
Nam húnc scio mea sólide solum gáuisurum gaúdia.
V 6 DA. Pámphilus ubi nam híc est? PA. Daue. DA. Quís homost? PA. Ego sum. DA. O Pámphile.
PA. Néscis quid mihi optígerit. DA. Certe: séd quid mihi optigerít scio.
PA. Ét quidem ego. DA. More hóminum euenit, út quod sim nanctús mali

3 (EGODEOR?)UM deorum uitam **DGV** uitam deorum **BCEP** eapropter *Bentleius cum Seruio* PROPTEREA **A** **BCDE²PV** preterea **E¹** pterea **G** 4 (QUODU)OLUPTATES 5 (PARTAST) Parata ē **DG** Pa||rata ē **V** nulla umquam egritudo **D** GAUDIA **A**, *corr. rec.* 6 (SED QUEM) mihi ego **G** potissimum mihi **BCEP** exoptem **BCDEGPV** cui nunc **DGV** NUNCCUI **A** **BCEP** 7 (*Θ*. QUIDIL)LUT dauam **D** dauon **V** NEMOST **A**, e *add. corr. rec.* malim **BCDEGPV** 8 (NAMK)UNC

V 6 *Non est noua scaena in* **A** **BCEP** *Γ* DAVVS *Z* PAMPHILVS| *Θ* CHARINVS SERVVS ADOLESCENT̄ ·II· **D** DAVVS. PĀPHIL. CHARINVS **G** D. DAVVS. SERVVS. PĀ. PAMPHILVS. CA. CHARINVS. ADOLESCENS. DVO **V** 1 (*Γ*. PAMPK)ILUS KINC **A**, N *deleuit corr. rec.* homo? (*om.* est) **V** O *om.* **BCP** o pam(phile) *in ras.* **V** 2 (NESCIS) optigerit **BCP** *cum* **A** 3 (Z. ETQUIDE)M hominūenit **G** homnunū euenit **V** qd *ex* qđ **D** na||ctus **CP** nactus **BV** natus **E** nat' **G**

3. deorum *et* propterea: Donat. *bis* in lemm. (p. *Par. et. Ed. pr.*). — Eugraph. in Heaut. IV 3, 12 „deorum nitam propterea sempiternam esse arbitror." 3. 4. Non. p. 361 „Ego deorum uitam propterea sempiternam arbitror, Quod ‚uoluntates' eorum propriae sunt." — Seru. in Verg. Ecl. 7, 31 „Ego d. u. eapropter s. e. a. Quod eorum uoluptates propriae sunt." 4. Seru. in Aen. I 73 „Quod — sunt." 5 Arusian. p. 243. Prisc. II p. 107 „si — intercesserit." 7. Donatus: Quid (Quod *Par.*) illud gaudii est] In aliis Daui persona infertur. 8. Arusian. p. 232 „hunc—gaudia" (solum solide).

V 6. Donatus: In hoc actu mira arte ea quae restant de comoedia breuiter explicantur et designantur duorum sociorum binae nuptiae. 2. certe: id scio quid mihi obtigerit: Donat. in lemm. 3. quod sim nactus: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Prius resciscerés tu, quam ego illut quód tibi euenít boni.
PA. Glýcerium mea suós parentes répperit. DA. Factúm bene.
CH. Hem.
PA. Páter amicus súmmus nobis. DA. Quís? PA. Chremes. DA. Narrás probe.
PA. Néc mora ullast, quín eam uxorem dúcam. CH. Num ille sómniat
Éa quae uigilans uóluit? PA. Tum de púero, Daue.. DA. Ah désine.
Sólus est quem díligant di. CH. Sáluos sum, si haec uéra sunt.
Cónloquar. PA. Quis homóst? Charine, in témpore ipso mihi áduenis.
CH. Béne factum. PA. Audisti? CH. Ómnia. age, me in tuís secundis réspice.
Túos est nunc Chremés: facturum quaé uoles scio esse ómnia.
PA. Mémini: atqne adeo lóngumst illum me éxspectare dum éxeat.
Séquere hac me intus: apud Glycerium núnc est. tu, Daue, ábi domum,
Própera, accerse hinc qui aúferant eam. quíd stas? quid cessás? DA. Eo.

4 (PRIVSR)ESCISCERESTV A 5 (GLYCERI)VMMEA A Mea glycerium **BCDEGPV** (glic. **EV**) reperit **DV** o factum **BCDEP** 6 (Z. PATERAMIC)VS cremef **E** narres **D** 7 (NECMOR)ASTULLA A Nec mora ulla est **BCDEGPV** quin iam uxorē **BCP** uxorē eā **V** 8 ualuit **D** tu de **E** aha **DV** 9 di *inter lineas* C^2 DII A dii diligant **V** Sauuf **G**, *corr.* G^2 SALUUS A uentura sunt **D** 10 Adibo et conloquar **DEGV** (conloquor **V**) Adibo et colloquar **BCP** qui **G** OCKARINE A *cum. rell.* mihi *om.* **BCP** 11 AUDISTIN A D^1 hem audistin BC^2D^2EGV em audistin C^1P secundis rebus **BCDEGPV** respice o pamphile **E** 12 TUUS A 13 nos illum expectare **BCDEGPV** 14 me hac **V** me. intus *interpunxit Bentleius* AGLYCERIUMNUNCTUDAUE A, aput *effecit corr. rec.* apud glycerium nunc est tu daue **BCDEGPV** (glic. **E**) domū *ex* dominū **V** 15. Propere **BCDEGPV** accersī **V** em **C** eo || || **E**

5. Mea Glycerium: Donat. in lemm. 11. in tuis secundis rebus: Donat. et Eugraph. in lemm. 13 Longum est illum exspectare (*om.* me): Donat. in lemm. 14. Sequere me intus apud Glycerium: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Ne éxspectetis dum éxeant huc: íntus despondébitur: 960
II 2 1. 2. Prisc. II p. 352 „Dii immortales—Quid (*om. plerique*) interest." — Donatus: Alii distinguunt „Quid praestat stulto intelligens": alii „stulto intelligens quid interest": quia sic ueteres loquebantur. — Eugraphius: Sensus est: homini stulto homo [non] intelligens quid praestat." — Schot. Bembin. ant.: Dicit ‚quid interest inter hominem et hominem.' — Arusian. p. 252 „homo—intelligens." 3. Non. p. 270 Conuenire significat obuium fieri. T. in E. „Conueni hodie aduenien̦s mei loci quendam a. o. Hominem." — Idem p. 359 Offendere inuenire... T. in E. „Offendi aduenien̦s quendam mei loci a. o. Hominem." — 3. 4. Idem p. 324 „mei—impurum" (hinc *om.*). 4. Donatus: obligurierat (*sic bis*): ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ est ligurire. — Lex. Maii p. 54 „qui abligurierat patria bona pene." — Idem p. 319 „patria qui abligurriat bona."

Digitized by Google

Vídeo sentum squálidum aegrum, pánnis annisque óbsitum.
'Quíd istuc' inquam 'ornátist?' "quoniam míser quod habui pérdidi, em
Quó redactus sum. ómnes noti me átque amici déserunt."
Híc ego illum contémpsi prae me; 'quíd homo' inquam 'ignauíssime?
Ítan parasti te, út spes nulla rélicua in te sít tibi?
Símul consilium cúm re amisti? uíden me ex eodem ortúm loco?
Quí color, nitór, uestitus, quaé habitudo est córporis!
Ómnia habeo, néque quicquam habeo: níhil cum est, nihil defít tamen.'
"Át ego infelix néque ridiculus ésse neque plagás pati
Póssum." 'quid? tu his rébus credis fieri? tota errás uia.
Ólim isti fuit géneri quondam quaéstus aput saeclúm prius:
Hóc nouom est aucúpium: ego adeo hanc prímus inuení uiam.

5 OBSITUMOḲ A, OK *induxit corr. rec.* 6 ORNATISTINQUAM A quo d C, *corr. rec.* em C¹P KEM ABC²DEG Em *ab initio sequentis uersus habet* P 7 me noti atq; D mei noti atq; G amici ini C inimici B inimici am E, *corr.* E² 8 ergo G p me contempsi DG QUID KOMO A ais *add. corr. rec.* quid agis homo DG quid ego homo E ignauissime u D ignauiſſime *ex* ignauiſume G 9 RELIQUA A *cum rell.* INTEESSET A in te siet BCDEGP tibi G 10 amisti, isti *a corr. in ras.*, D AMISISTI ABG (*inter lineas* G) 11 *Versus in* A *exit in* OMNIA nitor uestitus *iunxit Guyetus* 13 Et ego G 14 tu tu D FIERIERI A, ERI *induxit* A¹ 15 seclum D¹, seculum D²E 16 NOUUMESTAUSCUPIUM A Et ego G priuſ m E

5. Seru. in Aen. III 594 ‚consertum tegmen spinis) illigatum spinis. hinc est in T. „Video quendam sertum [squalidum pannis annisque obsitum"]. — Idem in Aen. VIII 307 „pannis annisque obsitus." 6. Eugraph. in IV 4, 6 „quid istuc ornati est." — hem: Donat. in lemm. 7. Acron in Hor. C. I 35, 26 „omnes me noti a. a. deserunt." — noti me: Donat. in lemm. 8. Prisc. II p. 49 Donat. in Adelph. II 3, 9 „Hic—me." — Alcuin. p. 2140. Beda p 2342 „contẽpsi illum hic prae me." 9. in te siet tibi: Donat. in lemm. — Idem in Hec. I 1, 11 „an parasti te ut spes n. r. t s. t." 10. Simul cum re consilium amisisti: Donat. in lemm. — Arusian. p. 251 „uiden —loco." 11. Donat. in II 3, 24 „quae—corporis." 12. Prisc. I p. 401 ‚nihil inest nihil defit.' — Porphyr. in Hor. Ep. I 17, 11 diuites modo pro gratiosis posuit, ut T. „omnia h. nec q. habeo." nihil enim mihi uidetur deesse praeter amicos. 13. 14. Donat. in Adelph. V 3, 66 „At—Possum." 15. Cledon. p. 1933 „apud seclum prius."

Digitized by Google

Ést genus hominum, qui ésse primos se ómnium rerúm uolunt,
Néc sunt: hos conséctor: hisce ego nón paro me ut rídeant,
Sét eis ultro adrídeo et eorum íngenia admirór simul:
Quídquid dicunt, laúdo: id rursum sí negant, laudo íd quoque:
Négat quis: nego; aït: áio; postremo ímperaui egomét mihi
Ómnia adsentári. is quaestus núnc est multo ubérrimus.'
PA. Scítum hercle hominem: hic hómines prorsum ex stúltis insanós facit.
GN. Dum haec lóquimur, intereá loci ad macéllum ubi aduentámus,
Concúrrunt laeti mihi óbuiam cuppédinarii ómnes:
Cetárii, lanií, coqui, fartóres, piscatóres,

17 PRIMOSEOMNIUM (*sic*) A primuſ G 18 hiſce — 20. quicquid *omissa in* G *suppleta sunt in superiore margine* noparo C 19 SETIS A Sed his BCDEGP arrideo BEG admi|ror C ammiror B 20 Quicquid BDEP ruſſū G 22 assentari BE his quaestus DE¹G nc̄ ēē G huberrimus E 23 prorſuſ E EXTULTIS A fecit D 24 GA. ||| Dū G macellum conuenim9 E ||duenimus C aduenimus BDGP 25 CVPP. concurrunt D mihobuiam G CUPPEDENARI A cuppedinarii C²D¹G¹P cupedinarii B cuppedenarii D² cuppidinarii C¹ cupedenarii E cupidinarii G² omnes *om.* A¹E, *add. schol. ant. in* A, *in quo us. extenditur usque ad* LANI 26 CETARILANI A coci, ci *a corr. in ras.*, D piscatores aucupes BCDEGP

17. qui se primos omnium: Eugraph. in lemm. 17—22. Io. Sarisber. Policr. VIII 3 „Est genus—uberrimus" (19. his.) 18. Prisc. II p. 322. 355 „hisce—arrideo" (19. Sed his). — 19. Sed his: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 351 „Sed his u. arrideo." — Donat. in III 2, 45 „eorum—simul." 20. Donat. in IV 7, 4 „Quicquid dicunt laudo." — Ib. 20 „id—quoque." 21. 22. Cic. Lael. 25, 93. Io. Sarisber. Policr. III 4 „Negat—adsentari." — 21. Donat. in III 2, 34 „ait aio." 22. Diomed. p. 455 „is questus est multo uberrimus." 25. Lex. Maii p. 108 „Concurrunt mihi obuiam laeti cupedinarii Cetarii." — Id. p. 312 „Concurrunt laeti obuiam mihi cupidenarii Cetarii lanii." — Id. p. 129 Cupidenarius: denariorum cupidus T. in E. „Concurrunt laeti obuiam mihi cupedinarii" (= p. 166.). — 25. cuppedenar(i): Schol. Bembin. ant. — cupidinari: Schol. Bemb. — cupedenarii: Donatus. — cupedinarii: Eugraphius. 26. Cic. de off. I 42, 150 Minimeque artes eae probandae quae ministrae sunt uoluptatum „Cetarii lanii coqui fartores piscatores," ut ait Terentius. adde huc si placet unguentarios saltatores totumque ludum talarium. — Charis. p. 75 T. „lani coci." — Eutych. p. 156 .. ‚lanius' quod T. in E. pluraliter per apocopam posuit: „coci et lani fartores." — Prob. Instit. p. 126. Quaeritur qua de causa

Digitized by Google

Quibus ét re salua et pérdita profúeram et prosum saépe:
Salútant, ad cenám uocant, aduéntum gratulántur.
Ille úbi miser famélicus uidet mihi ésse tantum honórem et
Tam fácile uictum quaérere: [ibi] homo coépit me obsecráre,
Vt síbi liceret díscere id de mé: sectari iússi,
Si pótis est, tanquam philosophorum habent disciplinae ex ípsis
Vocábula, parasíti ita ut Gnathónici uocéntur.
PA. Viden ótium et cibus quíd facit aliénus? GN. Set ego césso
Ad Thaïdem hanc dedúcere et rogáre ad cenam ut uéniat?
Set Pármenonem ante óstium †Thaidis tristem uídeo,
Riuális seruom: sálua res est. ní mirum homines frígent.
Nebulónem hunc certumst lúdere. PA. Hisce hoc múnere
arbitrántur

27 PRORSUM A p || ſū G 28 caenā DG 29 Il||e G famj-licuſ G MI KIESSETANTUMKONOREM A, *corr. rec.* me esse tanto honore BCDEGP ET *ab initio sequentis us. habet* A 31 *in* A *exit in* SI POTISEST SPECTARI A, P *induxit corr. rec.* 32 tamquam BCDEP DISCIPLINAM A *In folio XI' Bembini quod u.* 33–58 *continet multa ab initio potissimum uersuum euanida sunt: quae uncis includemus* 33 (UOCABULAP)ARASITI itidem ut BCDEGP (ut || || C) gnathoniai G gnatonici E ghnatonici D 34 (B. UIDE)N FACIAT A 35 (ADTKAID)EM ad caenā | RIVAL Ut ueniat D 36 parmenē G hostium BEG¹P Thaidis *libri* meretricis *Muretus* opperiri *Bentleius* Thaidii *Bothius* tristē | NEBUL Video D 37 SERUUM A NIMIRUM KOMINES A, *ea forma aspiratae, ut* HIS *non sit a pr. m.* fringent B 38 ludere C eludere BDEGP hi||ce *ex* hisce CP hisce D, *corr.* D² ḣiſceoc G, *corr.* G² munire C, *corr.* C² ARBITRENTUR A, *corr.* A¹ arbitrat E

'coquus' per Q et non per C litteram scribatur ... cum dicat T. in E. „coqui fartores" et cetera, utique iam 'coquum' per Q, non per C litteram scribi demonstrat. *Cf. p.* 182. -- piscatores aucupes: Eugraph. in lemm. — Prob. Cathol. p. 26 Praeterea nominatiuo plurali T. „aucupes" dixit „piscatores aucupes," unde docuit nominatiuo singulari 'aucupes' debere dici, non 'auceps.' 28. Philargyr. in Verg. Ecl. 5. 74 „ad—gratulantur." 29. uidet me *et* in tanto honore: Donat. in lemm. 31. Arusian. p. 225 „Ut —de me." 33. item ut: Donat. in lemm. (*sed deest hoc scholion in Ed. pr. et Ven.*) 34. Donatus: quid faciat) Legitur et „quid facit," ut sit figura per modos pro 'quid faciat.' — Gratian. Decret. XIII q. 1 § his ita respondetur „Vide quid faciat otium et cibus alienus." 36 Donatus: †Thaidis) Et „Thais" legitur. 37. Seru. in Georg. IV 104. in Aen. I 436 „nimirum hic homines frigent." 38. Donatus: „hisce" pro 'hi' (his *Ed. pr.*) uetuste. —

Digitized by Google

Suam Thaïdem esse. GN. Plúrima salúte Parmenónem
Summúm suom inpertít Gnatho. quid ágitur? PA. Statur.
GN. Vídeo.
Numquíd nam hic quod nolís uides? PA. Te. GN. Crédo:
at numquid áliut?
PA. Qui dúm? GN. Quia tristis es. PA. Níhil quidem. GN. Ne
sís: set quid uidétur
Hoc tíbi mancipium? PA. Nón malum hercle. GN. Vro
hóminem. PA. Vt falsus ánimist.
GN. Quam hoc múnus gratum Thaïdi arbitráre esse? PA. Hoc
nunc dícis,
Eiéctos hinc nos: ómnium rerum, heús, uicissitúdost.
GN. Sex égo te totos, Pármeno, hos menses quietum réddam,
Ne súrsum deorsum cúrsites neue úsque ad lucem uígiles:
Ecquíd beo te? PA. Mén? papae. GN. Sic sóleo amicos.
PA. Laúdo.
GN. Detíneo te: fortásse tu proféctus alio fúeras.

40 (SUMMUMSU)UM gnato **BDEG** 41 (NUMQUI)DNAM QUODNOLLIS (*uix* NOLLES) A, hic *add. corr. rec.* NUNCQUID **A** 42 (B. QUIDU)M EQUIDEM **A** f' qd *in ras.* **G** 43 mancypium **D**, *corr.* **D²** animo est **D**, *corr.* **D²** animo est **BCGP** animo ef||**E** *In* **A** *non fuisse uidetur hoc* animi est: *nam* FALSUS *quod uix conspicitur spatium usque ad marginem implet* 44 thai|||||tof, tof *in ras.*, **G** (*h. e. haec* a (thai)di *usque ad u.* 46 to:tof) *omissa erant, sed in superiore marg. suppleta sunt*) dices **BCDGP** *In* **P** *us. exit in* esse 46 menses hos **DG** *In* **P** *us. exit in* ne sursum (*quod addidit* **P²**), *us.* 47 *in* beo te, *us.* 48 *in* laudo 47 deorsumue **E** ad lucem usque **BCEP** 48 Et quid **E** ME **A**, NE *add. corr. ant.* men||, n *in ras.*, **D** 49 DE....EO **A**, *ut spatium quatuor litteris sufficiat quarum paenultima* R *esse uisa est* (DETINEO *legit W. Studemund*)

Eugraphius: „hisce" nominatiuus pluralis. — 38. 39. Prisc. I p. 593. Inueniuntur tamen etiam nominatiuum pluralem ‚hisce' proferentes antiqui, ut T. in E. „hisce—esse." 39. 40. Prisc. I p. 400. II p. 328. Donat. in Adelph. III 2, 54. Arusian. p. 237 „plurima—Gnatho" (suum *om.* Arusian.). 40. Incert. de uerbo p. 165 Vindob. Prisc. II p. 131. 148. „quid agitur? statur." 42. nihil equidem: Donat. *bis* in lemm. 43. Tibi hoc: Eugraph. in lemm. — Donatus: ut falsus animi est).. „animi" pro ‚animo': *ἀντίπτωσις* ueterum. — Arusian. p. 232 Falsus illius rei. T. E. „ut f. animi est." 45. heus omnium rerum uicissitudo est: Donat. in lemm. 46. Eugraph. ad Adelph. III 3, 42 „Sex—reddam." 47. usque ad lucem: Donat. in lemm. 48. Prob. Cathol. p. 34 (annot.) „ecquid beo te." — Claud. Sac. p. 63 „et quid beo te"

Digitized by Google

PA. Nusquám. GN. Tum tu igitur paúlulum da mihi óperae: fac ut admíttar
Ad illam. PA. Áge modo, i nunc: tíbi patent fores haé, quia istam dúcis.
GN. Numquem éuocari hinc uís foras? PA. Sine bíduom hoc praetéreat:
Qui míhi nunc uno dígitulo fores áperis fortunátus,
Ne tu ístas faxo cálcibus saepe insultabis frústra.
GN. Etiám nunc (tu) hic stas, Pármeno? [eho] num nam híc relictu's cústos,
Nequís forte internúntius clam a mílite ad istam cúrset?
PA. Facéte dictum: míra uero míliti quae pláceant.
Sed uídeo erilem fílium minórem huc aduenire.
Mirór, qui ex Piraeo ábierit: nam ibi cústos publice ést nunc.
Non témere est: et properáns uenit: nesció quid circumspéctat.

50 (NU)SQ(UA)M PAULUM A ADMITTAR A, *corr. ant.* ammittar B 51 (ADIL)LAM. B. AGEMODOINUNC((TIBIPATE)NT A modo nunc (*om.* i) *rell.* 52 (A. NUMQUE)M *et* FO(RAS) Nunc quem B huc *ex* hunc G BIDUUM A *In* P *a u.* 52 *inde usque ad III* 3, 9 *uersus metri ratione non habita discripti sunt* 53 apperis EG 54 NE(T)UI(STASFA)XO ut ne iſtas G inſulta bif G, *corr.* G² 55 *In* A *post* ETIA *fenestra est, in qua a parte aduersa tres litterae interierunt: tum quinque fere litterae non possunt legi: tum* tu 'ICSTAS, tu *add. corr. rec.* Etiam nunc hic BCDEGP eoh D oh G eho *sustulit T. Faber* NUMNAM tu KIC A, tu *add. corr. rec.* hic *om.* E RELICTUS (*om* es) A *cum rell.* 56 (INT)ERNUNTIUS CURSET A, *corr. rec.* cursitet BCDEGP 57 *In* A *inter primam litteram post* FACETE, *quae* D *uidetur esse, et* UERO *undecim fere litterae legi non possunt.* QUI AE PLACEAT A, *ut aut a pr. m. aut a corr. ant. mutatum sit* quae placeant *om.* D¹, *add.* D² 58 uideon BDEGP uideo nt erilem C herilem EG FILIUMKUCMIN OREM)ADUENIRE A aduentare DG 59 MIRORQUID(EXP)IRAEO A qui *Edd. antiquae* (B?) quid CDEP quod G y pireo G, *corr.* G² 60 et *om.* BC

52. Nunc quem: Eugraph. in lemm. 35. 54. Arusian. p. 242 „forse —frustra." 55. Etiam nunc hic: Eugraph. in lemm. 56. cursitet: Donat. in lemm. (exeat *Ed. pr.*). 57. Serv. in Aen. I, 669 „mira—quae placeant." — Donatus: Mira—quae placeant) mira pro mirum .. et est *εἰρωνεία*. quid mirum est, inquit, facete loqui eum qui militi placeat? potest tamen et pluraliter intelligi. 58. uideo: Donat. in lemm. 59. Miror quod: Donat. *bis* in lemm. — Idem: „nunc" ambigua distinctione positum est.

Digitized by Google

II 3 *A* CHAEREA. *B* PARMENO. ADULESCENS SERUOS

CH. Óccidi.
Neque uírgo est usquam néque ego, qui illam e cónspectu amisí meo.
Vbi quaéram, ubi inuestígem, quem percónter, quam insistám uiam,
Incértus sum. una haec spés est: ubi ubi est, diú celari nón potest.
O fáciem pulchram: déleo omnes dehínc ex animo múlieres:
Taedét cotidiánarum harum fórmarum. PA. Ecce autem álterum,
Néscio quit de amóre loquitur: o ínfortunatúm senem!
Hic uéro est, qui si occéperit,
Ludúm iocumque dícet fuisse illum álterum,
Praeut húius rabies quaé dabit.

II 3 CK CHAEREA ADVL P PARMENO SERVVS D CHEREA ADVLESCENS PARMENO SERVVS P CHAEREAS ADVLESCENS PARMENO SERVVS C CHAEREA adoleſcenſ PARMENO ſeruuſ E chЄRЄA PARmeno G 1 2 OCCIDI—AMIS(IMEO?) *unum uersum faciunt in* A illā || conſpectu G 3 ub^{i}que rā G *ex corr.* 4 caelari BD 6 K̄ARUM C̄OTIDIANARUM A formarum, or *in ras.*, G 8 occeperit amare BCEP ḷ̣occeperit amare D occoeperit amare G 9 *in* A *exit in* KUIUS dices BCDEGP alterū illū G alterum illum D 10 pre || ut D prae | vt G

II 3 3. Donat in V 4, 40 „ubi q. u. inuestigem." — Arusian. p. 237 Insisto illum locum. T. E. „quam insistam uiam." — Donatus: quam insistam uiam) Et „qua uia" legitur (uiam *et* qua *om. Ed. pr.*) 6. Donat. in u. 26 „Taedet—formarum." — Arusian. p. 265 „Taedet cotidianarum me formarum." 8—10. Prisc. I p. 606 Kr. „Hic—dabit" (8. amare *om.* — 9. dices). 8. Donatus: Hic uero est] Utrum senex an Chaerea? sed senex potius. (*ut u.* 9 dicet *legerit.*). 9. dices: Eugraphius. 9. 10. Arusian. p. 256 Praeut ille quae facit. T. E. [praeut ille quae facit te] Ludum iocumque f. dicet i. a. „Praeut huius ‚scabies' quae dabit." — 10. Prob. Instit. p. 149 „Praeut huius rabies."

Digitized by Google

CH. Vt illúm di deaeque sénium perdant, quí me hodie remorátus est:
Meque ádeo qui (ei) restíterim: tum autem qui íllum flocci fécerim.
Séd eccum Parmenónem. salue. PA. Quíd tu es tristis? quídue es alacris?
Vnde is? CH. Egone? néscio hercle, néque unde eam neque quórsum eam:
Ita prórsum oblitus súm mei.
PA. Qui quaéso? CH. Amo. PA. Hem. CH. Nunc, Pármeno, te osténderis qui uír sies.
Scis té mihi saepe póllicitum esse 'Chaérea, aliquit ínueni

11 DEAEQ. SENiuMPERDANT A, *ut* iu *et transpositionis signa a corr. rec. sint: a pr. m. mihi* SENIUM, *Studemundo* SENEUM *fuisse uisum est* deaeq; omnes senē **DG** deaeq; omīſ ſenem **B** deaeq; senem omnes **CP** deaeque omnes perdant **E** hodie me *Bentleius ex Regio* moratus **C** 12 QUIEIRESTITERIM A EI *induxit corr. rec.* qui restiterim **BCDEGP** qui non illum **DEG** illum flocci **C**, *corr. schol.* ferim **G**, *corr.* G² 13 Sd haec cū **G** QUISDTU A QUIDUES A, *corr.* A¹ *uel ant.* quidue alacris **BCEP** 14 Unde hiſ **G** ego nescio **BCDEGP** nequorsum **P** EAM *ab initio sequentis us. habet* A 15 prorsus sum oblitus **BCDEGP** OBLITUSMEI A, *corr. ant.* 16 NUNCTEPARMENO TEOSTENDES A nunc te Parmeno ostendes **D** nunc Parmeno te ostendes **BCGP** Parmeno nunc te ostendes **E** nunc Parmeno te ostenderis *Bentleius* quid **C** 17 POLLITUM A

11. Donatus: dii deaeque omnes senium perdant) Plus dixit „senium" quam „senem." — Lactant. Plac. in Stat. Theb. XI 674 seniumque recessit] nimia senectus dicitur senium. T. „Ut illum di deaeque omnes perdant ‚senem' qui me hodie remoratus est." — Prisc. II p. 496. 512. T. ‚in Phormione' „Ut illum di deaeque omnes perdant." — Id. p. 289. T. ‚in Phormione' „Ut illum di deaeque omnes perduint." — Id. p. 240. T. in Eunucho: „Ut illum di deaeque omnes superi inferi malis exemplis perdant." (cf. Phorm. IV 4, 6) 12. Donatus: qui illum flocci fecerim] Deest ‚uel,' ut sit ‚uel flocci fecerim.' — Lex. Maii p. 206 „qui illum non flocci fecerim." 13. Prisc. I p. 152. Seru. in Aen. IX 231 „quid tu — alacris." — Charis. p. 114. Romanus libro de analogia ‚ita' inquit ‚alacris' licet consuetudo, ut ait Plinius libro VI Dubii Sermonis, ‚alacer' dicat .... sed et T. in E. „quidue ‚est' alacris." — (Serg.) in Donat. p. 491 „quidue ‚est' alacris." — quid tu es alacris: Donat. *bis* in lemm. 14. *Et* Ita prorsus oblitus sum mei *et* Ita prorsus sum oblitus mei: Donat. in lemm. 15. Donatus: hem) si cum H, Parmeno, si leniter, Chaerea. — ostendes (oſtendēſ *Ed. pr.*): Idem in lemm. — (Idem: ‚qui uir sies' in ueteribus inuenitur.).

Digitized by Google

Modo quód ames: in ea re útilitatem ego fáciam ut cognoscás meam',
Cum in céllulam at te pátris penum omnem cóngerebam clánculum.
PA. Age, inépte. CH. Hoc hercle fáctumst. fac sis núnc promissa appáreant:
Sic ádeo digna rés est, ubi tu néruos intendás tuos.
Haud símilis uirgost uírginum nostrárum, quas matrés student
Demíssis umeris ésse, uincto péctore, ut graciles sient.
Siquae est habitior paúlo, pugilem esse áiunt, deducúnt cibum:

18 cognoſ^{caſ} G 19 in *om.* D cellu^{lam} B, *corr.* B² omne BDEG CLANCULŪ A 20 FAXIS A, S *add. corr. rec.* APPAREANT *incertum an* ADPAREANT A 21 *Chaereae uersum continuat Donatus, Parmenoni dant libri* SIADEO A *cum rell.* sic adeo *Fleckeisenus* EXTENDAS(TUOS) A 22 ST(UDENT) student || D 23 humeris BE (*in* A *membrana lacerata est*) uincto corpore DE gracile || C, *corr.* C² 24 Si qua est BCDEGP abitior BC abi^{i}cor$_{A}$ E pugilē^{ēē} aiunt G DIDUCUNT AE

18. utilitatem in ea re: Donat. in lemm. 19. Donatus: patris penum omnem) .... et hic penus et haec penus et hoc penus ueteres dixerunt. ergo et „omnem" et „omne" legitur. — Prisc. I p. 163. II p. 80 „Cum—clanculum" (omnem). — Lex. Maii p. 435 „cum ad te in cellulam omnem patris penum congerebam." — congregabam: Donati *Ed. pr.* in lemm. 20. Pseudo-Asconius in Diuin. p. 101 Or. „hoc h. f. e. fac ut promissa appareant." — Cledon. p. 1916 faxo faxis. T. „faxis - appareant." 21. Donatus: Siue adeo digna res est) 1, Si persona Parmenonis est, „siue" abundat et pro expletiua coniunctione modo est. in quibusdam omnino non legitur. 2, Si Chaerea dicit, hic ordo et sensus est: Fac si uis nunc, si[ue] adeo digna res est... ut sit „sis" ‚si uis'... 3, Melius legunt qui hoc totum applicant ad personam Chaereae [et melius], quam qui Parmenonem hoc putant loqui „Siue—est." — intendas: Donatus. — Eugraphius: Siue adeo digna) .... continuo subiungit „Haud similis etc." — Seru. in Aen. I 567 „Si adeo—tuos." 22. Charis. p. 108 „hā similis—nostrarum." — 22. 23. Ausonius ad Hesperium „quas—graciles sient." 23. dimissis: Donat. et Eugraph. — uincto pectore: Donatus et Eugraph. in lemm. — Donatus: ut graciles sient) A singulari ‚gracilis' uenit haec declinatio. — Eugraphius: graciles sient) Legitur et „gracilae," ut declinauerit T. ‚haec gracila.' — Prob. Cathol. p. 23. T. noue „ut gracilae sient," nominatiuo singulari ‚haec gracila.' 24. Donatus: Si qua est habitior) .... ‚habilior' aptior intelligitur .... ergo „habitior" legendum est. — Si qua est habitior: Eugraph. in lemm. — Lex. Maii p. 118 abitus ... escosus et carne plenus. T. in E. „si qua est abitior pugilem aiunt." — Augustin. gramm. p. 1977 ‚pugilem esse aiunt."

Digitized by Google

Tam etsí bonast natúra, reddunt cúratura iúnceam:
Itaque érgo amantur. PA. Quíd tua istaec? CH. Nóua figura oris. PA. Papae.
CH. Color uérus, corpus sólidum et suci plénum. PA. Anni? CH. Anni? sédecim.
PA. Flos ípse. CH. (Nunc) hanc tú mihi uel ui uél clam uel precário
Fac trádas: mea nihil ré fert, dum potiár modo.
PA. Quid? uírgo cuiast? CH. Néscio hercle. PA. Vndést? CH. Tantundem. PA. Vbi hábitat?
CH. Ne id quídem. PA. Vbi uidisti? CH. Ín uia. PA. Qua rátione amisísti?
CH. Id équidem adueniens mécum stomachabár modo:
Neque quémquam ego esse hominem árbitror, cui mágis bonae
Felícitates ómnes aduersaé sient.

25 Tamenetsi E est bona D bonatura G, *corr.* G² curratur aiunceas C iunceas BDGP iuncceaf E 27 P. quot ēst anni V D CH. sedecim (*om.* anni) E 28 FLOS—PRECARIO *unum uersum facit in* A IPSUM A, *corr.* A¹ *uel ant.* CH. nunc hanc *G. Hermannus* nunc *om. libri* priecario C 29 FACTRADAS A, ut *add. corr. rec.* mi mea G paciar G 30 *in* A *fractus est post* TANTUNDEM 31 āmisti BCDEG¹P (amisīsti *schol.* G *cum* A) 32 id quidē D, *corr.* D² 33 NEQUECQUAMEGOESSEKOMINEM A, *corr.* A¹ Neque quemquam esse ego hominem DG Neque ego quemquam hominem esse BCP Neque quemquam esse hominem E 34 ADUERSAE A *cum rell.* auersae *Bentleius* SINT A, *corr.* A¹ *In* A *us. exit in* QUIDKOCEST

25. Donatus: iunceas) tenues et pallidas. — iunceas: Eugraph. in lemm. — Donat. et Eugraph. in Andr. V 4, 38 „reddunt c. iunceas." — Non. p. 493 „Tametsi—iunceas." 26. Seru. in Aen. IV 10 „noua figura." — Donat. in u. 6 h. sc. „noua—papae." 27. Acron in Hor. C. III 27, 54 „corpus—plenum." — Prob. de nom. exc. p. 213 „anni sedecim. Flos ipse." 28. Donat. in V 8, 25 „precario." — Prisc. II p. 68 „seu ui seu clam seu precario 28. 29. Lex. Maii p. 451 „iam precario fac tradas." 29. Seru. in Aen. IX 1 „mea—modo." 30. Prisc.? I p. 575. Seru. in Ecl. 2, 1 „Quid u. cuia est." — Cledon. p. 1907 „Quid, ‚mulier' cuia est." 31. Donatus: qua ratione amisti) Figura *συγχοπή* pro ‚amisisti.'" 32. Eutych. p. 178 „idem equidem (*sic*)—modo." 33. hominem esse arbitror: Donat. in lemm. 34. Donatus: Quid hoc est sceleris (sterilis est *Ed. pr.*) Propter hoc quod (quod hoc *Bentl.*) patior inquit, nunc enim scelus dicit a sene commissum.

Digitized by Google

Quid hóc est sceleris! périi. PA. Quid factúmst? CH. Rogas?
Patrís cognatum atque aéqualem Archidémidem
Nouístin? PA. Quid ni? CH. Is, dum hánc sequor, fit mihi óbuiam.
PA. Incómmode hercle. CH. Immo énim uero infelíciter:
Nam incómmoda alia súnt dicenda, Pármeno.
Illúm liquet mihi déierare his ménsibus
Sex séptem prorsum nón uidisse próxumis,
Nisi núnc, cum minime uéllem minimeque ópus fuit.
Eho nónne hoc monstri símilest? quid aïs? PA. Máxume.
CH. Contínuo accurrit ád me, quam longé quidem,
Incúruos, tremulus, lábiis demissís, gemens:
'Heus heús, tibi dico, Chaérea' inquit. réstiti.
'Scin quíd ego te uolébam?' "dic." 'cras ést mihi
Iudícium.' "quid tum?" 'ut díligenter núnties
Patri, áduocatus máne mihi esse ut méminerit.'
Dum haec dícit, abiit hóra. rogo numquíd uelit.
'Recte' ínquid. abeo. cum húc respicio ad uírginem,
Illa sése interea cómmodum huc aduórterat

35 *Parmenoni haec* Quid hoc est sceleris (sceleris est **BCEP**) *assignant* **BCDEGP**, *exclamationem* Perii *Chaereae* 36 Archi ||||| idem: **D**, *corr.* **D**^{2} archidemiden **G** 37 Nostin **BCDEGP** hiis **G** 40 delirare **DE** (nana loqui *schol.* **D**), deierare *corr. rec.* **D** *in marg.* 41 Sex t septem **B** prorsū *ex* prorsus **CE** (prorſuſ **G**?) PROXUMIS **A** 43 Eo **G** MAXUME **A** 44 ACCURRIT **A**, *corr. ant.* 45 INCURUUS **A** LABRIS **A**, *corr.* **A**^{1} 46 Heus **D**, *corr.* **D**^{2} inquid **C**, *corr.* **C**^{2} reſiſte **G** 47 dic *in ras.* **C**^{2} 47. 48 cras michi iudicium est **E** 50 haec loquitur **BCEGP** (dicit **D** *cum* **A**) ORA **A**, *corr. ant.* 51 inquid **BG** *cum* **A** habeo **BDEGP** habeo **C**, *aspirationem add.* **C**^{2} 52 aduerterit **G**

36. Non. p. 235 „Patris—aequalem te Marcidemiden' Nostin." 37. Nostin: Donat. in lemm. — Schol. Bembin. ant.: „quinni" dicit cur non. 38. 39. Donat. in Phorm. II 1, 18 „immo—Parmeno." (uero *om. Ed. pr.*) 40. Pompeii Comment. p. 241 „liquet mihi degenerare.'" 40. 41. Prisc. II p. 349 „Illum—proximis." 41. Sex uel septem prorsus: Donat. in lemm. 45. labiis: Donatus. — labris dimissis: Eugraph. in lemm. — Charis. p. 103. Verrius Flaccus sic distinxit modica esse labra, labia immodica et inde labiones dici. nam et T. „labris demissis gemens." (labiis: *Ed. princ.*) 50. Dum haec dicit: Donat. (dicit *om. Ed. pr.*) et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

In hanc nóstram plateam. PA. Mírum ni hanc dicít, modo
Huic quaé datast dono. CH. Húc cum aduenio, núlla erat. 345
PA. Comités secuti scílicet sunt uírginem? 55
CH. Verúm: parasitus cum áncilla. PA. Ipsast: ílicet:
Desíne: iam conclamátumst. CH. Alias rés agis.
PA. Istúc ago equidem. CH. Nóstin quae sit? díc mihi, aut
Vidístin? PA. Vidi, nóui: scio quo abdúcta sit. 350
CH. Eho Pármeno mi, nóstin et scis úbi siet? 60
PA. Húc deductast ád meretricem Thaïdem: ei donó datast.
CH. Quís is est tam poténs cum tanto múnere hoc? PA. Milés Thraso,
Phaédriae riuális. CH. Duras frátris partis praédicas.
PA. Ímmo si sciás quod donum huic dóno contra cónparet, 355
Mágis id dicas. CH. Quód nam quaeso hercle? PA. Eú- 65
nuchum. CH. Illumne óbsecro

53 KAC A hạc C 54 cum huc DG 56 scilicet BCDEGP 57 cụm clamatum C con|clamatum B 58 equidem ago BCDEGP (quidem E) que sit, ue *in ras.*, D AUT *ab initio sequentis us.* A 59 q||uo G 60 EK O A, *corr.* A¹ *uel ant. Post* nostin *Parmenonem respondentem* Noui *habet* A *cum rell.* SIT A siet *rell.* 61 ET *potius quam* EI A 62 QUISEST (is *om.*) A 63 partes fratris BC²EP (partis C¹) 64 Immo enim si BCDGP huic contra dono DG conparet P *cum* A 65 66 ita diuisi sunt in A 1, TUM—KERCLE 2, EUNUCKUM. A. ILLUMNE 3, OBSECRO—EST 4, KERISENEMMULIEREM 65 TUMMAGIS A *cum rell.* Tụm *induxit Bentleius* qdnā G *Parmenonis notam* (PA) *in* A *omissam ante* EUNUCKUM *add. corr. rec.* illum ne CD

56. ilicet: Eugraphius. 57. Serv. in Aen. VI 218 Mythogr. Vatic. (in Mai Class. Auct. vol. III) p. 206 „Desine i. e. est." 60. Eho Parmeno mi nostin et scis ubi siet: Donat. in lemm. (Eho Parmeno scis, *om. rell., Ed. pr.*). — Prisc. II p. 11 „Eho—nostin." — Agroet. p. 2272 „Eho Parmeno nosti." 62. 63. Non. p. 32 „miles Thraso Faedriae riualis." — 63 partes fratris: Donat. in lemm. — fratris partes: Eugr. in lemm. 64. Immo enim si *et* huic dono contra: Eugraph. in lemm. 65. Tum magis: Donat. in lemm. (Tu magis *Ed. pr.*). — quidnam: Donati *Ed. pr.* in lemm. 65 Schol. Bembin. ant. in I 2, 52 „illumne—hominem." — Agroet. p. 2269 „illumne inhonestum hominem." — 65. 66. Serv. in Aen. VI 497 „illumne obsecro inhonestum senem mulierem. — Isidor. Orig. XI 2, 28 Senex autem masculini tantum est generis .... nam si commune esset nomen, cur diceret T. „senem mulierem."

Digitized by Google

Ínhonestum hominem, quém mercatus ést heri, senem múlierem?

PA. Istunc ipsum. CH. Homó quatietur cérte cum donó foras. Sét istam Thaïdém non sciui nóbis uicinam. PA. Haúd diust.

CH. Périi, numquamne étiam me illam uídisse! eho dum díc mihi:

70 Éstne, ut fertur, fórma? PA. Sane. CH. Ad níhil ad nostram hanc. PA. Ália res.

CH. Óbsecro hercle, Pármeno, fac ut pótiar. PA. Faciam sédulo: Dábo operam, adiuuábo. numquid me áliut? CH. Quo nunc ís? PA. Domum,

Vt mancipia haec, íta utí iussit fráter, ducam ad Thaïdem.

CH. Ó fortunatum ístum eunuchum, quí quidem in hanc detúr domum!

75 PA. Quíd ita? CH. Rogitas? súmma forma sémper conseruám domi

Vidébit, conloquétur, aderit úna in unis aédibus,

Cibúm non numquam cápiet cum ea, intérdum propter dórmiet.

PA. Quid sí nunc tute fórtunatus fías? CH. Qua re, Pármeno?

66 quem *om.* A¹, *add. corr. rec.* mulierem E, *corr. rec.* 67 B. ISTUMIPSUM. A. QUATIETURKOMO A 68 f' G *cum* A uobis C, *corr.* C² 69 uidisse illam E 70 AD A, *ut uidetur* hanc rē E res est BCDEGP 71 paciar G SEDULOAC A *cum rell.* 72 numquid uis aliud E ALIUT A, uis *add. corr. rec.* aliud, d *in ras.*, C CH. quid nunc is domum? — 73 PA. Ut DEG ut *ex* uti C UT A *cum rell.* DUCAM A, *corr. ant.* deducam G deducam: ad thaidem D, *corr.* D² 74 KAC A 75 conserua B 76 *in* A *exit in* CIBUM colloquetur BCDEGP 77 NONUMQUAM A, *corr. rec.* CUMEAM A 78 Parmeno hęc E

66. Donatus: senem, mulierem) ... subdistinguendum est ut sit duplex uituperatio: una ab aetate, quod ait „senem": altera a membrorum mollitie, quod ait „mulierem." 67. Non. p. 272 „nimirum homo—foras." 69. me uidisse illam; Donat. in lemm. 70. res est: Donat. in lemm. 72. numquid me aliud uis: Donat. in lemm. 73. ita ut ... deducam: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Respónde. PA. Capias [tu] íllius uestem. CH. Véstem? quid tum póstea?
PA. Pro illó te deducam. CH. Aúdio. PA. Te esse íllum dicam. CH. Intéllego.
PA. Tu illís fruare cómmodis, quibus tu íllum dicebás modo:
Cibum úna capias, ádsis, tangas, lúdas, propter dórmias:
Quandóquidem illarum néque te quisquam nóuit neque scit quí sies.
Praetérea forma et aétas ipsast, fácile ut pro eunuchó probes.
CH. Dixísti pulchre, númquam uidi mélius consiliúm dari.
Age eámus intro núnciam: orna me, ábduc, duc, quantúm potest.
PA. Quid agís? iocabar équidem. CH. Garris. PA. Périi, quid ego egí miser?
Quo trúdis? perculerís iam tu me. tíbi equidem dicó, mane.
CH. Eámus. PA. Pergin? CH. Cértumst. PA. Vide ne nímium calidum hoc sít modo.
CH. Non ést profecto: síne. PA. At enim istaec ín me cudetúr faba. CH. Ah.

79 CAPIAS ILLIUS A, tu *add. corr. rec.* capias tu *rell.* illi uſ G, *corr.* G² 80 ducam DEG illum esse BCDEGP intelligo BC² 81 ILLIUS A, U *induxit corr. rec.* illis CDG illius BEP 82 assis E PROTER A, *corr.* A¹ 83 neq; te quā G, *corr.* G² ||| nouit E 84 forma *om.* E 85 DIXTIPULCKRENUMQUAM A *cum rell., nisi quod* t dixisti *schol.* D, pulchrae P 86 DUC *om.* A¹, *add. corr. ant.* QUANTO A potes (B?) CDEGP 87 AIS A, *corr. rec.* PERI A ego *ex* ergo E 88 *in* A *exit in* EAMUS Quod rudis C, *corr.* C² pculerif, cule *in ras.*, G 89 CALLIDUM A *cum rell.* calidum *Donatus* siet E 90 *In* BCP ah flagitium facimus *continuantur Parmenoni In* G *haec* C ah PAR *erasa sunt*

79. capias tu illius, *tum* capias illius: Donat. — capias tu illius: Eugraph. in lemm. 80. ducam *et* te illum esse: Eugraph. in lemm. 81. Tu illius fruere: Eugraph. in lemm. 82. capies: Donat. *bis* in lemm. 84. Donat. in Phorm. V 1, 31 „facile—probes." 86. orna me nunciam ... potest: Donat. in lemm. — Schol. Bembin. in Adelph. III 4, 37 „abduc duc q. p." 88. Donat. in Phorm. IV 3, 73 „perculeris iam tu me." 89. pergisne: Donat. in lemm. — Idem: ne nimium calidum (callidum *Ed. pr.*)] Periculosum: sed melius „callidum" legitur. — (inprouidum. temerarium: Schol. Bembin.)

Digitized by Google

PA. Flagítium facimus. CH. Án id flagitiumst, si ín domum meretríciam
Dedúcar et illis crúcibus, quae nos nóstramque adulescéntiam
Habent déspicatam et quaé nos semper ómnibus cruciánt modis,
Nunc réferam gratiam átque eas itidem fállam, ut ab illis fállimur?
An pótius hoc patri aéquomst fieri, ut á me ludatúr dolis?
Quod quí rescierint, cúlpent; illud mérito factum omnés putent.
PA. Quid istíc? si certumst fácere, faciam: uérum ne post cónferas
Culpam ín me. CH. Non faciám. PA. Iubesne? CH. Iúbeam? cogo atque ímpero:
Numquám defugio auctóritatem. séquere. PA. Di uortánt bene.

91 ęn **G** 92 quib' **E**, t quae *corr. rec.* 93 DESPECTAM **A** *et schol.* **D** despicatam **BCD'EGP** cruciant *in marg.* **G** cruciant omnibus **D** 94 *In* **A** *una littera uel duae* (IS *fuisse uisae sunt*) *a corr. rec. deletae sunt inter* EAS *et* ITIDEM ab hįs **D**, *corr.* **D²** ab his **BGP** abis **C** 95 KAEC **A** *cum rell.* hoc *T. Faber* pati *ex* patri **EG** pati, ti *in ras.*, **P** AECUMSIT **A** ludaţ **G** 96 resciuerint **E** factum merito **DG** 97 iftęc **E** FACIAM **A**, *corr. rec.* facias **BCDEGP** 98 IBEAM **A**, *corr.* **A¹** *uel ant.* (iubeo cogo **B**?) iubeo immo cogo **CDEGP** (cogo‖ **G**) 99 *Parmenonem haec* Numquam—sequere, *Chaeream* Di uertant bene *dicentem habent* **ABC²DGP** *Chaereae* Numquam—auctoritatem *continuauit Muretus.* DEFUGIO **A**, *corr.* **A¹**, *ut uidetur* defugiam (**B**?) **CDEGP** UORTANT **A** *Post* bene F. II. a. **E**

92—94. Schol. Bembin. in I 2, 15 „et illis crucibus q. n. n. a. a. d. n. r. g. 93. Donatus: despicatam] Contemptam atque despectam. — Glossar. Terentian.: Despicatus: despectus. 94. nunc iam referam *et* ab his: Donat. in lemm. 95. Donatus: An potius haec pati aequum est fieri) Illic uicissitudo extat in pati dolos. — ut a me ludatur) *σύλληψις.* subauditur ‚pati.' — Eugraphius: An potius haec pati) Melius est inquit in domum meretriciam deducar, referam gratiam, quam patrem fallam. 96. merito factum: Donat. in lemm. 97. quid istuc: Donat. in lemm. — Idem: facias) pro facito. 98. iubeo cogo atque impero: Eugraph. in lemm. — Donat. in I 2, 7 alibi „iubesne" inquit. respondet ei Chaerea „cogo atque impero." — Non. p. 264 „iubesne. iubeo cogo atque impero." 99 defugiam auctoritatem tuam: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Γ THRASO. *A* GNATHO. *B* PARMENO.
MILES PARASITUS SERUOS.

TH. Magnás uero agere grátias Thaïs mihi? III 1
GN. Ingéntis. TH. Ain tu, laétast? GN. Non tam ipsó quidem
Donó, quam abs te datum ésse: id uero sério
Triúmphat. PA. Hoc prouíso ut, ubi tempús siet,
Dedúcam. sed eccum mílitem. TH. Est istúc datum 395 5
Profécto, ut grata míhi sint quae facio ómnia.
GN. Aduórti hercle animum. TH. Vél rex semper máximas
Mihi agébat quidquid féceram: aliis nón item.
GN. Labóre alieno mágno partam glóriam

III 1 TR THRASO G GNATHO P PARMENO MILES PARASITVS SERVVS **D**

THRASO GNATO PARMENO MILES PARASITVS SERVVS **PC** (TRASO **P**) THRASO Milif GNATO parafit9 PARMENO ſeruuſ **E** TRASO ϖILЄS | GNATO PARASITVS. PARMENO sЄRVVS **G** 1 gra|| tef **G** 3 esse, ss *in ras.*, **D** 4 Triumfat **P** KOC U **A**, *corr. ant.* huc **BCDEGP** SIT **A** fiat **D**¹**E**, t siet **D**² 7 Aduorti e **D**, *corr.* **D**² Aduerto **G** MAXIMASGRATIAS **A** maximus a **C**, *corr.* **C**² 8 quicquid **BEGP** ita *om.* **P**¹, *add.* **P**² ita *ex* itē **G** 9 magnam **BCDEGP** partā *ex* partē **G**

III 1 1. Thais gratias: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 376 „Magnas—mihi." — 1. 2. Cic. Lael. 26, 98 „Magnas—mihi . . Ingentes." 1. 2. Donat. in Verg. Aen. VI 804 „Magnas uero—Ingentes" (agere *om.*). 3. 4. Arusian. p. 264. Donat. in V 1, 13 „id—Triumphat." 4. fiet: Donati *Ed. pr.* in lemm. 5—22: cf. Io. Sarisber. Policr. VIII 3. (5 istud est datum. 17 Tum me, at Tamen. 21 ego flocci pendere"). 7. Prisc. II p. 357 „Aduerti h. animum." — Non. p. 528. Alcuin. p. 2135 „uel rex." 7. 8. Prisc. II p. 98 „uel rex s. m. M. gratias agebat." — Idem p. 115 „uel rex s. m. Mihi gratias agere quicquid—item." 9—11. Non. p. 318 „Labore—Quod

Digitized by Google

Verbís saepe in se tránsmouet, qui habét salem:
Quod in té est. TH. Habes. GN. Rex te érgo in oculis
TH. Scílicet.
GN. gestáre? TH. Vero: crédere omnem exércitum,
Consília. GN. Mirum. TH. Túm sicubi eum sátietas
Hominum aút negoti siquando odium céperat,
Requiéscere ubi uolébat, quasi .. nostín? GN. Scio:
Quasi ubi íllam expueret míseriam ex animó. TH. Tenes.
Tum mé conuiuam sólum abducebát sibi. GN. Hui,
Regem élegantem nárras. TH. Immo síc homost:
Perpaúcorum hominum. GN. Ímmo nullorum árbitror,
Si técum uiuit. TH. Ínuidere omnés mihi,
Mordére clanculum: égo non flocci péndere:
Illi ínuidere mísere: uerum unús tamen
Inpénse, elephantis quem Índicis praefécerat.
Is úbi molestus mágis est, 'quaeso' inquám 'Strato,
Eone és ferox, quia habés imperium in béluas?'

10 fe||tranmou& G falē, ē *in ras.*, G QUID A, *corr.* A¹, *ut uidetur* Quod C Quj D, *corr.* D² Quod EP¹ Qui BGP² GNA habes C, *corr.* C² ego C, *corr. rec.* 12 Gestare C¹ *cum* A Gestire BC²DEGP UERO A uerum BCDEGP exercitum et D²E 13 satiętas C satias BE 14 NEGOTII A negotus C coeperat DG 16 ubi *om.* G exspueret C expuerat E 17 solum *om.* BC adducebat DE 18 Regē Rem E, *corr. rec.* 19 immo *om.* E 21 ego ńóń flocci CP ego flocci BDEG pendebam DG 23 elefantis BCE INDICIIS A 24 *Versus om. in* C, *sed a* C¹ *in ima pagina adiectus* 26 Pulcre mehercle G mehercle BD² *In hoc uersu* 26. *incipit codex Ambrosianus* (F) *a* dictum

in te est" (10. Verbo in sc). — Idem p. 223 „Labore – Quod in te est." — 10. Prisc. I p. 147 „qui habet in se salem." 10. 11. Acron in Hor. Epod. 2, 28. Seru. in Aen. I 35 „qui habet – in te est." — (Serg.) in Donat. p. 542 „qui habet—in te est." Sed melius „quod salis" (salis Quod?) id est partem salis. — Consent. p. 2030 „qui habet sal qui in te est" ‚soli' masculino genere dicitur. — 11. Quod in te est: Donatus. 12. Gestire: Donat. in lemm. — Schol. Bembin.: [gestare] pro gestabat. — uerum: Donatus. 12 13. exercitum Consilia: Donat. in lemm. (*om. Ed. pr.*) 14. odium si quando: Donat. in lemm. 16. Donatus: expueret).. expuere est extra pus mittere. 17. abducebat: Donat. 18. 19. Charis. p. 218 ‚Sic' pro ‚ita.' T. in E. „immo—hominum" id est *πάνυ πανρων ἀνθρώπων*. 21. ego uero flocci pendere: Donat. in lemm. — ego flocci pendere: Eugraph in lemm. 23. Seru. in Georg. I 57. Schol. Iuuenal. 15, 163 „elephantis—praefecerat." (elefantis: Schol. Iuuenal.) 25. Donat.

Digitized by Google

GN. Pulchré me hercle dictum et sapientér. papae,
lugulâras hominem. quíd ille? TH. Mutus ílico.
GN. Quid ni ésset? PA. Di uestrám fidem: hominem pérditum
Miserúmque: et illum sácrilegum. TH. Quid illút, Gnatho,
Quo pácto Rhodium tétigerim in conuíuio,
Numquám tibi dixi? GN. Númquam: set narra óbsecro.
Plus míliens audíni. TH. Vna in conuíuio
Erat híc, quem dico, Rhódius adulescéntulus.
Forte hábui scortum: coépit ad id adlúdere
Et me ínridere. 'quíd aïs' inquam 'homini, ínpudens?
Lepus túte es: pulpaméntum quaeris?' GN. Háhahae.
TH. Quid ést? GN. Facete, lépide, laute, níhil supra.
Tuomne, óbsecro te, hoc díctum erat? uetus crédidi.
TH. Audíeras? GN. Saepe, et fértur in primís. TH. Meumst.
GN. Dolet díctum inprudenti ádulescenti et líbero.

29 gnato **BEF** 31 dixi tibi **BC** f **G** *cum* **A** 32 mi[l]lies **CP** MILIES **A** *cum rell.* iam audiui **BCDEFGP** 33 hic || **D** 34 *In* **F** hũi ſcortũ — u. 46 TRA. cur. GNATO *a manu saec. XV^mi scripta sunt.* habui || **EG** ludere **CD(F)GP** illudere **E** 35 irridere **BDE(F)G** agiſ **E(F)** INQUAMKOMI$\overset{o}{N}$I **A**, *corr. rec.* inquam homo **DEG** homo inquam **BCP** (homo inpudens inquam **F**) 36 TUTEES **A** et pulpamentum **BCDE(F)P** & culpam̃tũ **G** ahahae **D(F)** 37 facete, cete *a corr. in ras.*, **D** laute lepide **BCEP** 38 TUUMNE **A** OBSECROTE **AG** obsecro || || hoc **E** (te hoc *om.* **F**) 39 et fertur **C**, *corr.* C^2 effertur **B** in pri || miſ **G** 40 *continuatur Thrasoni in* **BCDE(F)GP** (adulescentulo **F**)

in u. 43 „Eone—beluas." — Non. p. 304 „‚Adeone est' ferox ‚qui' h. i. i. beluas." — Arusian. p. 237 „‚qui'—beluas." 26. mehercule: Donat. et Eugraph. in lemm. 28. Donat. in u. 43 „quidni esset." 29. Donatus: hominem perditum] deest ‚o,' ut sit ‚o hominem perditum.' sed sic melius sonat. maioris enim stuporis est hoc modo pronuntiatum (*Thrasoni exclamationem dat.*). 32. Plus milies audiui: Donat. in lemm. — (Serg.) in Donat. p. 558 „plus miliens audiui." 34. Prisc. II p. 323. 351 „Forte—irridere." — Idem p. 356 „coepit—irridere." — Arusian. p. 216 Adludit ad hoc. T. E. „habui—adludere." — habui: Donat. in lemm. — ludere: Eugraph. in lemm. 36. Vopiscus de Numeriano 14 Ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt ut eos faciant uetera dicta usurpare. nam et „Lepus tute es et pulpamentum quaeris" Liuii Andronici dictum est multaque alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt. — Claud. Sac. p. 31. Donat. in h. l. et in u. 43 „Lepus t. e. et p. quaeris." — Lex. Maii p. 427 „Tute lepus es et pulpamentum quaeris." — ahahhe: Donat. in lemm. 37. Non. p. 337. Donat. in V 8, 54 „Facete—supra." — lepide *ante* laute *interpretatur* Donatus. 38. obsecro hoc (te *om.*): Donat. in lemm. 40. Donatus: „Dictum" participium est, id est ‚quod dixisti.' addi[di]t enim para-

Digitized by Google

PA. Ad té di perdant. GN. Quíd ille quaeso? TH. Pérditus:
Risu ómnes qui aderant émoriri: dénique
Metuébant omnes iám me. GN. Non inúria.
TH. Set heús tu, purgon égo me de istac Thaídi,
Quod eám me amare súspicatast? GN. Níhil minus.
Immo aúge magis suspícionem. TH. Cúr? GN. Rogas?
Scin, síquando illa méntionem Phaédriae
Facit aút si laudat, te út male urat? TH. Séntio.
GN. Id út ne fiat, haéc res solast rémedio.
Vbi nóminabit Phaédriam, tu Pámphilam
Contínuo. siquando illa dicet 'Phaédriam
Intró mittamus cómmissatum': Pámphilam
Cantátum prouocémus. si laudábit haec
Illíus formam: tu húius contra. dénique
Par pró pari referto, quod eam mórdeat.
TH. Siquidém me amaret, tum ístuc prodessét, Gnatho.
GN. Quando íllud quod tu dás exspectat átque amat,
Iam dúdum te amat: iám dudum illi fácile fit

41 Ad C¹ *cum* A (perditus eſt F) 42 emori||| G 43 iam me *om.* E KAUTINIURIA A, *corr. rec.* non iniuria B C D E (F) G P 44 purgen EP purga||||| G me *om.* B ista D, *corr.* D² iſta G (Thaide F) 45 me habere ſuſpicat G SUSPICATAST A, *corr. rec.* ſuſpicata eſt, a eſt *in ras.*, D 46 (Imo F) 47 si *in ras.* B si *om.* C¹, *add.* C² 48 Fac̄|| D 50 nominauit E 51 DICIT A diceret C, *corr.* C² dicet *rell.* 52 comessatum C commessatum E comisatum C¹ comesatum B C² F G P TUPAMPKILAM A 53 SIT A, IT *induxit corr. rec.* 55 PAR PROPARA A, PRO *induxit corr. rec.*, PARI *restituit* A¹ Par pari D G 56 gnato B E F 57 expetit G 58 DUDUMTEILLI A ille C, *corr.* C² facile ē G

situs, quo grauius sit dictum, commiserationem in eum in quem dictum est. — Schol. Bembin. ant.: uehementer ego gestio hoc dixisse. (*Gnathoni igitur uersum tribuit.*) 42. Prisc. I p 501 „Risu emoriri omnes denique." 43. non iniuria: Donat. in lemm. 44. istac: Donat. in lemm. 44. 45. 46. 53. 54. Eugraph. in IV 1: .. cum dixisset „Purgon me de isthac Thaidi, Quod eam me amare suspicatur," respondet militi: „Imo auge magis suspicionem: si laudabit haec Illius formam, tu huius contra." 45. suspicata est: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 337 „nihil minus" 50—55. Cic. ad fam. I 9, 19 „Ubi nominabit—mordeat" (51. dicet 52. comissatum tu.) 55. Seru. in Aen. I 261 Remordet sollicitat. T. „Par pari referto quod eam remordeat." — par pari: Donat. in u. 59. — par pro pari: Eugraph. in lemm. 58. Donat. in V 7, 1 „Iamdudum te amat." — Seru. in Aen. IV 1 „Iam dudum—doleat."

Digitized by Google

Quod dóleat: metuit sémper, quem ipsa núnc capit
Fructúm, nequando irátus tu alio cónferas. 450 60
TH. Bene díxti: ac mihi istuc nón in mentem uénerat.
GN. Ridículum: non enim cógitaras: céterum
Idem hoc túte melius quánto inuenissés, Thraso!

E THAIS. *Γ* THRASO. *A* GNATHO. *B* PARMENO. *Z* PYTKIAS.
MERETRIX MILES PARASITVS SERVOS ANCILLA

TH. Audíre uocem uísa sum modo mílitis. III 2
Atque éccum. salue, mí Thraso. THR. O Thaïs mea, 455
Meum sáuium, quid ágitur? ecquid nós amas
De fídicina istac? PA. Quám uenuste: quód dedit
Princípium adueniens! TH. Plúrimum meritó tuo. 5
GN. Eámus ergo ad cénam: quid stas? PA. Em álterum:

59 metuet **B C D E P** metuat **F G** 60 tu iratus **D G** TU^{TE} **A**, TE *add. corr. ant.* 61 dixiſti **F**^{1}**G**, *t* dixti *schol.* **F** at **D F G** 62 Iddē **E**

III 2 T MERETRIX THAIS TR MILES THRASO P SERVVS PARMENO G PARASITVS GNATHO ANC̄ **D** *In* **C P** *septem figurae pictae sunt, in* **F** *spatium uacuum est: nomina add. in* **F P** *manus recentes* || GNATHO PARASITVS. TRASO MILES. THAIS. ANTIPHO. PARMENO · PITHIAS (*sextum nomen quod uirginis erat a Parmenone adductae erasum est, super* ANTIPHO *scripsit manus recens* CHEREA **p** EVNVCHO) **C** THAIS THRASO PARMENO GNATO **E** TRASO ϖILЄS. taiſ Parϖєno · GNATO · PYTIAS **G** 1 uisa sum uocem **D G** uisa sum modo uocem **E**(**F**): *in* **F** *u.* 1—4 PA *a manu saeculi XV*^{mi} *scripta sunt* 3 suauium **B C D E**(**F**) **G** ſauium, ſ *in ras.*, **P** ecquid, ec *in ras.* **E** (nos *om.* **F**) 4 De fidicina iſta||, Defidic *in ras.*, **G** (De phidicina hac **F**) 6 Eamuſ^{ergo} **G** caenam **F** em **F**^{1}**P** *cum* **A** hem **B C D E F**^{2}**G** *t* altero **D**^{2}

59. metuet: Donat. in lemm. 60. tute alio: Donat. in lemm. 61. at mihi: Donat. in lemm. 62. Ridicule: Eugraph. in lemm.

III 2 1. Apulei de deo Socr. c. 20. Seru. in Aen. IV 461. Donat. in III 1, 5 et Adelph. II 2, 2 „Audire—militis." — uocem modo uisa sum: Donat. *bis* in lemm. — Audire uocem uisa sum: Eugraph. in lemm. 2. Donat. in Ad. l. c. „salue mi Thraso." — Prisc. II p. 1 „o mea Thais." 2. 3. Seru. in Aen. I 256 „o Thais m. M. sauium." — Incert. de nom. p. 140 Vindob. „Thais m. M. sauium." — 3. ‚suauium: Donat. *b***s* in lemm. 4. 5. Donat. in Adelph. II 3, 8 „quam—adueniens." 6. Donatus: Quid restas?) quasi dicat: quid stas? (quid stas: Idem in u. 7). — Donat. in lemm.: 1, en alterum 2, hem alterum.

Digitized by Google

Ex hómine hunc natum dícas? TH. Vbi uis, nón moror.
PA. Adíbo atque adsimulábo quasi nunc éxeam.
Itúran, Thaïs, quópiam es? TH. Ehem, Pármeno,
Bene fécisti: hodie .. itúra .. PA. Quo? TH. Quid, hunc nón uides?
PA. Video ét me taedet. úbi uis, dona adsúnt tibi
A Phaédria. THR. Quid stámus? cur non ímus hinc?
PA. Quaeso hércle ut liceat, páce quod fiát tua,
Dare huíc quae uolumus, cónuenire et cónloqui.
THR. Perpúlchra credo dóna aut nostri símilia.
PA. Res índicabit. heús iubete istós foras
Exíre, quos iussi, ócius. procéde tu huc.
Ex Aéthiopiast úsque haec. THR. Hic sunt trés minae.
GN. Vix. PA. Vbi tu es, Dore? accéde huc. em eunuchúm tibi,
Quam líberali fácie, quam aetate íntegra!
TH. Ita mé di ament, honéstust. PA. Quid tu aïs, Gnatho?
Numquíd habes quod contémnas? quid tu autém Thraso?

7 nǫn moror D, *corr.* D² nō moror G non moror E, *corr. rec.* nō nū moror F num moror BCP 8 assimulabo BF² adsimilabo D, *corr.* D² assimilabo EF¹ 9 ITURAM A, *corr. ant.* itura G piames, e *in ras.*, quo *add. corr.*, D est CE¹F¹ hem BCDEF² em F¹ 10 Bene pol fecisti BCDEFGP 11 tibi adfunt DG assunt E 12 A *omissum add.* A¹ *in marg.* Phedria (*om.* A) D quur G hinc *ex* hunc G 13 pace G quo E 14 colloqui BE 15 aut ūri DG, *corr.* D²G¹ (nūru *fuisse uidetur in* G) haud nostris BCEFP (haut C, haud P) 16 iubeto E 16. 17. exire foraſ DG 17 ocius ꝑcede tu huc ocius D 19 em F¹P *cum* A hem BCDEF²G 21 *E nota in marg.* A¹ THA, A *ex corr.*, P di D, *corr.* D² est *om.* BCFP agis D aiſ G gnato BEF ghnato D 22 contempnas BDEF

7. non moror: Donat. et Eugraph. 9. hem Parmeno: Donat. in lemm. 10. Bene pol fecisti: Donat. in lemm. 15. Donatus: nostris similia) Et ‚his similia' et ‚horum similia' dicimus. — Prisc. II p. 34 „Perpulcra cr. munera aut nostris similia." — Idem p. 115. „Perpulchra cr. dona aut nostris similia." — haud nostris similia: Eugraph. in u. 18. 18. Seru. in Aen. IV 480 „Ex—haec." — Idem in Aen. I 647 „Ex—[ancilla] haec." — Philargyr. in Georg. IV 293 „Ex A. est ‚usque in' haec." — Donat. in I 2, 89 „hic—minae." 19. hem: Donat. in lemm. 21. honestus est: Donat. *bis* in lemm. — Idem et Schol. Bembin. in II 1, 24 „Ita—honestus." — Seru. in Aen. X 133 „Ita me dii bene ament h. est."

Digitized by Google

Tacént: satis laudant. fác periclum in lítteris,
Fac ín palaestra, in músicis: quae líberum
Scire aéquomst adulescéntem, sollertém dabo.
THR. Ego íllum eunuchum, sí opus sit, uel sóbrius.
PA. Atque haéc qui misit, nón sibi soli póstulat
Te uíuere et sua caúsa excludi céteros,
Neque púgnas narrat néque cicatrícés suas
Osténtat neque tibi óbstat, quod quidám facit:
Verum úbi molestum nón erit, ubi tú uoles,
Vbi témpus tibi erit, sát habet, si tum récipitur.
THR. Appáret seruom hunc ésse domini paúperis
Miserique. GN. Nam hercle némo posset, sát scio,
Qui habéret qui paráret alium, hunc pérpeti.
PA. Tace tú, quem ego esse infra ínfimos omnís puto
Hominés: nam qui huic animum ádsentari indúxeris

23 Tace[nt] C PERICVLUM A 24 PALAESTRA[in] MVSICIS A, *corr. rec.* musicis que *ex* musicisq; D 25 AEQVO[u]MST A, *corr. rec.* 26 THA, A *a corr.*, P SITOPVSSIT A, T *induxit corr. rec.* siet B C D E²F² G P (fciet E¹F¹) 27 haec, e *in ras.*, D expostulat E 28 EXCLUDI FORAS CETEROS A, *corr. ant.* 30 oſtendat neq; tibi obſ|tentat, tent *in ras.*, G O[i]STAT B A, *corr.* A¹ 31 MOLESTU[s]M A, *corr. rec.* 32 tibi *om.* D¹ G, *add. schol.* D 33 huc esse seruum E 34 NAMQ. KERCLENEMOPOSSIT A 35 PARE[A]RET A, *corr.* A¹ *aut ant.* 36 quē *om.* D¹, *add. corr.* QUEM TEEGO A om̄[e]s D, *corr.* D² 37 adsentari huic animum D G (h *in ras.* D) assentari E

23. Tacet, satis laudat: Donatus *bis*. — Non. p. 364. Donat. et Eugraph. in Andr. III 3, 33 „fac—litteris." — Lex. Maii p. 189 „fac p. in litteris in palaestra." 24. 25. quae liberos scire aequum est, *tum* solertem adolescentem: Donat. in lemm. 25. Donatus: solers .. quasi solus in arte ... ὅλος ἀρετῇ. — Isidor. X 243: Sollers quod sit sollicitus in arte. T. in E. „adulescentem ‚solertem' dabo." 26. siet: Donat. in lemm. (sit: Eugraphius). 27. soli sibi: Donat. in lemm. (sibi soli: Idem in u. 31.). 30. obstat tibi: Donat. in lemm. (tibi obstat: Idem in u. 31.). 33. seruum hunc domini esse: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 225 „Apparet hunc esse domini pauperis." — 33. 34. Idem p. 199 „Apparet—Miserique." — Idem p. 324 „Apparet—domini miseri et pauperis." 36. quem ego esse: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 44 ego te esse infra omnes infimos puto." — Schem. dian. p. 74 Rhetor. Halm. „Tace tu. ego te intra omnes homines infirmum puto." 37. assentari huic animum: Donat. in lemm.

Digitized by Google

E flámma petere té cibum posse árbitror.
THR. Iamne ímus? TH. Hos prius íntro ducam et quaé uolo
Simul ímperabo: póst huc continuo éxeo.
THR. Ego hinc ábeo. tu istanc ópperire. PA. Haud cónuenit
Vna íre cum amica ímperatorem ín uia.
THR. Quid tíbi ego multa dícam? domini símilis es.
GN. Hahahaé. THR. Quid rides? GN. Ístuc quod dixtí modo:
II 3 *Ab hac scaena inde* **B** *non habet indices* *A* SYRVS SERVI *Δ* DROMO DVO *B* CLITIPHO ADVLESC̄ *Γ* CLINIA IDEM **D** SYRVS DROMO SERVI ıC CLINIA ADVLESCENTES CLITIPHO ıC **P(C?)** SYRVS DROMO CLITIPHO CLINIA **EF** 1 uerum—relictae *Dromoni continuat* **E** 4 (*Δ*. MINUM)E. SYR. Minime **BCDEF**? DRO. *notam praefigit* **P²** impeditae **BCFP** 5 (DU)CUNT illae *ex* illi **P²** 6 (*A*. NO)N 7 (*A*. AURUM)

9. adessent *et* aderunt *et* istuc erit: Eugraphius. 10. 11. Pompeii Comment. p. 250 „non ‚scis' hinc—dum conantur annus est." 11. Serv. in Aen. IV 133 Cunctantem: morantem ... ut T. „dum moliuntur dum comuntur (conantur *Guelf. I*) annus est." — Donat. in Hec. IV 3, 5 quia mulieres „dum moliuntur et dum conantur annus est."

II 3. 1. 2. Priscian. II p. 323 „Verum—relictae." 5. illae: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Fáctum a nobis stúlte est. abi dum tú, Dromo, illis óbuiam:
Própera: quid stas? CLIN. Vaé misero mihi, quánta de spe décidi!
CLIT. Quíd istuc? quae res té sollicitat aútem? CLIN. Rogitas quíd siet?
Víden tu? ancillas aúrum uestem, quám ego cum una ancíllula
Híc reliqui, unde *éi* esse censes? CLIT. Váh, nunc demum intéllego.
SY. Dí boni, quid túrbaest! aedes nóstrae uix capiént, scio.
Quíd comedent! quid ébibent! quid séne erit nostro míserius?
Séd eccos uideo quós uolebam. CLIN. O Iúppiter, ubi nám est fides?
Dum ego própter te errans pátria careo démens, tu intereá loci
Conlócupletasti te, Ántiphila, et me in hís deseruisti malis,
Proptér quam in summa infámia sum et meó patri minus sum óbsequens,
Cuius núnc pudet me et míseret, qui harum móres cantabát mihi,

8 (FACTU)M 9 (PROPER||) Propere *ex* Propera D Propere BCEFP de quanta D 10 (B. QUID?IS)TUC Quid istuc BCP Quid ſtuc F Quid istuc est D, est *add.* D² Quid istuc est E 11 UID(EN) 12 KI(CRE)LIQUI unde ei esse *Bergkius* ei *om. libri* ēē ista ea censes D, *corr.* D² UA A intelligo B 13 (A.)DI(BO)NI uiꝫ F, *corr.* F² 14 (QUID) COMEDENT ||bibent D bibent E ebibent *ex* ēbibent, *ut uidetur*, F SENE A, *corr. rec.* nr̄o erit D 15 (SED)UIDEO eccos uideo *Bentleius* UIDEOECCOS A *cum rell., nisi quod* ui ideo C iupit̄ E 16 (DUM)EGO interrea C 17 Collocupletasti BCP Colocupletasti F Antiphila te (B?)CDEFP 18 minus obsequens (*om.* sum) BCDEFP 19 nun D

9. Arusian. p. 226 „quanta—decidi." 15. Donat. in Ad. III 2, 32 „proh'—fides." — Donat. in Verg. Aen. IV 373 „pro'—fides." 18. Donat. in Phorm. I 3, 61 Bis posuit ‚quam.' quod genus figurae primo zeugmati contrarium est. ut in H. „Propter—minus obsequens" (*alterum* sum *addendum esse uidetur*).

Digitized by Google

Monuísse frustra, néque eum potuisse úmquam ab hac me aspéllere.
Quod támen nunc faciam, túm, cum gratum míhi esse potuit, nólui.
Nemó est miserior me. SY. Híc de nostris uérbis errat uídelicet,
Quae hic súmus locuti. Clínia, aliter túom amorem atque est áccipis:
Nam et uítast eadem et ánimus te erga idem ác fuit,
Quantum éx ipsa re cóniecturam fécimus.
CLIN. Quid est óbsecro? nam míhi nunc nihil rerum ómniumst
Quod málim quam me hoc fálso suspicárier.
SY. Hoc prímum, ut nequid huíus rerum ignorés: anus,
Quae est dícta mater ésse ei antehac, nón fuit:
Ea óbiit mortem: hoc ípsa in itinere álterae
Dum nárrat, forte audíui. CLIT. Quae namst áltera?
SY. Mane: hóc quod coepi prímum enarrem, Clítipho:
Post ístuc ueniam. CLIT. Própera. SY. Iam primum ómnium,
Vbi uéntum ad aedis ést, Dromo pultát fores:
Anus quaédam prodit: haéc ubi aperuit óstium,
Contínuo hic se coniécit intro, ego cónsequor:
Anus fóribus obdit péssulum, ad lanám redit.
Hic scíri potuit aút nusquam alibi, Clínia,

20 Dolet monuisse frustra **D** Monuisse frustra dolet **BE** ne[q:] **F**, *corr.* **F²** NEQ. POTUISSET **A** (*om.* eum) aspellere *Bentleius* EXPELLERE **A** *cum rell.* 21 mihi gratum **BCEFP** (michi **E**) 22 me *om.* **F¹**, *add.* **F²** 23 TUUM **A** 24 erga te **BCDFP** ||ac *corr. rec.* **E** 25 coniecturam cepimus **BCDEFP** 27 Quā[t quod] **F**, *corr.* **F²** 28 NEQU(ID KUIUS) **A** eius **D** 29 ei ēē **D** 30 ipsa in *om.* **E** 34 aedis **C'FP** (*cum* **A**) 35 APERUIT **A** *cum rell.* aperit *Bentleius* hostium **E** 38 Hinc **BCDFP** haut *ex* aut **P** haud **F** haud ||usquā **E** haut usquam[n] **D**, n *add.* **D²**

23. Non. p. 239 „Clinia aliter ‚cum amore' atque est accipis." 24. te erga: Eugraphius. 30. Arusian. p. 250 „Ea—mortem." — Donat. in Eun. V 6, 3 „hoc—audiui." — Priscian. I p. 197 „haec ipsa—audiui." — Idem II p. 7 „dum loquitur alterae."

Digitized by Google

Quo stúdio uitam suám te absente exégerit,
Vbi de ínprouiso est ínteruentum múlieri:
Nam ea rés dedit tum exístumandi cópiam
Cotídianae uítae consuetúdinem,
Quae cuíusque ingenium ut sít declarat máxume.
Texéntem telam stúdiose ipsam offéndimus,
Mediocriter uestítam ueste lúgubri —
Eius ánuis causa opínor quae erat mórtua —
Sine aúro: tum ornatam íta uti quae ornantúr sibi,
†Nullá mala re esse éxpolitam múliebri
Capíllus passus prólixus circúm caput
Reiéctus neclegénter, pax. CLIN. Syre mi, óbsecro,
Ne me ín laetitiam frústra coniciás. SY. Anus
Subtémen nebat: praéterea una ancíllula
Erat: éa texebat úna, pannis óbsita,
Neclécta, inmunda inlúuie. CLIT. Si haec sunt, Clínia,

40 depuiso D, *corr.* D² de inpro|||uiso P 41 REDIT A 42 cotidi|||anę D 44 ostendimus D¹, ꝛ offendimus D² 46 quę ꝑ erat D 47 ORNATAUTI (*om.* tam i) A utiq: ornatur F que *in ras. corr. rec.* E orna||tur D ornatur EP *In* E ornatur—expol(itā) *in ras.* 48 MALA A mala *ex* malā D malam BCEFP expoli||tā D *Excidisse unum uersum post hunc suspicatur Fleckeisenus cum Dietschio* 49 CAPILLUSPEXUS A Capillus passus BCDEFP plixus D 50 neclegenter D¹F¹ (*cum* A) neglegenter D² *cum* CEP negligenter F² *cum* B Sire D, *corr.* D² 53. 54. 55. *duo uersus sunt in* FP: *prior exit in* illuuie 54 immunda B INLUUIAE AP inlubie F

44—46. Priscian. I p. 363 Vestustissimi tamen inueniuntur eorum nominum etiam in ‚uis' (diuisas) proferentes genetiuum. T. in H. „Texentem —mortua." — Idem p. 268 ‚haec anus huius anus.' nam T. contra hanc regulam in H. dixit „anuis" more antiquo: „ipsam—mortua." 46. Gell. IV 16. M. Varronem et P. Nigidium ... comperimus non aliter elocutos esse et scripsisse quam ‚senatuis' et ‚domuis' et ‚fluctuis' ... Terentii quoque comici uersus in libris ueteribus itidem scriptus est „Eius — quae est emortua.'" — Claud. Sac. p. 53. Prob. Cathol. p. 25 „Huius—mortua." — Charis. p. 54 nam et T. „huius anuis" dixit. — Incert. de nom. et pron. p. 127 Vindob. T. „eius anuis causa" (anui *codex*). — 49. 50. Donat. in Phorm. I 2, 56 „Capillus pexus prolixus circum caput Reiectus negligenter." — cf. Auson. Grammaticomast. 22 Totum opus hoc sparsum crinis uelut Antiphilae. pax. 50. Priscian. II p. 29 „Pax" aduerbium comicum quo utitur T. 51. Lex. Maii p. 284 „Ne—conicias." 53. 54. Non. p. 373 „pannis—illuuie."

Digitized by Google

Vera, íta uti credo, quís te est fortunátior?
Scin? hánc quam dicit sórdidatam et sórdidam,
Magnum hóc quoque signumst, dóminam esse extra nóxiam,
Cum eiús tam neclegúntur internúntii.
Nam dísciplina est eísdem munerárier
Ancíllas primum, ad dóminas qui adfectánt uiam.
CLIN. Perge, óbsecro te, et cáue ne falsam grátiam
Studeás inire. quíd aït, ubi me nóminas?
SY. Vbi dícimus redísse te et rogáre uti
Veníret ad te, múlier telam désinit
Contínuo et lacrimis ópplet os totúm sibi,
Vt fácile scires désiderio id fieri.
CLIN. Prae gaúdio, ita me dí ament, ubi sim néscio:
Ita tímui. CLIT. At ego nihil ésse scibam, Clínia.
Age dúm uicissim, Sýre, dic quae illast áltera?
SY. Addúcimus tuam Bácchidem. CLIT. Hem, quid? Bácchidem?

55 ut **BCDFP** credo | Dic || **D**, credo *add.* D^2 56 Scin tu hanc **BCDEFP** & sordidã *om.* D^1, *add.* D^2 57 domi ||| nam **P** noxã **D**, *corr.* D^2 58 Cum tam negleguntur eius internuntii **BCEFP** 59 DISPLICINA **A**, *corr. rec.* ||isdẽ **D** hisdem **BC** iisdem **E** hiſ demunerarier F^1, hiſdẽ munerarier F^2 eis demunerarier P^1 ||isdẽ munerarier P^2 muner|ier **D**, *corr.* D^2 60 quae **BDE** quid **F** affectant **B** 61 obsecro te perge **E** obsecro: **D**, te *add.* D^2 62 me *om.* F^1, *add.* F^2 63 UTI **A**, I *induxit corr. rec.* 64 mulier ad te **E** DESINIT **A**, *corr. rec.* deserit **CEFP** 65 ONTINUO **A** 66 FIERITUO **A** *cum rell.* tuo *om. Bothius* 67 me dii, e dii *in ras.* **D**, ament *add.* D^2 68 SCIEBAM **A** *cum rell.* 69 sire **E** 70 bachidem *bis* **BCDEF** bachidem, *tum* bacchidem **P**

57. Donat. in Eun. V 2, 13 Trisyllabo nomine ‚noxiam' dixit quasi ‚noxam.' sic alibi dictum est „dominam—noxiam." 59. 60. Philargyr. in Georg. IV 562 „nam disciplina est eisdem munerarier Ancillas qui ad dominas affectant uiam." 60. Schol. Bemb. in Phorm. V 8, 71 „ad—uiam." — Arusian. p. 214 „ad—adfectat' uiam." — Seru. in Aen. III 670 „ad ‚dominam'—uiam." 64. Arusian. p. 224 „mulier ‚te iam' desinit" i. e. deserit. — deserit: Eugraph. 65. Lex. Maii p. 402. 413 „mulier lacrumis opplet os." 66. desiderio id fieri tuo: Eugraph. 70. Donat. in Ad. IV 4, 18 Proprie non dixit „adducta," sed „abducta." abducitur enim alienum, ut in H. „Abducimus tuam Bacchidem." — Non. p. 246 Adducere ducere. T. H. „Adducimus ad te tuam Bacchidem."

Digitized by Google

Eho sceleste, quó illam ducis? SY. Quó ego illam? ad nos scílicet.
CLIT. Ad patremne? SY. Ad eum ípsum. CLIT. O hominis ínpudentem audáciam. SY. Heus:
Nón fit sine períclo facinus mágnum nec memorábile.
CLIT. Hóc uide: in mea uíta tu tibi laúdem is quaesitúm, scelus? 315
Vbi si paululúm modo quid te fúgerit, ego périerim. 75
Quíd illo facias? SY. Át enim.. CLIT. Quid 'enim'? SY. Sí sinas, dicám. CLIN. Sine.
CLIT. Síno. SY. Ita res est haéc nunc, quasi cum.. CLIT. Quás malum ambagés mihi
Nárrare occipít? CLIN. Syre, uerum hic dícit: mitte, ad rém redi.
SY. Énim uero reticére nequeo: múltimodis iniúrius, 320
Clítipho, es neque férri potis es. CLIN. Aúdiundum hercle 80 ést, tace.

71 Eo C, *corr.* C² Eo P scaeleste CF aḍḍucis D nos scilicet *add.* D² 72 ADPATREM A, ne *add. corr. rec.* impudentem D Heus tu BCDEFGP, *ab initio sequentis ús.* FP *In* A *us. fractus est post* INPUDENTEM *Quae* G *ex hac fabula seruauit, incipiunt a* ne SY ad eū ipſū 73 et memorabile BCDEFGP, et *in ras.* D 74 *In* A *Clitiphonis nota cum margine abscissa est* 75 quiṭte F, *corr.* F² FUERIT A, g *add. corr. rec.* fuerit F, it *in ras., corr.* F² 76 quid ē. ſi F, *corr.* F² SISANAS A, *corr. rec.* 78 sire E hoc dicit G MITTEAD A, ista *add. corr. rec.* mitte iṣtą ątq, D mitte iſta atq; G mitte E, o *add. corr. rec.* 79 MULTISMODIS A *cum rell.* multimodis *Faërnus. Versum om.* D¹, *add. schol. in ima pagina* 80 Clitipho est BCDEFP (ef G *cum* A) Clitipho D, *corr.* D² POTES A potis est (B?)CDEFGP *Ante* AUDIENDUM *notam* Γ *om* A¹, *add. corr. rec.* audiundū herclest DG, clest *in ras.* D

73. Non. p. 309 „Non—memorabile." — et memorabile: Eugraph. — Donat. in Verg. Aen. II 62 Et Terentiana sententia hoc loquitur, non fieri sine magno periculo facinus magnum aut memorabile. 75. parum modo fugerit: Eugraph. in lemm. 77. 78. Arusian. p. 257 „quas—incipit." 78. mitte ista quaeso atque ad rem redi: Eugraph. — Consent. p. 6 „mitte ista atque ad rem redi." 79. 80. multimodis iniuriosus Clitipho es: Eugraph.

Digitized by Google

SY. Vís amare, uís potiri, uís quod des illi éffici:
Túom esse in potiundó periclum nón uis: haut stultè sapis:
Síquidem id saperest, uélle te id quod nón potest contíngere.
Aút haec cum illis súnt habenda, aut ílla cum his mitténda sunt.
Hárum duarum cóndicionum núnc utram malís uide,
Étsi consiliúm quod cepi réctum esse et tutúm scio.
Nam áput patrem tua amíca tecum síne metu ut sit cópiast:
Túm quod illi argentum és pollicitus, eádem hac inueniám uia,
Quód ut efficerem orándo surdas iam aúris reddiderás mihi.
Quid aliut tibi uís? CLIT. Siquidem hoc fit... SY. Síquidem? experiundó scies.
CLIT. Áge age, cedo istuc tuóm consilium: quíd id est? SY. Adsimulábimus
Túam amicam huius ésse amicam. CLIT. Púlchre: quid faciét sua?
Án ea quoque dicétur huius, si úna haec dedecorí est parum?
SY. Ímmo ad tuam matrem ábducetur. CLIT. Quíd eo? SY. Longumst, Clítipho,

81 *Ante* Vis *addunt* Quid est **CD²EFP**, *quod Clitiphoni dant* **CE²P** *Ante* Vis *Syri notam om.* **AE¹**, *add. corr. rec.* **AE²** quos **E** *In* **P** *us.* 81. 82. *unum faciunt* 82 TUUM **A** periculum **BCEP** periculo **F** haut **C¹DP** (*cum* **A**) 83 siquidē ||| **E** 84 cum eis amittenda **DG** amittenda **BCEFP** 85 utrā *om.* **D¹**, *add.* **D²** 86 Etsi hoc consilium **BCDFGP** coepi **BFGP** 87 aput **G** (*cum* **A**) copiast **D**, *corr.* **D²** 88 KANCINCENIAMU(IA) **A** N *induxit corr. rec.* 90 aliut **C¹** (*cum* **A**) uis tibi **BCEFP** CLIT *ex* CLIN, *ut uidetur*, **P** 91 TUUM **A** QUIDQUID **A**, alterum QUID *induxit corr. rec.* adfimulabim' **G** assimulabimus **B** 92 TUAMAMICAMKUIUSESSEAMICAM. B. PULCKRE cedo quid hic faciet s.. **A**, *ut exitus a corr. rec. super erasis ductibus primae manus scriptus sit: prima post* PULCKRE *fuit* Q (Q.....SUA *legit W. Studemund*) huius esse amicam **BCDEFGP** CLIT. quid hic faciet sua **D¹G** CLIT. cedo quid hic faciet sua **BCD²EFP** suam **C** 94 deducetur **BCDEFGP** LONGUMST **A**, e *add. corr. rec.*

84. Querol. p. 43 Par. „aut haec cum his habenda sunt aut haec cum his amittenda sunt." 86. ‚Scio' hoc consilium: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Sí tibi narrem, quam óbrem id faciam: uéra causa est. 95
CLIT. Fábulae:
Níbil satis firmi uídeo, quam obrem accípere hunc mihi expediát metum.
SY. Máne, habeo aliut, si ístuc metuis: [quod] ámbo confiteámini
Síne periclo esse. CLIT. Huíus modi obsecro áliquid reperi.
SY. Máxime:
Ibo óbuiam hinc, dicam út reuortantúr domum. CLIT. Hem, 340
Quid díxti? SY. Ademptum tíbi iam faxo omném metum, 100
In aúrem utramuis ótiose ut dórmias.
CLIT. Quid ágo nunc? CLIN. Tune? quód boni CLIT. Syre, díc modo
Verum. SY. Áge modo: hodie séro ac nequiquám uoles.
CLIN. datúr, fruare dúm licet: nam néscias 345
CLIT. Syre ínquam. SY. Perge pórro, tamen istúc ago. 105
CLIN. eius sít potestas pósthac an numquám tibi.
CLIT. Verum hércle istuc est. Sýre, Syre inquam, heus heús, Syre.

95 .. UERA A, *Cliniae notam induxit corr. rec.* 96 metu D¹, *t* metū D² M(ETUM) 97 istud *ex* istuc D² QUODAMBOCONFITEAMINI A *cum rell.* 98 periculo BCFP Istius modi DG REPPERI ABCEFGP (reperi D) *Γ.* MAXIM(E) 99 A. IBO A *A* maxime *Syri orationem ordiuntur rell.* 99 ạbuiā G reuertantur BD CLIT. en, n *ex corr.*, G 100 faxạo G *In* P *us.* 100 *et* 101 *unum faciunt* 101 UTRUMUIS A, *corr. rec.* 102 ago *ex* ego G boni est BCDFGP bonī est E, *corr. rec.* *In* CP *ante* dic SYR., *ante* Verum CLIT. *notae erasae sunt.* 103 nequi || quam D 104 CLIN. *in ras.* E 105. 106 *hoc ordine habuit* A¹: *inuertit eum erasis ambobus corr. rec., sed elucet etiam suo loco Syri nota rubra* (A) *Cum corr. rec. faciunt* BCDEFGP 105 Sire EG (stuc A) 106 an || umquā D an umquam E 107 Verū hercle, ū h *in ras.*, G ISTUT A Sire E Syre Sire B Syre *semel* G KEUS *semel* A he|us he|us D

101. Arusian. p. 222 „In utramuis aurem—dormias." 102—106. Eugraphius: „Tune? quid boni": Praecisa haec oratio ordine tali „Tune? quod boni est, fruare dum licet." Rursus alia praecisa „nam nescias": cuius ordo est „Eius sit potestas posthac an nunquam." 103. Priscian. II p. 81 „age—uoles." 107. Claud. Sac. p. 21 „heus heus Syre."

Digitized by Google

SY. Concáluit. quid uis? CLIT. Rédi, redi. SY. Adsum: díc quid est?
Iam hoc quóque negabis tíbi placere? CLIT. Immó, Syre:
Et mé et meum amorem et fámam permittó tibi.
Tu es iúdex: nequid áccusandus sís uide.
SY. Ridículum est [te] istuc me ádmonere, Clítipho:
Quasi ístic mea res minor agatur quám tua.
Hic síquid nobis fórte aduersi euénerit,
Tibi erúnt parata uérba, huic homini uérbera:
Quaprópter haec res ne útiquam neclectúst mihi.
Sed istúnc exora, ut súam esse adsimulet. CLIN. Scílicet
Factúrum me esse: in eúm iam res rediít locum,
Vt sít necessus. CLIT. Mérito te amo, Clínia.
CLIN. Verumílla nequit títubet. SY. Perdoctást probe.
CLIT. At hóc demiror, quí tam facile pótueris
Persuádere illi, quaé solet quos spérnere!
SY. In témpore ad eam uéni, quod rerum ómniumst
Primúm: nam quendam mísere offendi mílitem

108 Cocaluit D, *corr* D² adsūa C 109 nęgabis C 111 accuſandū G ACCUSANDUSUIDE (*om.* sis) A 112 te istuc BCD²EFP (te *om.* D¹ *cum* AG) ADMONERE A, *corr. rec.* ammonere B 113 istic D¹, t istuc D² istiſc E istuc F mea res minor *Guyetus et Bentleius* MINORMEARES A *cum rell.* (minor ||||||||| G) 114 forte nobis D UENERIT A 116 res ę F NECLECTUMST A neglectui est BCDEF²GP (neclectui ē F¹) 117 ISTUNC A, *corr. rec.* iſtū G exora D assimulet B 118 res iam CEFP 119 NECESSUS A, *corr. rec.* neceſſe. m̄ (*sic*) G necesse BCDEFP amo te D 120. 121 CLIT. Perdocta est probe. At hoc C¹F¹P, *Syro sua reddunt* C²F² 121 Ad BCD¹ 124 nam miserum quendam offendi ibi militem BCDEFP nam miſerą q, dā offendi ibi militem G

113. ista minor: Eugraph. in lemm. 114. 115. nam si aliquid aduersi contigerit, tibi uerba sunt praeparata, mihi autem uerbera: Eugraph. in lemm. 115. Donat. in Phorm. I 4, 42 „tibi—huic ‚demum' uerbera." — (Iul. Rufinian.) de schematis lexeos p. 51 Halm. „Tibi—uerbera." 118. iam res: Eugraph. in lemm. 120. Non. p. 182 „Verum illa nequit titubet." 123. Schol. Bemb. in Eun. II 2, 20? „In tempore—o. e. p." — *Cf.* Ausonius in Pittaco 5: Romana sic est uox „uenito in tempore." Vester quoque ille comicus Terentius Rerum omnium primum esse tempus autumat, Ad ‚Antiphilam' quo uenerat seruus ‚Dromo,' Nullo impeditam, temporis seruans uicem. 124. quendam offendi militem: Eugraph. in lemm. —

Digitized by Google

Eius nóctem orantem: haec árte tractabát uirum,
Vt íllius animum cúpidum inopia incénderet:
Eadémque ut esset áput te hoc quam gratíssimum.
Sed heús tu, uide sis néquid inprudéns ruas.
Patrém nouisti ad hás res quam sit pérspicax:
Ego te aútem noui quam ésse soleas ínpotens:
Inuérsa uerba, euérsas ceruicés tuas,
Gemítús, screatus, tússis, risus ábstine.
CLIT. Laudábis. SY. Vide sis. CLIT. Tútimet mirábere.
SY. Sed quám cito sunt cónsecutae múlieres!
CLIT. Vbi súnt? cur retines? SY. Iám nunc haec non ést tua.
CLIT. Scio, áput patrem: at nunc ínterim. SY. Nihiló magis.
CLIT. Sine. SY. Nón sinam inquam. CLIT. Quaéso paulispér.
SY. Veto.
CLIT. Saltém salutem. SY. Ábeas si sapiás. CLIT. Eo:
Quid istíc? SY. Manebit. CLIT. O hóminem felicem.
SY. Ámbula.

125 nocte m;orantem P, *disiunxit* P² 127 aput G (*cum* A) hoc *om.* C¹D¹F¹P ob hoc BC²D²EF² GRATISSIMUM est A, est *add. corr. rec.* gratissima BCDEFGP 128 imprudens B 129 NOUISTI A, UI *induxit corr. rec.* nosti G pspicax suspiciosus D 130 autem te F soleſ G 131 tuas D, *corr.* D² 132 genitus D, *corr.* D² 133 tute F TUTEMET A *cum rell.* 135 Ubi D, *corr.* D² RETINESIAM A, *corr.* A¹ non est nunc hęc tua D est *om.* G 136 aput G (*cum* A) 137 pauliper D, *corr.* D² 138 Saltē *om.* D¹, *add.* D² SALUTEM A, *corr. rec.* salutare (B?)CDEFGP ||abeaſ G sapis D, *corr.* D², *et* si sapis *idem* D² sapis BCEFGP

misere : nimis : Schol. Bembin. — 124. 125. Seru. in Aen. I 657 „quendam offendi ibi militem—uirum." 132. Non. p. 175 „gemitus screatus tussis." 133. Seru. in Aen. IV 606 „tutemet mirabere." 138. Seru. in Aen. XI 354 „abeas si sapis."

Digitized by Google

E BACCHIS MERETRICES *Z* ANTIPHILA II *Γ* CLINIA ADULESCENS *A* SYRUS SERUOS

II 4 BA. Édepol te, mea Antíphila, laudo et fórtunatam iúdico
Íd cum studuisti, ísti formae ut móres consimilés forent:
Mínimeque, ita me dí ament, miror sí te sibi quisque éxpetit.
Nám mihi, quale ingénium haberes, fúit indicio orátio:
Ét cum egomet nunc mécum in animo uítam tuam consídero
Ómniumque adeó uostrarum, uólgus quae ab se ségregant,
Ét uos esse istíus modi et nos nón esse haut mirábilest:
Nam éxpedit bonas ésse uobis: nós, quibuscum est res, nón sinunt:
Quíppe forma inpúlsi nostra nós amatorés colunt:
Haéc ubi imminúta est, illi súom animum alio cónferunt:
Nísi si prospectum ínterea aliquid ést, desertae ítuimus.
Vóbis cum uno sémel ubi aetatem ágere decretúmst uiro:
Cuíus mos maximést consimilis uóstrum, hi se ad uos ádplicant.
Hóc beneficio utríque ab utrisque uéro deuincímini,

II 4 *E* BACCHIS MERETRIX *Φ* ANTIPHILA MVLIER A CLINIA ADOLESC̄ S SYRVS SERVVS D (*in quo per hanc scaenam uersus distincti sunt*) BACCHIS MERETRIX ANTIPHILA MVLIER CLINIA ADVLESCENTES CLITIPHO IT. SYRVS SERVVS P(C?) BACHIS ANTIPHILA CLINIA SYRVS FG BACHIS ANTIPH. CLINIA SYRVS SERVVS E *Quinque figurae pictae sunt in* CFP 2 isti *om.* DEG 3 di bene ament D¹G (dii D^2) 4 ingeni eū G 7 haut C^1DF^1P *cum* A hautd G 8 quib' cū ref ēē non ſinunt G SIN(UNT) 9 Quipe G impulsi B 10 IMMINUTAEST A, immutata *effecit corr. rec.* inmutata BCD¹FGP mutata D^2E SUUM A 11 Nisi prospectum (*om.* si) BCDEFGP aliquid est D, *corr.* D^2 aliquid nobis est BCEFP 12 (UOB)IS simul BCDEFGP 13 UOSTRUM SESEAD (*om.* hi) A hi ſe||| G applicant B 14 (KOC)BENEFICIO de uincemini E

II 4. 2. Arusian. p. 260 „Id cum studuisti ‚is' formae—forent." 8. Non. p. 296 „expedit bonas esse uobis. ‚nobis'—sinunt." 9. Non. p. 250 „Quippe—colunt" (nostri nos). 13. Donat. in Eun. prol. 3 „Cuius—applicant." —

Digitized by Google

Vt numquam ulla amóri uestro incídere possit cálamitas. 395
AN. Néscio alias: mé quidem semper scío fecisse sédulo,
Vt ex illius cómmodo meum cómpararem cómmodum. CL. Ah,
Ergó, mea Antiphila, tú nunc sola réducem me in patriám facis:
Nam dum ábs te absum, omnes míhi labores fuére quos cepí leues,
Praetér quam tui caréndum quod erat. SY. Crédo. CL. Syre, uix súffero: 400
Hocíne me miserum nón licere meó modo ingeniúm frui!
SY. Immo út patrem tuom uídi esse habitum, díu etiam durás dabit.
BA. Quis nam híc adulescens ést, qui intuitur nós? AN. Ah, retine me, óbsecro.
BA. Amábo quid tibí est? AN. Disperii, périi misera. BA. Quíd stupes,
Antíphila? AN. Videon Clíniam an non? BA. Quém uides? 405
CL. Salue, ánime mi. AN. O mi Clínia, salue. CL. Vt uales?
AN. Saluóm uenisse gaúdeo. CL. Teneóne te,
Antíphila, maxime ánimo exoptatám meo?
SY. Ite íntro: nam uos iándudum exspectát senex.

15 (UTN)UMQUAM uostro **CDP** 16 (Z. NESC)IO scio semper **DG** 17 (UT)EX comparem **D**, *corr.* D^2 comparem **BCP** ||| cōmodū **E** CLI. uah **BCDEFGP**, *ab initio sequentis us.* **DFP** 18 tu ñ sola **G** me reducem **DG** 19 coepi **P** laueſ **G** 20 sire **E** sufero **E** 20. 21. *Haec* credo—frui *Clitiphoni assignabat T. Faber* 21 Hocine **C**, *corr. rec.* Hoccine **BEF** ingenio **BCDEFGP** 22 TUUMUIDISESSE **A**, S *induxit corr. rec.* abitū **C** 23 intuetur **BDEF²** obſecro o bachiſ **F** 24 *Z.* DISPERII. *E.* PERII **A** perii *om.* (**B**?) **CDEFGP** miseri **E** 25 *In* **FP** *us. exit in* anime mi 26 o mi' clinia **D**, 'expectate *in marg.* D^2 O mi expectate Clinia **BCEFP** (extate **E**) *In* **A** ut uales *continuatur Antiphilae* 27 aduenisse **BCDEFGP** te aduenisse F^2 TENEONTE **A** 28 exoptatam meo *Faërnus* EXOPTATAMEO **A** *cum* DF^2G (op *in ras.*, F^2) expectata meo **BCEP** 29 iam dudum **BCDEFGP**

17. Schol. Bemb.: compararem) constituerem. 19. Non. p. 252 „dum —leues" (fuere *om.*) 19. 20. Arusian. p. 243 „omnes—erant" (fuerunt. coepi).

Digitized by Google

A CHREMES *B* MENEDEMUS
SENES II

III 1 CH. Lucíscit hoc iam. césso pultare óstium
Vicíni, primum ex me út sciat sibi fílium
Redísse? etsi adulescéntem hoc nolle intéllego.
Verúm cum uídeam míserum hunc tam excruciárier
Eius ábitu, celem tam ínsperatum gaúdium,
Cum illí pericli níhil ex indició siet?
Haut fáciam: nam quod pótero adiutabó senem.
Item ut fílium meum amíco atque aequalí suo
Video ínseruire et sócium esse in negótiis,
Nos quóque senes est aéquom senibus óbsequi.

III 1 *A* CHREMES SENEX *B* MENEDEMVS II D CHREMES SENES MENEDEMVS II P (C?) CHREMES MENEDEM' E CREMES MENEDEMVS G CREM MENEDEM' F 1 Luciscit C Lucescit DEFGP Lucessit B pultare F hostium D 2 EME A, *corr. rec.* ex me *rell.* primo *T. Faber* 3 intelligo B 4 excrucier D, *corr.* D^2 cruciarier BCEFP 5 ABITUCELEM A, ut *add. corr. rec.* abitu ut D inspectū C 6 CUMILLINIKILPERICLI A, ei *effecit corr. rec.* nihil pericli D nichil pericli G 7 Haut C P (*cum* A) adiuuabo, uabo *in ras.*, D adiuuabo BCEFP 8 Item D, *corr.* D^2 Ita CEFGP 9 fociū & in G

III 1 1. Schol. Bemb. Luciscit notandum in hoc uerbo pro E I poni. — Lex. Maii p. 452 Sciendum est quod antiqui dicebant ‚pulto' pro ‚pulso,' unde T. „cesso iam pultare hoc ostium uicini." 6. nihil periculi: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

ME. Aut égo profecto ingénio egregio ad míserias
Natús sum, aut illut fálsumst, quod uolgo aúdio
Dici, diem adimere aégritudinem hóminibus:
Nam míhi quidem cottídie augescít magis
De fílio aegritúdo, et quanto diútius
Abést, magis cupio tánto et magis desídero.
CH. Sed ípsum foras egréssum uideo: ibo, ádloquar.
Menedéme, salue: núntium adportó tibi,
Cuius máxime te fieri participém cupis.
ME. Numquíd nam de gnató meo audisti, Chremes?
CH. Valet átque uiuit. ME. Vbi namst quaeso? CH. Aput mé domi.
ME. Meus gnátus? CH. Sic est. ME. Vénit? CH. Certe. ME. Clínia
Meus uénit? CH. Dixi. ME. Eámus: duc me ad eum, óbsecro.
CH. Non uólt te scire sé redisse etiam, ét tuom
Conspéctum fugitat: própter peccatum hóc timet,
Ne túa duritia antíqua illa etiam adaúcta sit.
ME. Non tuílli dixti ut éssem? CH. Non. ME. Quam obrém, Chremes?

11 EGREGIO^{e} A, *corr. rec.* egregie **BCDEFGP** miseriam, a *in ras.*, **D** miseriam **BCEFP** 14 quidem *om.* **BCEFP** cotidie **BCDEFGP** magis^{t} augescit **B** 15 et *om.* **BCF^{1}P** 16 et *om.* **G** tanto^{t} desidero **D**, *corr.* **D^{2}** 17 adibo atq; alloquar **D** adibo atq; alloquor **G** alloquar **B** 18 apporto **B** aporto **D** 19 MAXIMETE^{te} A, te *transposuit corr. rec.* 20 gnato, n *in ras.*, **F** AUDIUISTI **A** CKREME **A** *cum rell.* 21 ubinamst **G** (*cum* **A**) aput^{hic} me domi est **G** aput^{hic} me domi est **D**, hic *add.* **D^{2}** hic apud **BCEFP** 22 ita$^{t\ sic}$ est **D**, *corr.* **D^{2}** ita $\bar{e}$ **G** cer||e^{t} **G** 23 dixi **D^{1}**, t dixti **D^{2}** 24 uolt^{u} **D** TUUM **A** 25 peccatum tum hoc **BCDEFGP** 26 illa antiqua **CEFP** & iã *om.* **D^{1}**, *add.* **D^{2}** adauta^{c} **G** a||dacta^{u} **P**, *corr. rec.* siet **BCDEFGP** 27 NONTUILLIDIXISTI^{e} A, ei *effecit corr. rec.* Non tu ei dixti **D^{1}G** Non tu ei dixisti **BCD^{2}EFP** CKREM(||) A, *ut terminatio euanuerit* Chreme **BCDEFP** *In* **G** *tota uox obliterata est*

20. audisti : Eugraph. 27. Num tu ei dixti : Eugraph.

Digitized by Google

CH. Quia péssume istuc ín te atque in illum cónsulis,
Si té tam leni et uícto esse animo osténderis.
ME. Non póssum: satis iam, sátis pater durús fui. CH. Ah,
Veheméns in utramque pártem, Menedeme, és nimis,
Aut lárgitate nímia aut parsimónia.
In eándem fraudem ex hác re atque ex illa íncides.
Primum ólim potius quám paterere fílium
Commétare ad muliérculam, quae paúlulo
Tum erát contenta cuíque erant grata ómnia,
Protérruisti hinc. éa coacta ingrátiis
Postílla coepit uíctum uolgo quaérere.
Nunc cúm sine magno intértrimento nón potest
Habéri, quiduis dáre cupis. nam ut tú scias,
Quam ea núnc instructa púlchre ad perniciém siet,
Primúm iam ancillas sécum adduxit plús decem,
Onerátas ueste atque aúro: satrapes sí siet
Amátor, numquam súfferre eius sumptús queat:
Nedúm tu possis. ME. Éstne ea intus? CH. Sít rogas?
Sensí: nam unam eī cénam atque eius cómitibus
Dedí: quod si iterum míhi sit danda, actúm siet.

29 ESSEANIMO A¹, *quo eraso* animo esse *corr. rec. cum* CFP OSTENDERES A 31 Vehe mef G 33 eadē G exac G incidif G 35 commetare *Schol. Bembin. et Bentleius* COMMEARE A *cum rell.* (comeare E) *In* FP *us. exit in* erat 36 conteta F 37 Perterruisti *ex* Proterruisti P² INGRATIIS A, I *induxit corr. rec.* ingratiis C¹P ingratis BC²DEF ingrat' G 40 & tu E 41 pulche ad pniē G, *corr.* G² 43 UETE A, *corr. rec.* ueste auro D satrapas D 44 quaeat BC 46 NAM A, q. *add. corr. rec.* unam F ce C, *corr. rec.* 47 danna G

28. Arusian. p. 219 Consulit in illum. T. H. „Quia pessime isthac in re (*Guelf.* — istac in te *Cod. Matti*) atque illum consulis" (consulit *Guelf.*). 35. Schol. Bemb. : Commeare ads?—uenire. legitur [etiam] „commetare" q.. uenit [ab eo quod est?] ‚commeare.' nam [illud commet]are frequentatiuum est —. 37. Schol. Bemb. : „Ingratis" id est contra uoluntatem et est aduerbium. 43. satrapes siet : Eugraph. in lemm. 45—47. Donat. in Ad. I 2, 59 „sit rogas—Dedi." 46. Non. p. 278 „namque iei unam caenam atque eius comitibus Dedi."

Digitized by Google

Nam ut ália omittam, pýtisando módo mihi
Quid uíni absumsit 'sic hoc,' dicens 'ásperum,
Pater, hóc est: aliut lénius sodés uide':
Reléui dolia ómnia, omnes sérias:
Omnís sollicitos hábuít: atque haec úna nox.
Quid té futurum cénses, quem adsidue éxedent?
Sic mé di amabunt, út me tuarum míseritumst,
Menedéme, fortunárum. ME. Faciat quídlubet:
Sumát consumat pérdat, decretúmst pati,
Dum illúm modo habeam mécum. CH. Si certúmst tibi
Sic fácere, illut permágni re ferre árbitror,
Vt né scientem séntiat te id sibi dare.
ME. Quid fáciam? CH. Quiduis pótius quam quod cógitas:
Per álium quemuis út des: falli té sinas
Techinís per seruolum: étsi subsensi íd quoque,
Illós ibi esse, id ágere inter se clánculum.

48 PYTISANDO A, s *add. corr. rec.* pytissando **D G** pitissando **E** pythissando **B C F P** 49 adsumpsit **E F** assumpsit **B** absumpsit **D G P** absump||sit **C** 50 ALIUS A, *corr.* A¹ 51 omnis **D²F¹P** 52 omnis **B D²E F¹P** sollicitatos **E** habuit *Bentleius* KABUI A *cum rell.* 53 de te **G** exedent *corr. rec.* **F** *in litura* 54 SICME A, *corr. rec.* Ita me **D G** di **D**, *corr.* **D²** & me **E** metuar um mifertum, um mifertum *in ras. a corr. rec.*, **F** MISERIATUMST A 55 faciet **E** faciet **F**, *corr.* **F²** quodlibet **B C E F² P** 57 dū modo illū **D** 58 FACERET A, T *deleuit* A¹ 59 fe tibi dare **G**, id *add.* **G²** 61 quam te **E** finaſ **G**, *corr.* **G²** 62 Techinis *Ritschelius* TECKNIS A *cum* **B C D² E F¹ G P** thegnis **D¹** tegnis **F²** SERUOM A, *corr. rec.* 63 Illos i esse **D** ibi *ex* ubi **F** Illos in eā causam ut te fallant ibi **B** clanculum **E**

48. Lex. Maii p. 456 ‚potisso' ‚frequenter potare': quod tamen antiqui dicebant ‚pitisso.' T. in t. c. „quantum uini mihi pitissando absumpsit." — pytissando: Eugraph. — (Diomed. p. 422 Pro hac (Z) ... nonnulli duas S ponere solebant .. item ... „pytissare" et cetera huius usum ueterem declarabant). 49. 50. Non. p. 244 „asperum Pater hoc est. aliud sodes para." 51. Diomed. p. 370 lino liui. relino reliui. T. „reliui dolia omnia." — reliui: Eugraph. — Prob. Cathol. p. 34 „releui dolia omnia." — Priscian. I p. 529 lini liui: uel magis differentiae causa ad nomen Liui ‚leui.' T. in H. „releui—serias." — Porphyr. in Hor. C. I 20, 2 „Releui—serias" (omnia *om.*). — Lex. Maii p. 301. „Releui omnia dolia omnes serias." — Ib. p. 321 „Releui omnia dolia mea et omnes serias meas." 52. habui: Eugraph. 57. quod lubet: Eugraph.

Digitized by Google

Syrus cum illo uestro cónsusurrant, cónferunt
Consília ad adulescéntes: et tibi pérdere
Taléntum hoc pacto sátius est quam illó minam.
Non núnc pecunia ágitur, sed illud quó modo
Minimó periclo id démus adulescéntulo.
Nam sí semel tuom ánimum ille intelléxerit,
Prius próditurum té tuam uitam ét prius
Pecúniam omnem, quam ábs te amittas fílium: hui,
Quantám fenestram ad néquitiem pateféceris,
Tibi aútem porro ut nón sit suaue uíuere!
Nam déteriores ómnes sumus licéntia.
Quod cuíque cumque inciderit in mentém, uolet,
Neque íd putabit práuom an rectum sít: petet.
Tu rém perire et ípsum non poteris pati.
Dare dénegaris: íbit ad illut ílico,
Quo máxume aput te sé ualere séntiet:

64 CONSUSURRANT A, N *induxit corr. rec.* consusurra||t P consusurrat EF²G cferant G 65 AD A, *induxit corr. rec.* ad *om.* BCDEFGP 66 est *om.* P 67 de pecunia (B?)CDEFGP (peccunia C) f G 68 PERICLO A, u *add. corr. rec.* demus D iddenſ G 69 TUUM A intellexerit ille D 70 pditurum *ex* pditurum D² 71 Peccuniã E amictas D 72 Quantam ei fenestram *Bentleius* ueneſtrã G NEQUITIEM A, *corr. rec.* nequitiam BCDEFGP 73 suaue sit D 74 sumus omnes D *In* F *post* licentia *haec illapsa sunt* dum ea licet operari quę uolum' nullo impediente. deterioref efficimur. 75. 76. *Versus suspecti Bentleius* 75 QUODCUIQUECUMINCIDERIT A, CUM *induxit corr. rec.* Quod cuiq; D Qđ cuiq, in mtē G Quod cuiq. cum || E, t cuicunq; *corr. rec. in marg.* 76 PUTAUIT A putauit E, *corr. rec.* prauumne B? an F, *corr. rec.* SIT A, e *add. corr. rec.* sit D, *corr.* D² ſi& G quod petet BCD²EF²GP (quod *om.* F'P' *cum* A petat D') 77 et illum BCDEFP (ipsum G cum A) 78 denegaueris D denegab G illūd C, *corr.* C² illum BDEFGP illico D 79 Qui maxime BCE'FP (quę *corr. rec.* E) Qui maxume DG

67. de pecunia agitur: Eugraph. in lemm. 67. 68. Donat. in Andr. III 3, 28 et Seru. in Ecl. 6, 57 „quo modo—adulescentulo." 74. Acron in Horat. C. I 19, 1 „Nam—licentia." 75. 76. *agnoscit schol. Bemb.* 77. ipsum: Eugraph. in lemm. 78. illud: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Abitúrum se aps te esse ílico minábitur. 80
ME. Vidére uera atque íta uti res est dícere. 490
CH. Somnum hércle ego hac nocte óculis non uidí meis,
Dum id quaéro, tibi qui fílium restítuerem.
ME. Cedo déxtram: porro té idem óro ut faciás, Chremes.
CH. Parátus sum. ME. Scin quíd nunc facere té uolo? 85
CH. Dic. ME. Quód sensisti illós me incipere fállere, 495
Id út maturent fácere: cupio illí dare
Quod uólt, cupio ipsum iám uidere. CH. Operám dabo.
Paulúm negoti mihi ópstat: Simus ét Crito
Vicíni nostri hinc ámbigunt de fínibus: 90
Me cépere arbitrum: íbo [ac] dicam, ut díxeram 500
Operám daturum me, hódie non posse eís dare.
Contínuo hic adsum. ME. Ita quaéso. — di uostrám fidem!
Ita cónparatam esse hóminum naturam ómnium,
Aliéna ut melius uídeant et diiúdicent 95
Quam súa? an eo fit, quía re in nostra aut gaúdio 505

80 se *om.* G illico D minitabitur BCDEFGP 81 UERA^{um} A, *corr. rec.* uerum BCDEFGP ut| D ut BCEFP 82 SOMNIUM A, I *deleuit corr. rec., ut uidetur* ac nocte G 83 restituerī D 84 dexterā G oro idem BCDEFGP CKREME ABCEFGP creme D 85 TEFACERE A *cum* D 86 me incipere uelle fallere D me uelle facere G 87 *in* C *suppletus est in ima pagina* uti G 88 illū D^1, ꝫ ipsū D^2 *Post u.* 88 *in omnibus libris sunt us.* 100—102 : *quos in suam sedem reduxit Bentleius* 89 Paululū G Paulum hoc BCDEFP NEGOTII A mihi—nostri *habet* D^2 *in marg.* 90 KINC A, N *induxit corr. rec.* hic BCDEFGP 91 coepere F IBOACDICAM A *cum rell.* (ib^o| F, *corr.* F^2) 92 IIS A eis D^1 ꝭis GP his BD^{2}EFG (h *in ras.* F) 93 Con||||||||||| tino F ADERO A *cum rell.* (ader|o G) adsum *Bentleius* di P 94 Itan BDP Itane G CONPARATUM A, *corr. rec.* NATURAM A, M *induxit corr. rec.* 95 iudicent BCDEFP (diiudicent G *cum* A) *In* FP *us. exit in* quam sua 96 eohofit G INRENOSTRA A *cum* DEGP

81. uerum: Eugraph. — Schol. Bemb.: uera: utilia. 93. hic ambigunt: Eugraph. in lemm. 94. Lactant. Instit. III 4, 7 Nemo potest de se recte iudicare quod nobilis poëta testatur „ita enim comparatam esse hominum naturam omnium Aliena ut melius uideant et diiudicent Quam sua." 94. itan: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Sumus praépediti nímio aut aegritúdine?
Hic míhi nunc quanto plús sapit quam egomét mihi! —
CH. Dissólui me, otiósus operam ut tíbi darem.
Syrus ést prehendendus átque adhortandús mihi.
A mé nescio quis éxit: concede hínc domum,
Ne nós*met* inter nós congruere séntiant.

B SYRUS *A* CHREMES
SERUOS SENEX

III 2 SY. Hac illac circumcúrsa: inueniundum és tamen,
Argéntum: intendenda ín senem est fallácia.
CH. Num mé fefellit hósce id struere? uídelicet,
Ille Clíniai séruos tardiúsculus est:
Idcírco huic nostro tráditast prouíncia.
SY. Quis hic lóquitur? perii. núm nam haec audiuit? CH. Syre.
SY. Hem.
CH. Quid tu ístic? SY. Recte. equidém te demirór, Chremes,
Tam máne, qui heri tántum biberis. CH. Níhil nimis.

97 PRAEDITI A p̄ (pe): diti E 98 nunc *om.* D¹, *add.* D² 99 oti||||us P 100 PREKENDUS A apphendē G adprehendendus CFP apprehendendus BDE adórtandus G 101 domū hic D 102 nosmet *Harius* NOS A *cum rell.* fantiant G

III 2 *E* SIRVS *A* CREMES D SYRVS CHREMES PC SERVVS SENEX SYRVS CHREMES G SYRVS CREMES F *In* E *nomina euanida sunt* 1 inueniendum es *Bentleius* INUENIUNDUMST A inueniundum est BCFP inueniundum tamen est E īueniēdū (est): D inueniundūſt|||| Argentū G 2 in senē fallacia ē D 3 N̄|| G KOSCEINSTRUERE A inſtruere G instruere D 4 Illae P Cliniai *Bentleius* CLINIAE A *cum rell.* 6 sire D B. K(EM) A 7 RECTEEQUIDEMSEDTEMIRORCKEME, *ut littera finalis excidisse possit,* A recte equidem te demiror Chreme *rell., nisi quod* quidē E ||te D rec (te) equidem (sed) te P 8 marie (n) G

99. ocius: Eugraph. in lemm. 100. Schol. Bemb.: prehendendus: deest ‚ad,' sed ideo praetermisit quia dicturus erat „adhortandus." 102. Arusian. p. 221 Congruunt illi inter se. T. H. „Ne nos inter nos congruere sentiant."

III 2. 3. hosce id struere: Eugraphius. 3. 4. Claud. Sac. p. 23 „uidelicet Ille seruus Cliniae." 5. Eugraph. in IV 5, 11 „huic—prouincia."

Digitized by Google

SY. 'Nihil' nárras? uisa uérost, quod dicí solet,
Aquilaé senectus. CH. Héia. SY. Mulier cómmoda et
Facéta haec meretrix. CH. Sáne. SY. Idem uisa ést tibi?
Et quidem hércle forma lúculenta. CH. Síc satis.
SY. Ita nón ut olim, séd uti nunc, sané bona:
Miniméque miror, Clínia hanc si déperit:
Sed habét patrem quendam áuidum, miserum atque áridum
Vicínum hunc: nostin? át quasi is non dítiis
Abúndet, gnatus eíus profugit ínopia.
Scis ésse factum ut díco? CH. Quid ego ní sciam?
Hominém pistrino dignum. SY. Quem? CH. Istunc sér-
uolum
Dico ádulescentis, SY. Sýre, tibi timuí male.
CH. qui pássus est id fieri. SY. Quid facerét? CH. Rogas?
Aliquíd reperiret, fíngeret fallácias,
Vnde ésset adulescénti, amicae quód daret,
Atque húnc difficilem inuítum seruarét senem.
SY. Garrís. CH. Haec facta ab íllo oportebát, Syre.

9 uisa est uero **DG** uero in te est **E** 10 commoda mihi & **D** (et *om.* **F**?) 11 Faceta, cet *a corr.*, **D** haec est meretrix **BCDEFGP** A. sane idem uisa' est tibi **D**, *corr.* **D**^{2} CHR. sane idem uisa est mihi **BCEFGP** (m *inter lineas* **G**) 12 SYR. Et quidem **BCDEFGP** forma *ex* formo **P** 13 Γ **G** 15 quendā || hominē, hominē *in ras. a corr.*, **D** quendā hominē **G** miserum | Acriaridum **D** misere *Bothius* AR(IDUM) **A** 16 NOUISTIN **A** nouisti **B**? ATQUIISIIS **A**, *alteram* I (*siue fuit* T) *induxit corr. rec.* ad quiid siis **C** at qui || si is **P** adqui si is **F** atqui si is **B** aut qui ||| is **E** quasi *in ras.* **D** DIUITIIS **A** *cum rell.* (diutius **E**^{1}) 17 Habundet **B** natus **FP** n||tus **E** 18 Quid ego ni sciam *Palmerius* QUIDEGONESCIAM **A** *cum rell.* 19 pristino **B** p||istino **P** ISTUNC **A**, *corr. rec.* istum **BCDEFGP** seruolum **D** 21 rogitas **E** 22 REPPERIRET **ABCEFP** 23 Inde **F** AMICAEADULESCENTI **A** 24 inuictum **D** senem *ex* semen, *ut uidetur*, **P** 25 *In* **A** *Syri notam praefixit corr. rec.*, **A**. *inter lineas add. m. pr.* oportebant **BCDEFGP** (oporebant **C**, *corr.* **C**^{2})

9. 10. Hieron. in Michaeam p. 447 uol. VI. Vall.: Comicus in H. „uisa est" inquit „uere quod—senectus." 10. Auson. Profess. 4, 22 „Aquilae senectus." 14. Arusian. p. 226 „Clinia—deperit." 16. at quasi is: Eugraph. in lemm. 18. quid ego nesciam: Eugraph. in lemm. 20. Donat. in Andr.

Digitized by Google

SY. Eho quaéso laudas, quí eros fallunt? CH. In loco
Ego uéro laudo. SY. Récte sane. CH. Quíppe qui
Magnárum saepe id rémedium aegritúdinumst:
Huic iám mansisset únicus gnatús domi.
SY. Iocón an serio íllaec dicat néscio,
Nisi míhi quidem addit ánimum, quo lubeát magis.
CH. Et núnc quid expectát, Syre? an dum hic dénuo
Abeát, cum tolerare íllius sumptus nón queat?
Nonne ád senem aliquam fábricam fingit? SY. Stólidus est.
CH. Ad te ádiutare opórtet adulescéntuli
Causá. SY. Facile equidem fácere possum, sí iubes:
Etenim quo pacto id fieri soleat, cálleo.
CH. Tanto hércle melior. SY. Nón est mentirí meum.
CH. Fac érgo. SY. At heus tu, fácito dum eadem haec mémineris,
Siquíd huius simile fórte aliquando euénerit,
Vt súnt humana, túos ut faciat fílius.
CH. Non úsus ueniet, spéro. SY. Spero hercle égo quoque.
Neque eó nunc dico, quó quicquam illum sénserim:
Sed síquid, nequid: quaé sit eius aetás, uidęs:

26 Eho — 28 egritudinū est *in ima pagina supplet* D 26 eras D. eros F heros E 26. 27 ego ūo laudo in loco D 28 id *inter lineas* D, *erasum in* E 29 Huic iam *Guyetus et Bentleius* IAMKUIC A *cum rell., nisi quod* Iā pmū huic G 30 ||ocon anferi G illaec P illaț ęc F, *corr.* F² ille haec *Bentleius* 32 KIC A hinc *rell.* 33 QUAM A, cum *effecit corr. rec.* quaeat C 34 fing& E figit F 35 At||, t *in ras.*, P adiuțare F, *corr.* F² ADULESCENTIs A, s *add. corr. rec.* 39 facito G, *corr.* G² 40 SIQUOD A, *corr. rec.* hus P simile *inter lineas* D 41 TUUS A 43 quod BCDEFGP 44 nequit BCDEFGP (At Siqd neqd. i. ſiue aliqd ſiue nihil facias & ſit neqd quaſi non aliqd: *Schol.* D *in marg.*)

I 3, 5. Porphyr. in Hor. Epod. 1, 19 „Syre—male." 26. 27. Schol. Bemb. in Eun. III 2, 20? „in loco—laudo." 35. Lex. Maii p. 53 „At—Causa." 38. Cf. illud Lucilianum ap. Lactant. Inst. VI 18, 6 „Homini amico et familiari non est mentiri meum."

Digitized by Google

Et ne égo te, si usus uéniat, magnificé, Chremes,
Tractáre possim. CH. De istoc, cum usus uénerit,
Vidébimus quid ópus sit: nunc istúc age.
SY. Numquám commodius úmquam erum audiuí loqui,
Nec cúm male facere créderem mihi inpúnius
Licére. quis nam a nóbis egreditúr foras?

A CHREMES SENEX *Γ* CLITIPHO ADULESCENS *B* SYRUS SERUOS

CH. Quíd istuc quaeso? quí istic mos est, Clítipho? itane fíeri oportet? III 3
CL. Quíd ego feci? CH. Vídin ego te módo manum in sinum huíc meretrici
Ínserere? SY. Acta haec rés est: perii. CL. Mén? CH. His oculis, né nega.
Facis ádeo indigne iniúriam illi, quí non abstineás manum:
Nam istaéc quidem contumélia est,

45 EUENIAT A CKREME A *cum rell.* 46 histoc E cū D, *corr.* D² uenerit D 47 QUIDOPUSSIT A, facto *add. corr. rec.* qd : siet D, *corr.* D² quod EF² fiet ñ iſtuc G agǫ E, *corr.* E² 48 COMMODIUS A, mihi *add. corr. rec.* 49 male facere *Muretus* MALEFACEREM A *cum rell.* 50 Lecere G quisnam a nobis, nam a nob *in ras.*, D

III 3 *A* CHREMES SENEX *B* SYRVS SERVVS *Γ* CLITIPHO ADOLESC̄ D

CHREMES CLITIPHO SYRVS SENEX ADVLESCENS SERVVS P(C?) CREMES CLITIPHO SYRVS EF CREMES CLIPHO (*sic*) SYRVS G 1 QUIDISTIC A, D *induxit corr. rec.* quis istic BCE²F¹P quid istic E¹F² ita G o||portet D 2 ergo G modo *om.* P 3 INGERERE A, *corr. rec.* Inserere *rell.* acta res C MEN A, *corr. rec.* mene *rell.* KIS A, ce *add. corr. rec.* hisce *rell.* (isce E) 4. 5 *unum uersum faciunt in* P : 6. *in* FP *exit in* amicam 4 iniuriā ||||||||| illi E 5 ista BCDEFP (istęc G *cum* A) contumeliast D

49. malefacerem: Eugraph. in lemm.
III 3. 2. Iul. Rufinian. p. 44 Halm. „non ego te uidi manum." 5. Eugraphius: istae quidem contumeliae: ... adiecit contumeliae sunt. 5. 6. Lex. Maii p. 541 Subagito. subtrahere. unde T. „ista quidem contumelia est amicum ad te recipere et eius amicam subagitare." — Id. p. 28 Subagito

Digitized by Google

Hóminem amicum récipere ad te atque eíus amicam súbigitare.
Vél here in uino quam ínmodestus fuísti, SY. Factum. CH. quám molestus!
Vt equidem, ita me dí ament, metui, quíd futurum dénique esset!
Nóui ego amantis: ánimum aduortunt gráuiter quae non cénseas.
CL. Ad míhi fides aput húnc est, nihil me istíus facturúm, pater.
CH. Ésto: ad certe cóncedas hinc áliquo ab ore eorum áliquantisper.
Múlta fert libído: ea facere próhibet tua praeséntia.
Dé me facio cóniecturam: némost meorum amícorum hodie,
Apút quem expromere ómnia mea occúlta, Clitipho, aúdeam.
Aput álium prohibet dígnitas, aput álium ipsius factí pudet,
Ne inéptus, ne protéruos uidear: quód illum facere crédito.
Sed nóstrum est intellégere, ut cumque atque úbi cumque opus sit óbsequi.
SY. Quíd iste narrat! CL. Périi. SY. Clitipho, haéc ego praecipió tibi?

6 eius amicum (t cam) F, *corr.* F² subagitare *ex* subigitare *corr. rec.* F 7 KERE (i) A, *corr. rec.* heri BCDEFGP immolest' (d) E, *corr. rec.* ||| fuisti P factū (est) D, est *add.* D² MO(LESTUS) 8 ||equidem F· qd *ex* qđ *corr. rec.* E facturum (t fut) F, *corr.* F² ESSE (t) A, *corr. rec.* 9 ergo B amantis. animum *Palmerius* AMANTIUMANIMUM (os) A, *corr. rec.* amantium animum BCDEFGP aduortunt CDFGP CE(NSEAS) 10 aput F¹ (*cum* A) pat̄ *inter lineas* D 11 ad CP (*cum* A) ac certe D¹G, t at D² ut concedas BC ||||| concedas P hinc *om.* ABCEFP ut hinc concedas *Bentleius* 12 et (t ea) F, *corr.* F² prohibet facere BCFP 13 EGODEME A *cum rell.* (Ego bene E¹) NEMOST (e) A, *corr. rec.* nemo eſt, eſt *in ras.*, G 15 alium aliụm C aliūd G facti piget BCEFP 16 UIDEARE (ge) A, E *induxit corr. rec.* 17 Si nru ē G intelligere B intellere P, *corr.* P² OB(SEQUI) 18 istic BCDEFGP

quod et subigito dicitur. .i. subducere. T. in c. „haec (*ut supra*)—subigitare." 6. Acron in Hor. Serm. I 2, 35 „subagitare," ut habemus in T. 9. Eugraphius: Noui ego amantium animos: aduertunt." 10. Donat. in Eun. I 2, 122 „nihil—pater." 13. Ego de me facio: Eugraph. in lemm. 15. pudet: Eugraphius.

Digitized by Google

Hóminis frugi et témperantis fúnctu's officiúm. CL. Tace sodes.
SY. Récte sane. CL. Sýre, pudet me. SY. Crédo: neque id iniúria: quin
Míhi molestumst. CL. Pérdis hercle. SY. Vérum dico quód uidetur.
CL. Nón accedam ad íllos? CH. Eho quaeso, úna accedundí uia est?
SY. Áctumst: hic prius se índicarit quám ego argentum effécero. Chremés, uin tu homini stúlto mihi auscultáre? CH. Quid faciám? SY. Iube hunc
Abíre hinc aliquo. CL. Quó ego hinc abeam? SY. Quó lubet: da illís locum:
Abi deámbulatum? CL. Deámbulatum? quó? SY. Vah, quasi desít locus.
Abi sáne istac, istórsum, quouis. CH. Récte dicit, cénseo.

19 FUNCTUS (*om.* es) A *cum* BCDEFP (functus, un *in ras.*, D) functuſt G officium, um *in ras.*, P 20 *Haec* Syre, pudet me *Clitiphoni dat* A, *rell. assignant Chremeti* o ſyre G ſire F, *corr.* F² inuria D *In* AFP QUIN *sequentem uersum incipit* 21 Γ. PER||ISKERCLE A: *post* R *fenestra est quae* D *litterae formam habet: nec non schol. superscripsit* occidiſ CL. pergin hercle BCDEFGP (ercle G) CL. pergin? SY. hercle uerum *Lolgii liber et Bentleius* QUID A, *corr. rec.* 22 NON A, E *add. corr. ant.* ñ ||ic accedam G Nonne BCDEFP UNACCEDUNDI A una accedendi *rell.* 23 ACTUMSTSIKIC A, SI *induxit corr. rec.* indicarit E, *corr.* E² indicauerit G effero BCD²EFGP offero D¹ 24 CKREME ABCDEP creme FG AUSCULTARI A auxultare E QUID A 24. 25 *In* D *hae turbae sunt* Vin tu homini ſtulto auscutare? abire hinc aliquo *Tum* Γ Quo ego hinc ||abeam *in ras. a corr. sunt, idemque* quo lubet—*u.* 26 quo *in ima pagina suppleuit* 25 ABIKINC A, *corr. rec.* Ab|||t hinc G ego hic F hic habeā G LUBEAT A, A *expunxit* A¹ illiuſ G isto2| ||sū D istrorsum F *In* FP *us.* 27. 28. 29 *duo faciunt: prior exit in* Syre

24. auscultare mihi: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

CL. Dí te eradicént, Syre, qui me hinc éxtrudís. SY. At tú tibi istas
Pósthac comprimitó manus.
Cénsen uero? quíd illum porro crédas facturúm, Chremes,
Nísi eum, quantum tíbi opis di dant, séruas castigás mones?
CH. Égo istuc curabo. SY. Átqui nunc, ere, tíbi istic adseruándus est.
CH. Fíet. SY. Si sapiás: nam mihi iam mínus minusque optémperat.
CH. Quíd tu? ecquid de illó quod dudum técum egi egistí, Syre,
aut
Répperisti, tíbi quod placeat án non? SY. De fallácia
Dícis? est: inuéni nuper quándam. CH. Frugi es. cédo
quid est?
SY. Dícam, uerum ut áliut ex alio íncidit. CH. Quid nám, Syre?
SY. Péssima haec est méretrix. CH. Ita uidétur. SY. Immo sí
scias:
Váh, uide quod incéptet facinus. fuít quaedam anus Corínthia

28. 29 DETEERADICENTSYREQUIMEKINCEXTRUDIS. B. ATTUPOLTIBIISTAS || POSTKACCOMPRIMITOMANUS A Syre *om.* B? istinc BCD²EFP (hinc D¹G *cum* A) extrudas CP¹ (extrudis P² *cum rell.*) pol *om.* BCDEFGP *Vs.* 28. 29 *praeeunte Bentleio ita constituit Fleckeisenus*
CL. Di te éradicent, quí me hinc extrudís, Syre.
SY. At tú pol tibi istas pósthac comprimitó manus.
29 post hac D postac h E, *corr. rec.* conprimito BFP 30 porrạo G credis BCDEFGP CKREME A *cum rell., nisi quod* chrume G, *ut uidetur* 31 (NISI)EUM || nisi E di i E, *corr. rec.* dent BC?D²EFGP *A u.* 32 *in* F *noua scaena incipit: picti sunt* CREMES SYRV 32 (A. EG)O atq; nūc s atqui : ere tibi i F, *corr.* F² atque P, *corr.* P² istic om. BCDEFGP 33 (A. FI)ET fapiſ G 34 ec. quid t ecce E, *corr. schol.* EGI EGISTI A, EGI *induxit corr. rec.* egistin BCDEFG a|| ut E 35 Reperisti G quid placeat D, *corr.* D² ANNONDUMETIAM A *cum rell.* an non *Guyetus* 36 quandam nuper BCDEFGP fruges i D quid id est BCD²EFGP (id *om.* D¹ *cum* A) 37 aliud t um F, *corr.* F² alia ọ D 38 Peſſima u G, *corr.* G² 39 UAKUIDEO QUID A ||| uide quod G Hoc uide quod D, Hoc *in ras. a* D² Hoc uide quod BCEFP inceptat G

31. Non. p. 251 „seruas castigas mones." 32. atque: Eugraph. in lemm. 39. Donat. in Phorm. I 4, 48. in Ad. II 2, 29. Eugraphius: „uide quod inceptet facinus."

Digitized by Google

Híc: huic drachumarum haéc argenti mílle-dederat mútuom. 40
CH. Quíd tum? SY. Ea mortuást: reliquit fíliam adulescéntulam.
Éa relicta huic árraboni est pro íllo argento. CH. Intéllego.
SY. Hánc secum huc addúxit, ea quae est núnc aput uxorém tuam.
CH. Quíd tum? SY. Cliniam órat, sibi uti id núnc det: illam illí tamen 605
Póst daturam: mílle nummum póscit. CH. Et poscít quidem? 45
SY. Hui,
Dúbium id est? ego síc putaui... CH. Quíd nunc facere cógitas?
SY. Égone? ad Menedemum íbo: dicam hanc ésse captam ex Cária,
Dítem et nobilém: si redimat, mágnum inesse in eá lucrum.
CH. Érras. SY. Quid ita? CH. Pró Menedemo núnc tibi ego respóndeo 610
'Nón emo': quid ágis? SY. Optata lóquere. CH. Qui? SY. 50
Non ést opus.

39. 40 *in* D *sic scripti sunt* facin||us; hic huic drachma ||||| argenti | hęc Mille dederat mutuū. ∩ fuit quędā anus anus corinthia (drachma ||||| *corr.*, hęc *add.* D^2) 40 Hic *om.* A DRACKMARUM A CEF^{1}P dragmarum BF^2G argenti haec CEFP MUTUUM A 41 ea *om.* A^1, *add. corr. rec.* MORUAST A reliqd G adul. fentulū F 42 ARRABOEST A, *corr. rec.* intelligo B 43 (B. K)ANC EAQUAEEST ABCFG eaque est DEP aput G (*cum* A) ad uxorem BCD^2EFP (apud D^1) tuam ingressa E 44 (A. Q)UID Clinia *ex* Cliniam CFP Clinia BDEG id *om.* AD^1G det||| D illa. (*om.* det) G 45 (PO)ST daturum BEF^2 daturam, a *in ras.*, P et poscet C^2D^1EP (posciet C^1 poscit D^2) et poscit F, *corr.* F^2 46 (DU)BIUM Dubiumne (B?)CDEFGP *Chremetis orationem ab his* ego sic putaui *incipiunt* BCDEFGP qđ D 47 (B. EGO)NE ego||| G e caria D ecaria G 48 (DITE)M esse in ea DG in ea esse BCEFP lu||rum G 49 ego nunc tibi BCF nunc tibi (*om.* ego) E ego tibi|||| P nunc ego tibi DG 50 Nemo qd ages D, *corr.* D^2 agęſ G agis, gis *in ras.*, P CHR. Atqui non est opus DEFGP^2 CHR. Atquin non est opus BCP^1 A. QUI Ḅ. NONESTOPUS A, *notam Syri deleuit corr. rec.*

40. Arusian. p. 248 Mille librarum mutuo dedit. T. H. „‚Cui' drachmarum—‚mutuo.'" 42. Lex. Maii p. 19 „ea—arraboni est."

Digitized by Google

CH. Nón opus est? SY. Non hércle uero. CH. Quí istuc, miror.
SY. Iám scies.
Máne, mane, quid est quód tam a nobis gráuiter crepuerúnt fores?

Θ SOSTRATA MULIER — A CHREMES SENEX — Γ CANTHARA ANUS — B SYRUS SERUOS

IV 1 SO. Nisi me ánimus fallit, híc profecto est ánulus, quem ego súspicor,
Is quícum exposita est gnáta. CH. Quid uolt síbi, Syre, haec orátio?
SO. Quid est? ísne tibi uidétur? CA. Dixi equidem, úbi mi ostendisti, ílico
Eum ésse. SO. Ad ut satis cóntemplata módo sis, mea nutríx. CA. Satis.
5 SO. Abi núnciam intro, atqueílla si iam láuerit, míhi núntia.
Hic égo uirum interea ópperibor. SY. Té uolt: uideas quíd uelit:

51 *In* BCDEFGP *haec est diuisio inter personas* SY. Non opus est? CH. Non hercle uero. SY. Qui istuc miror. CH. Iam scies. *Tum* 52 *eidem Syro dant, nisi quod* G *Chremeti eum continuat* 51 QUID AF 52 TAMNOBIS A, a *add. corr. rec.*

IV 1 E SOSTRATA MVLIER A CHREMES SENEX B SYRVS SERVVS Γ NVTRIX ANVS D

SOSTRATA NVTRIX CHREMES SYRVS MVLIER ANVS SENEX SERVVS PC SOSTRATA NVTRIX CREMES SYRVS F CHREMES. SOSTRATA. SYR' NVTRIX G SOSTRATA. CHREMES. SYRVS E 1 pfectost G profecto ~ anulus D, ~ *add.* D² 2 uolt D 3 uidetur ēē D uidetur ēē G MI hi A, hi *add. corr. rec.* ostendit s i D 4 aut F satis ut *Bentleius* modo contemplata BCEFP sis : modo D, modo *add.* D² sīſ modo G 5 Abi *in ras.* D nc̄ iā G mihi *om.* D¹, *add.* D² 6 operibor E

IV 1. 1. Claud. Sac. p. 23 „Nisi—profecto." 4. at ut satis contemplata: Eugraph. in lemm. 6. Priscian. I p. 400 „Hic ego interea uirum opperibor."

Digitized by Google

Nesció quid tristis ést: non temerest: tímeo quid sit. CH. Quíd siet?
Ne ista hércle magno iám conatu mágnas nugas díxerit.
SO. Ehem mí uir. CH. Ehem mea úxor. SO. Te ipsum quaéro. CH. Loquere quíd uelis.
SO. Prímum hoc te oro, néquid credas me áduersum edictúm tuom
Fácere esse ausam. CH. Vín me istuc tibi, etsi incredibilest, crédere?
Crédo. SY. Nescio quíd peccati pórtat haec purgátio.
SO. Méministin me esse gráuidam, et mihi te máxumo opere edícere,
Sí puellam párerem, nolle tólli? CH. Scio quid féceris:
Sústulisti. SY. Sic est factum: dómina ego, erus damno aúctus est.
SO. Mínime: sed erat híc Corinthia ánus haud inpura: eí dedi
Éxponendam. CH. O Iúppiter, tantam ésse in animo inscítiam!

7 tristis ē || D temereſt G (*cum* A) TIMEO A, ei *add. corr. rec.* metuo BCEFP timeo quid siet D¹G, ☿ metuo qd sit D² SIT A *bis*, *corr. rec.* CH. quod P, *corr.* P² 8 iā magno DG 9 hem *bis* E LOQUAEREQUIDU(ELIS) A 10 hoc *om.* P aduerſuf DG TUUM A 11 uis BCEFP ETINCREDIBILEST A, si *add. corr. rec.* 13 ḊME A OPEREDICE(RE) A, e *add. corr. rec.* opere dicere D, *corr.* D² opere interminatum BCEFP opere ītminatū || || || || G 14 puellulam E tollere G ferif G 15 Subſtuliſti G ⊖ SICESTFACTUM. *B.* DOMINAERGOERUSDAMNO AUCTUSE(ST) A, ego *ex* ERGO *fecit corr. rec. Syri orationem a* Sic *incipiunt rell.* Si est factū E factū || D domina ego, erus damno auctus est *Acidalius* minor ergo erus damno auctus est *Bentleius* domini G ego C ergo BDEFGP dampno EF actus E¹G (auctus *corr. rec.* E) sit P 16 anus corinthia BCEFP haut F¹P ⁺aut C 17 iupiter E tantamne esse BCDEFGP in animo *om.* D¹G (*add.* D² *in marg.*) SCITIAM A inscitiam CD²FGP inscientiam BD¹E

8. magno cum conatu: Eugraph. in lemm. 10. aduersus: Eugraph. 12. portet: Eugraph. — Seru. in Aen. III 595 „nescio—purgatio." 13. Meministin me esse grauidam et mihi te maxumopere dicere: Eugraph. 15. ergo herus damno auctus: Eugraph. in lemm. 16. Non. p. 299 „erat hic ‚Corinti' anus haut inpure dedi Exponendam."

Digitized by Google

SO. Périi: quid ego féci? CH. Rogitas? SO. Sí peccaui, mí Chremes,
Ínsciens feci. CH. Íd equidem ego, si tú neges, certó scio,
Te ínscientem atque ínprudentem dícere ac facere ómnia:
Tót peccata in hác re ostendis. nám iam primum, sí meum
Ímperium exsequí uoluisses, ínteremptam opórtuit,
Nón simulare mórtem uerbis, re ípsa spem uitaé dare.
Át id omitto: misericordia, ánimus maternús: sino.
Quám bene uero abs té prospectum est, quód uoluisti, cógita:
Némpe anui illi pródita aps te fília est planíssume,
Pér te uel uti quaéstum faceret uél uti uenirét palam.
Crédo, id cogitásti: 'quiduis sátis est, dum uiuát modo.'
Quíd cum illis agás, qui neque ius néque bonum atque aequóm sciunt?
Mélius peius, prósit obsit, níhil uident nisi quód lubet.
SO. Mí Chremes, peccáui, fateor: uíncor. nunc hoc te óbsecro,
†Quánto tuos est ánimus natu gráuior, ignoscéntior,
Vt meae stultitiae ín iustitia tuá sit aliquid praésidi.
CH. Scílicet equidem ístuc factum ignóscam: uerum, Sóstrata,

18 PERI A at rogitas BCDEFP at rogaſ, aſ *in ras.*, G SIQUID PECCAUI A CKREMES A Chreme *rell.* 19 quidem (B?) CDEFGP etsi BCDEFGP certe EG 20 inpridentē G dicere *om.* D¹, *add.* D² atq: facere E 24 *Post* sino *schol.* P *add.* te deuicit 25 pſpectuſ ē G QUID A *cum rell.* quod *Bothius* 26 ANUILLI A ꝑdita est E filiast D filiaſt G planissimae P 28 cogitasti D, *corr.* D² cogitari E, *corr.* E² 29 Quicū G agas qui *in ras.* D uis D, *corr.* D² NEQ. EIUS A neq; equū E ęquosciunt D aequō G 30 obsit *om.* AE¹, *add.* E² LUBENT A 31 CKREME A *cum rell.* (micheme G) te: D, hoc *add.* D² te hoc G hoc *om.* F 32 TUUS A IGNOSCǪENTIOR A *In* P *post* ignoscentior *schol. add.* tanto sit Quanto tu me es annis grauior, tanto es ignoscentior *Bentleius* 33 Ut me ſtultitiae G stultitiae ||| iustitia, ae *in ras.*, D ||iustitia B in *om.* CEFGP PRAESIDII A 34 SCILECET A agnoscam B ſoꝑſtrata G

18. mi Chremes: Eugraph. 19. 20. id quidem ego etsi tu neges certum scio Te imprudentem dicere aut facere omnia": Eugraph. 24. Donat. in Hec. IV 1, 41 „misericordia – sino." 29. Eugraphius: Quid cum illis agam] Sibi dicit uiolata filia nullam esse posse uindictam. 32. Seru. in Aen. IX 291 „natu grauior ignoscentior."

Digitized by Google

Mále docet te méa facilitas múlta. sed istuc quídquid est,
Quá hoc occeptumst caúsa, loquere. SO. Vt stúltae et miserae omnés sumus
Réligiosae, cum éxponendam dó illi, de digito ánulum
Détraho et eum díco ut una cúm puella expóneret,
Sí moreretur, ne éxpers partis ésset de nostrís bonis.
CH. Ístuc recte: cónseruasti te átque illam. SO. Is hic est ánulus.
CH. Vnde habes? SO. Quam Bácchis secum addúxit adulescéntulam, SY. Hem.
CH. Quíd illa narrat? SO. éa lauatum dum ít, seruandum míhi dedit.
Ánimum non aduérti primum: séd postquam aspexi, ílico
Cógnoui, ad te exílui. CH. Quid nunc súspicare aut ínuenis
Deílla? SO. Nesció, nisi ex ipsa quaéras, unde hunc hábuerit,
Sí potis est reperíri. SY. Interii: plús spei uideo quám uolo.
Nóstra est, si ita est. CH. Víuitne illa, cuí tu dederas? SO. Néscio.
CH. Quíd renuntiáuit olim fécisse? SO. Id quod iússeram.
CH. Nómen mulierí cedo quid sit, út quaeratur. SO. Philterae.

35 facillitas **D** quicquid **DEG** quic quid **F**, *corr.* **F²** quid **BCP** 36 hoc ceptum **D**, *corr.* **D²** 37 Religiosę, ę *in ras.*, **F** anqlum **F**, *corr.* **F²** 38 (D)ETRAKO cum *om.* **E** 39 (SI)MORERETUR nec **G** 40 (A. IST)UC hic is **BCEFP** 41 (A. UN)DE abes **C**, *corr. schol.* bachis **BEFG** adolescentula || **E** 42 (A? QU)ID qd ea narrat *Syro continuant* **F¹G** *Chremeti dant* Quid ea narrat **BCDEF²P** 43 (AN)IMUM Animum **CP** Anulum **BDEFG** primo **CDFGP** Γ **G** illico **D** 44 (COG)NOUI Cogitaui **D**, *corr.* **D²** etilui **F**, *corr.* **F²** exilii **G** exiluı **P**, *corr.* **P²** exsilui **BC** 45 nisi ut ex **BCDE²FGP** (ut *om.* **E¹** *cum* **A**) ANULUM UNDEKUNC **A**, ANULUM *induxit corr. rec.* KABU(ERIT) 46 Si potest **BCEFP** REPPERIRI **A** *cum rell.* INTERIM **A**, *corr. rec.* 47 uiuitne, ne *in ras.*, **D** tu *om.* **E** 48 OLIMFECISSE ė ID **A**, *Sostratae notam transposuit corr. rec.* olim ſe feciſſe **G** fecisse. id **D** fecisse. SO. id **BCEFP** SO. fecisse id *uulgo* isseram **C** iusserim **F** 49 mulieri *Bentleius* MULIERIS **A** *cum rell.* QUID **A**, *corr. rec.* quid **BF¹P** qd. sit **D**, sit *add.* **D²** quod **CEF²G** PKILTERAE **A** philtere **DEG** filterae **BCFP**

Digitized by Google

50 SY. Ípsa est. mirum ní illa salua est ét ego perii. CH. Sóstrata,
Séquere me intro hac. SO. Vt praeter spem euénit. quam timuí male,
Né nunc animo ita ésses duro, ut ólim in tollendó, Chremes!
CH. Nón licet hominem ésse saepe ita út uolt, si res nón sinit.
Núnc ita tempus *férr*, mihi ut cupiam fíliam: olim níhil minus.

B SYRUS SERUOS

IV 2 SY. Nisi me ánimus fallit múltum, haut multum a me áberit infortúnium:
Ita hác re in angustum óppido nunc meaé coguntur cópiae:
Nisi áliquid uideo, ne ésse amicam hanc gnáti resciscát senex.
Nam quód de argento spérem aut posse póstulem me fállere,
Nihil ést: triumpho, sí licet me látere tecto abscédere.
Cruciór bolum tantúm mihi ereptum tám desubito e faúcibus.

50 Ipsast D NILLA A ne illa BCDE¹F¹P¹ (ni *corr. rec.* E, F²P² *cum* G) 51 q, re G hac *om.* A 52 ita animo B INTOLLENDO A, *corr. rec.* intellegenda D¹ in tollenda BCD²EFGP CKREME A *cum rell.* 53 utuult D, ita *add.* D², ut u *ex corr.* SIITARES A, ITA *induxit corr. rec.* 54 tempus fert *Bentleius* TEMPUSEST A *cum rell.* olim nihil D, : mihi D² *in marg.* olim michi min, E, *corr.* E²

IV 2 SYRVS SERVVS DPC SYRVS SERVVS (*sic*) G SYRS F SYRVS. CLINIA E 1 MULTUMKAUTMULTUM A, *prius* MULTUM *deleuit corr. rec.*, *om.* BCDEFGP haut C¹P aut F, *corr.* F² aberit a me DG INFORTUNI(UM) 2 hac re D, *corr.* D² hercle EF ercle G INANGUSTO A meę nunc DG 3 hanc *om.* E¹, *add. schol.* 4 FAĘRE A, *corr. rec.* 5 SCILICET AE me *om.* DG latere & tecto G 6 mihi tantum *Bentleius ex duobus codd.* mihi ereptum D, ēē *add.* D² mihi esse ereptum CFP michi est esse ereptū E DESUBIO A subito BCDEFGP e facibus D, *corr.* D² ex faucibus P

IV 2. 1. Eugraph.: non longe] Hoc est haud multum. 2. in angustum: Eugraph. 6. Arusian. p. 226 De subito cum praepositione. T. H. „bolum mihi tantum ereptum tam de subito ex faucibus." — Lex. Maii p. 63 „holum tantum mihi esse ereptum e faucibus tam subito crucior." —

Digitized by Google

Quid agam? aút quid comminíscar? ratio de íntegro ineundást mihi.
Nihil tám difficile est, quín quaerendo inuéstigari póssiet. 675
Quid si hóc nunc sic incípiam? nihil est. quíd, sic? tantumdem égero.
At síc opinor. nón potest. immo óptume. euge habeo 10 óptumam.
Retraham hércle idem ad me ego íllud hodie fúgitiuom argentúm tamen.

Γ CLINIA *B* SYRUS
ADULESCENS SERUOS

CL. Nullá mihi res posthác potest iam intéruenire tánta, IV 3
Quae mihi aégritudinem ádferat: tanta haéc laetitia obórta est. 680
Dedó patri me núnciam, ut frugálior sim quám uolt.

7 Qui^d agam D com^i niscar C, *corr.* C² de in^te gro D INEUNDAS(TMIKI) ineundaſit G ē *om.* E', *add. corr. rec.* 8 tam *ex* tamen P ^dif ficile G dificile ē, ile ē *in ras.*, D inuestigare^i C G poſſ^i & G 9 Quod^i si D, *corr.* D² Quod ſi G nunc^sic B, sic *add. schol.* ṇụṇc̣ D nunc *om.* E QUIDSISIC A *cum rell.* tantundē, antu *in ras.*, D *In* A *us. fractus est post* SIC 10 ACSIC A At *add* D² optume est BDEFG heuge BC² (*inter lineas* C²) habeo optumam euge P, euge *a* P² habeo optumam, habeo o *a corr. in ras.*, D optumā habeo E obtimam habeo F 11 RETRAKAMKERCLEOPINORIDEMADMEEGOILLUDKODIEFUGITIU(OM) A Retraham hercle illuc opinor ad me fugitiuum G Retraham hercle^idem : illuc^d opinor ad me fugitiuum D, *corr.* D² Retraham hercle opinor ad me idem illud fugitiuum BCEFP argentū *ex* argumentū E argumentum F ꝛ argumentum C²D² *in marg.* tam̄ *om.* D', *add.* D² *In* A *us. fractus est post* FUGITIU(OM)

IV 3 *Γ* CLINIA *Δ* SYRVS D CLINIA SYRVS ADVLESCENS SERVVS PC CLINIA SYRVS FG *In* E *haec scaena continuatur antecedenti* 2 afferat BD ^a ọbortast^e D, *corr.* D² ^a ọborta F aborta E

Gratian. Decret. XIII 9. 1 § ad haec: Callida „ah miser crucior tantum bolum esse ereptum ex faucibus." 11. Eugraphius: ... ut ad se illud argumentum reuocare possit quod omiserat.
IV 3. 1. Nulla iam mihi res: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

SY. Nihil mé fefellit: cógnita est, quantum aúdio huius uérba.
Istúc tibi ex senténtia tua óptigisse laétor.
CL. O mí Syre, audisti óbsecro? SY. Quid ní? qui usque una adfúerim.
CL. Cuiquam aéque audisti cómmode quicquam éuenisse? SY. Núlli. 685
CL. Atque íta me di ament, út ego nunc non tám meapte caúsa
Laetór quam illius: quam égo scio esse honóre quouis dignam.
SY. Ita crédo: sed nunc, Clínia, age, dá te mihi uicíssim:
Nam amíci quoque res ést uidenda in túto ut conlocétur,
Nequíd de amica núnc senex. CL. O lúppiter. SY. Quiésce. 690
CL. Antíphila mea nubét mihi. SY. Sicíne mihi interloquére?
CL. Quid fáciam? Syre mi, gaúdeo: fer mé. SY. Fero hercle uéro.
CL. Deórum uitam aptí sumus. SY. Frustra óperam opinor súmo.
CL. Loquere: aúdio. SY. Ad iam hoc nón agis. CL. Agám.
SY. Videndumst, ínquam,
Amíci quoque res, Clínia, tui in túto ut conlocétur. 695
Nam sí nunc a nobís abis et Bácchidem hic relínquis,

4 quantū ut audio **C** quantum ||| audio **P** 5 SENTENTIA tua **A**, tua *add. corr. rec.* 6 AUDISTI n **A**, n *add. corr. rec.* audistin **BCDEFGP** quiſq. una **G** affuerim **B** 7 CUIAEQ. **A** Cui aeque *rell.* Cuiquam aeque *Bentleius* commode i **D** commodi, i *ex corr.*, **G** commodi **BCEFP** CUIQUAMEUENISSE q c **A**, quicquam *effecit corr. rec. cum rell.* 8 amant **E** meapte ū tā causa **E** MEA pte **A**, pte *add. corr. rec.* 10 Γ **G** 11 INTUTUM o **A**, *corr. rec. cum rell.* collocetur **BCFP** 12 NEQUE id **A**, *corr. rec.* nun c **F** 13 Siccine **F** INTERLOQUEREMIKI **A** me interloquere **CEFP** mihi *om.* **B** 14 mi syre **BEFP** misere y **C**, *corr.* C^2 for e me. SY. Fero CLIN. : hercle **F**, *nomen add. corr.* 15 CLIN. *om.* **F** APTI de **A**, *corr. rec.* adepti **BCDEFGP** OPINORKANSUMO **A** opinor hanc sumo D^1G, hanc *expunctum in* **D** ſumo **F** 16 ages. Γ. agam, es. Γ agam *in ras.*, **D** ages **BCEFGP** 17 tui clinia **DG** in || tuto **E** collocetur **BCFP** 18 ANOBISET (*om.* abis) **A**, *corr. rec.* et *om.* BC^1 bachidem **BCEFG** hinc C^1FP^1

15. apti: Eugraph.

Digitized by Google

Senéx resciscet ílico esse amícam hanc Clitiphónis:
Si abdúxeris, celábitur, itidem út celata adhúc est.
CL. At enim ístoc nihil est mágis, Syre, meis núptiis aduérsum.
Nam quo óre appellabó patrem? tenés quid dicam? SY.
Quíd ni?
CL. Quid dícam? quam causam ádferam? SY. Quin nólo mentiáris:
Apérte ita ut res sése habet narráto. CL. Quid aïs? SY.
Iúbeo:
Illám te amare et uélle uxorem, hanc ésse Clitiphónis.
CL. Bonam átque iustam rem óppido imperás et factu fácilem.
Et scílicet iam me hóc uoles patrem éxorare ut célet
Senem uéstrum? SY. Immo ut rectá uia rem nárret ordine
ómnem. CL. Hem,
Satin sánus es et sóbrius? tu quídem illum plane pérdis.
Nam qui ílle poterit ésse in tuto, díc mihi.
SY. Huíc equidem consílio palmam do: híc me magnífico éffero,
Qui uim tantam in me ét potestatem hábeam tantae astútiae,
Véra dicendo út eos ambos fállam: ut, cum narrét senex
Véster nostro esse ístam amicam gnáti, non credát tamen.
CL. Át enim spem istoc pácto rursum núptiarum omnem éripis:

19 (SE)NEX A Noster B C D E F G P resciset D refciffet F hanc *om.* G 20 (SIA)BDUXERIS 21 (Γ. AT)ENIM *Cliniae notam om.* G 22 (NA)M appello G teneo C, *corr.* C² Δ. q ni D, *corr. schol.* 23 (Γ. QUI)D afferam B F quid nolo C¹F²P (quin C²F¹) Δ. quin nolo mentiare D, *corr.* D² mentiare B C E F G P 25 clitifonis F 26 oppido imp(eras) *in ras.* D 27 iamne D, *corr.* D² PATREMORARE A 28 renarret ordinem E F (renarrat E, *corr. rec.*) omnem *om.* A 29 SATISSANUS A, *corr. rec.* sat insanus B D F G aut sobrius B C D E F G P prodis (B?) C D E F G P 30 *Versum proscripsit Krausstius* 31 Huic etiam consilio E do hic me *om.* P MAGNIFICEFERO A, ecfero *fecit corr. rec.* offero F 32 tante *om.* D¹, *add.* D² 34 istam esse B C D E F G P 35 rursus B C D E F G P omnem mihi eripis (B?) C D E F G P (michi E)

21. Vel. Long. p. 2236 Item ‚miis' per I, non ‚meis' per E, ut T. „at .n. istoc nihil est magis Syre miis nuptiis aduersum." 23. quin nolo mentiare: Eugraph. — Donat. in Eun. II 1, 6 „quin nolo mentiare."

Digitized by Google

Nám dum amicam hanc méam esse credet, nón committet fíliam.
Tú fors quid me fíat parui péndis, dum illi cónsulas.
SY. Quíd malum me aetátem censes uélle id adsimulárier?
Vnus est diés, dum argentum erípio: pax: nihil ámplius.
CL. Tántum sat habes? quíd tum quaeso, si hóc pater resciuerit?
SY. Quíd si redeo ad íllos qui aiunt 'quíd si nunc caelúm ruat?'
CL. Métuo quid agam. SY. Métuis? quasi non éa potestas sít tua,
Quó uelis in témpore ut te exsóluas, rem faciás palam.
CL. Áge age, traducátur Bacchis. SY. Óptume ipsa exít foras.

Δ BACCHIS MERETRIX Γ CLINIA ADULESCENS B SYRUS SERUI Δ DROMO II E PKRYGIA ANCILLA

IV 4 BA. Satis pól proterue mé Syri promíssa huc induxérunt,
Decém minas quas míhi dare pollícitus est. quod si is núnc me
Decéperit, saepe ópsecrans me ut uéniam frustra uéniet:

36 CREDAT A esse *om.* E 37 Tu fors *Guyetus et Bentleius* TUFORTASSE A *cum rell.* fiet F P¹ (fiat P²) parui curas B C D² E F P parui pendis D¹ *cum* A parui pedíf G 38 me etatē censes D, tandē *add.* D² me tandem censes B C² E F² P² (me *om.* F¹ aetatem C¹ P¹ *cum* A) me censes G assimularier B 39 arripio G 40 hoc ſenex reſciuerit G 43 QUODUELIS A 44 bachis C E F exĩt G

IV 4 Δ BACCHIS MERETRIX. Γ CLINIA ADVL. Φ DROMO SERVI Δ SYRVS]I[B PHRYGIA ANCILLA D

BACCHIS PHRYGIA CLINIA DROMO SYRVS MERETRIX ANCILLA SERVI P BACHIS MERETRIX. CLINIA ADVLESCENS. PHRIGIA ANCILA. DROMO .II. SIRVS SERVVS (PHRIGIA *et* SIRVS *in ras.: nam prima m. falsis figuris nomina attribuerat*) C PHRIGIA BACHIS SYRVS DROMO F (*in quo quidem etiam Clinia pictus est*) BACHIS DROMO CLINIA. SYRVS PHRICIA G BACHIS. CLINIA. SYR'. DROMO E

1 ſiri G adduxerunt D G 2 QUODNINUNCME(si is) A, *corr. rec.* 3 FRUSTRAUTUENIET A

40. 41. Donat. in Phorm. II 1, 70 „quid si hoc—ruat" (tum quaeso *om.* alios *Ed. pr.*). 42. quasi ea potestas non sit: Eugraph. in lemm.

IV 4. 1. Suetonius in Vita Ter.: Nepos auctore certo comperisse se ait C. Laelium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petiisse ab ea ne interpellaret seroque tandem ingressum triclinium dixisse non saepe in scribendo magis sibi successisse: deinde rogatum, ut scripta illa proferret, pronuntiasse uersus qui sunt in Heautontimorumeno „Satis—induxerunt."

Digitized by Google

Aut cúm uenturam díxero et constítuero, cum is cérte
Renúntiarit, Clítipho cum in spé pendebit ánimi,
Decípiam ac non ueniám, Syrus mihi térgo poenas péndet.
CL. Satis scíte promittít tibi. SY. Atqui tu hánc iocari crédis?
Faciét nisi caueo. BA. Dórmiunt: ego pól istos commouébo. 730
Mea Phrýgia, audisti, módo iste homo quam uíllam demonstráuit
Charíni? PH. Audiui. BA. Próximam esse huic fúndo ad dextram? PH. Mémini.
BA. Currículo percurre: áput eum milés Dionysia ágitat:
SY. Quid incéptat? BA. dic me hic óppido esse inuítam atque adseruári:
Verum áliquo pacto uérba me his datúram esse et uentúram. 735
SY. Perii hércle. Bacchis, máne, mane: quo míttis istam quaéso?
Iube máneat. BA. I. SY. Quin ést paratum argéntum. BA. Quin ego máneo.
SY. Atquí iam dabitur. BA. Út lubet. num ego ínsto? SY. At scin quid sódes?

4 certo *Goucanus* 5 RENUNTIABIT A renuntiarit BCEFP renunciauerit DG in *om.* (B?) CDEFGP ſ||pe G 6 Decipiã || D potiaſ G 7 ſcite *erasum* in G promittet CP adqui C, *corr.* C² KANCICARI A 8 A. domui N, A. *in ras.*, dormiunt *ex* domui *effecit corr.*, D 9 phrigia BG audistin BCDEFGP homo iste BCFP *Versum in ima pagina suppleuit* D 10 Carini G pxumã D, ẽẽ *add.* D² dexteram EP 11 aput G dionisia DFG dyonisia B 12 Quid haec inceptat BCDEFGP hic *om.* E, *add. schol.* ATQ. SERUARI A ſeruari G asseruari B 13 & esse &E dicturam F 14 PERI A hercle. BA. mane E bachis BEF MANE *semel* A mamane P istanc BCEFP 15 *A.* II A A. abi *in ras.* D BA. abi BCEFGP partũ F, *corr. rec.* ego hic maneo BCDEFGP 16 (B.) ATQUI DUMEGO A B. SCIN A, at *add. corr. rec.* aḍ F, *corr.* F² sodes C, facias *add. corr.* sodes facias BDEFG sodes P, *corr.* P²

5. Arusian. p. 254 „pendebat' animi." 12. Lex. Maii p. 397 „dic—asseruari" (hic *om.*) 13. his me: Eugraph. in lemm. 15. ego hic maneo: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

BA. Quid? SY. Tránseundumst núnc tibi ad Ménedemum et tua pómpa
Eo tráducenda est. BA. Quám rem agis, scelus? SY. Égon? argentum cúdo,
Quod tíbi dem. BA. Dignam mé putas, quam inlúdas? SY. Non est témere.
BA. Etiámne tecum hic rés mihi est? SY. Minimé: tuom tibi réddo.
BA. Eátur. SY. Sequere hac. heús, Dromo. DR. Quis mé uolt? SY. Syrus. DR. Quid ést rei?
SY. Ancíllas omnes Bácchidis tradúce huc ad uos própere.
DR. Quam obrém? SY. Ne quaeras: éfferant quae sécum huc attulérunt.
Sperábit sumptum síbi senex leuátum esse harunc ábitu:
Ne ille haút scit, hoc paulúm lucri quantum éī damnum adpórtet.
Tu néscis id quod scís, Dromo, si sápies. DR. Mutum díces.

17 (*Δ.*) QUID B. TRANSSEUNDUMST A transeundum huc nunc tibi ad Menedemum est D[1] G (huc nunc *expuncta in* D) transeundum tibi ad Menedemum est (*om.* nunc) BCEFP 18 (EO)TRADUCENDA transduceda D tranſducenda G EGO A egone D egon BCE ergon, n *in ras.*, F egon, n *in ras.*, P 19 illudas B ñ temere ē D non hoc temere ē G 20 (*Δ.* ET)IAMNE TUUM A reddo *om.* D[1], *add.* D[2] 21 (*Δ.* E)ATUR sequere me hac DG 22 (B. AN)CILLAS bachidis BCEF traduc F 23 (A. QU)AMOBREM et ferant BCDEFGP (ecferant F?) KAC A 24 (SPE)RABIT KARUNCATU A, *corr. rec.* harunt C haru||| P harum F habitu D 25 (NE)ILLE audſcit G haut C, *corr.* C[2] haut scit aut P, *corr.* P[2] hoc *inter lineas* C paululum BCDEFGP DAMNUM A dāpnū E damni D damni BCGP dāpni F apportet B *In* A *us. fractus est post* EI 26 (TUNESC)ISQUOD (*ut* ID *desit*) A quod scis id E si|| E sapis D, *corr.* D[2] ſapiſ G

18. Egone : Eugraph. in lemm. — Eutych. p. 179 Lind. „argentum cudo.“ — Lex. Maii p. 120 „argentum cudo quod dem tibi.“ 26. Donat. in Eun. IV 4, 54 „nescis—sapis.‘ “ — mutum me dices : Eugraph.

Digitized by Google

A CHREMES SENEX *B* SYRUS SERUOS

CH. Ita mé di amabunt, út nunc Menedemí uicem IV 5
Miserét me: tantum déuenisse ad eúm mali. 750
Illáncine mulierem álere cum illa fámilia!
Etsí scio, hosce aliquód dies non séntiet:
Ita mágno desidério fuit ei fílius. 5
Verum úbi uidebit tántos sibi sumptús domi
Cotídianos fíeri nec fierí modum, 755
Optábit rursum ut ábeat ab se fílius.
Syrum óptume eccum. SY. Césso hunc adorirí? CH. Syre.
SY. Hem.
CH. Quid ést? SY. Te mihi ipsum iám dudum optabám dari. 10
CH. Vidére egisse iám nescio quid cúm sene.
SY. De illó quod dudum? díctum ac factum réddidi. 760
CH. Bonán fide? SY. Bona hércle. CH. Non possúm pati,

IV 5 *A* CHREMES SENEX *B* SYRVS SERVVS D CHREMES SENEX SYRVS SERVVS PC CHREMES SYRVS F CREMES. SYRVS G CHREMES. SIR' E 1 nō *om.* D¹, *add.* D² MENEDEMI uecem A, uecem *add. corr. rec.* 3 illa *om.* D¹ *add.* D² 4 aliquod F¹G *cum* A 5 *Versus deest in* E 6 SUMPTOS AP¹ fūtus G domi *om.* A 8 OBTABIT AG rursus D habeat G 10 A quid ⌣, d ⌣ *in ras.*, D *Post Syri notam sex fere litterae erasae sunt in* A (EKEM *tinctura adhibita legit W. Studemund*): *tum* TEIPSUM exoptabam BCDEFGP 11 jā D qd *ex* qđ D² 12 SY. dictū G dictum *om.* C¹, *add. schol. in marg.* 13 SYR. bona. CHR. hercle non *Bentleius.*

IV 5. 3. Priscian. I p. 593 „Illancine—familia."

Digitized by Google

Quin tíbi caput demúlceam: accede húc, Syre:
Faciám boni tibi áliquid pro ista re, ác lubens.
SY. At sí scias quam scíte in mentem uénerit.
CH. Vah, glóriare euénisse ex senténtia? 765
SY. Non hércle uero, uérum dico. CH. Díc quid est?
SY. Tui Clítiphonis ésse amicam hanc Bácchidem
Menedémo dixit Clínia, et ea grátia
Secum ádduxisse, né tu id persentísceres.
CH. Probé. SY. Dic sodes. CH. Nímium, inquam. SY. Immo sí scias. 770
Sed pórro ausculta, quód super est falláciae.
Sese ípse dicit tuám uidisse fíliam:
Eius síbi conplacitam fórmam, postquam aspéxerit:
Hanc cúpere uxorem. CH. Módone quae inuentá est? SY. Eam:
Et quídem iubebit pósci. CH. Quam obrem istúc, Syre? 775
Nam prórsum nihil íntéllego. SY. Vah, tárdus es.
CH. Fortásse. SY. Argentum dábitur eī ad núptias,
Aurum átque uestem quí.. tenesne? CH. Cómparet?

14 capud D acce^{de} C, *corr.* C^2 15 *Versus plane erasus est in* A bona G tibi boni E 16 Ad^{t} C, *corr. schol.* Ac G scite in^{mihi} D, mihi *add.* D^2 scite mihi in BCEFP 18 ercle G uero *ex* uere D^2 19 bachidem BCE 20 e^{a}gra$^{\wedge}$ G 22 SYR. immo sic satis BCDEFGP 24 dicet BCDEFGP 25 sibi^{ēē} D, ēē *add. schol.* conplacitam CFP *cum* A 26 Hanc se cupere BCEFP Hanc cu^{se}ppere D, se *add.* D^2 modon|| BD modon EF modo neq. inuenta G modo ne,(que C, *corr.* C^2 27 ui^{b}debit D 28 prorsus BCDEFGP intellego CF intellego B$^{i\ i}$ uah$^{t\ hui}$ D, *corr.* D^2 hui BCEFP 29 FA^{ce}SSE A, facesse *effecit corr. rec.* (FA^{or}SSE *enotarunt A. Michaelis et W. Studemund*) dabi^{u}trilli G illi D 30 tenef. CHR. ut cōpar& G$^{\wedge}$

16. Festus p. 330 M. [Scitae alias quae sunt] bona facie alias bonis [artibus mulieres a p]oetis usurpantur. Te[rentius.....] et [idem in Heauton timorumeno] „at si scias quam scitae [in mentem uener]it." — Lex. Maii p. 528 „nescis quam scite mihi uenit in mentem." 17. Diomed. p. 389 „gloriare—sententia." 21. Priscian. I p. 428 „ne tu id persentisceres." 28. Seru. in Ecl. 10, 19, tardus es." 31. neque despondeo: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

SY. Id ípsum. CH. At ego illi néque do neque despóndeo.
SY. Non? quam óbrem? CH. Quam obrem? mé rogas? homini?
SY. Vt lubet.
Non égo dicebam in pérpetuom ut illam illí dares,
Verum út simulares. CH. Nón meast simulátio:
Ita tu ístaec tua miscéto, ne me admísceas.
Egon, cuí daturus nón sum, ut ei despóndeam?
SY. Credébam. CH. Minime. SY. Scíte poterat fieri:
Et ego hóc, quia dudum tú tantopere suáseras,
Eo coépi. CH. Credo. SY. Céterum equidem istúc, Chremes,
Aequí bonique fácio. CH. Atqui quam máxume
Volo té dare operam ut fiat, uerum aliá uia.
SY. Fiát, quaeratur áliquid. set illut quód tibi
Dixí de argento, quód ista debet Bácchidi,
Id núnc reddendumstílli: neque tu scílicet
Illúc confugies: 'quíd mea? num míhi datumst?
Num iússi? num illa oppígnerare fíliam
Meám me inuito pótuit?' uerum illúd, Chremes,
Dicúnt: 'ius summum saépe summa est málitia.'

31 illic F neq; illi G nec *bis* BCFP neq; do t nec neq; D, *corr.* D² NEQ. SPONDEO A dęspondeo D diſpondeo G despondebo E 33 Non ego perpetuo diccbam ut BCEFP Non ego dicebam perpetuo ut DG INPERPETUUM A 34 Verum id ſimulareſ G est *om.* P mea est E 35 me ne DG 36 t sū sim D, *corr.* D² sim BCEFGP diſpondeam G 37 c site C, *corr. schol.* poterat scite DG FIERIṬ A, T *induxit corr. rec.* 38 ^ tanto opere D tanto opere BCFGP iusseras BCDEFGP 39 EGOCOEPI A CKREME ABCEFP chremes DG 40 atq, in G cum maxime CD¹G tum maxime BD²EF cum maxime P 42 aliud||, ud *in ras.*, D aliud i o BCEFP ſeq illud G 43 QUID A, *corr. rec.* bachidi BE 44 redden- e dūst D illi *om.* A 45 Eo nunc confugies BCDEFGP A. quid mea D e datūst D dat' ſt G 46 DUMIUSSI A Num||||iussi P *In* FP *us. exit* B *in* meam 47 uerū D CKREME A *cum rell.* 48 ē ſuma D malicia G malitia est BCEFP

46. 47. Lex. Maii p. 402 „‚non' illa—potuit." — Id. p. 447 „num ‚ille'—potuit." 48. summum ius: Eugraph. in lemm. — Cf. Cic. Off. I 10, 33. Columella I 7, 2. Hieron. Epist. I p. 7 Vall.

Digitized by Google

CH. Haud fáciam. SY. Immo aliis sí licet, tibi nón licet:
Omnés te in lauta *esse* ét bene aucta *ré* putant.
CH. Quin égomet iam ad eam déferam. SY. Immo fílium
Iube pótius. CH. Quam obrem? SY. Quía enim in eum suspíciost
Transláta amoris. CH. Quíd tum? SY. Quia uidébitur
Magis uéri simile id ésse, cum hic illí dabit:
Et símul conficiam fácilius ego quód uolo.
Ipse ádeo adest: abi, éffer argentum. CH. Éffero.

Γ CLITIPHO ADULESCENS *B* SYRUS SERUOS

IV 6 CL. Nullá est tam facilis rés, quin difficilís siet,
Quam inuítus facias. uél me haec deambulátio,
Quam nón laboriósa, ad languorém dedit.
Nec quícquam magis nunc métuo quam ne dénuo
Miser áliquo extrudar hínc, ne accedam ad Bácchidem.
Vt té quidem omnes dí deae quantum ést, Syre,
Cum istóc inuento cúmque incepto pérduint!
Huiús modi mihi res sémper comminíscere,

49 Haut C'D aliụ̇ſ G 50 OMNESTEINLAUTAETBENEACTAPARTE PUTANT A *cum rell., nisi quod* laute E Omnes te in lauta esse et bene aucta re putant *Bentleius Versum proscripsit Guyetus* 52 in ẹụ̄ (hunc) D, *corr.* D² in hunc CEFP 53 QUITUM A 54 cū (hic) illi G 55 (con) pficiā D, *corr.* D² pficiā G facilius (l) D eṛgo D 56 ec̣fer (f) D, *corr.* D² ac fer G hęc fero D¹, a+ ec fero. i. ecce *schol.* ecfero G offero (e) F, *corr.* F²

IV 6 *Γ* CLITIPHO ADVLESC̄ *B* SYRVS SERVVS *A* CHREMES SENEX D CLITIPHO ADVLESCENS SYRVS SERVVS PC CLITIPHO. SYRVS EFG 1 re G DIFICILIS A 4 magis (nunc) D, nunc *add.* D² (ma) giſ n̄c̄ G nunc magis BCEFP denuo, nu *in ras.*, D 5 bachidem BCEF BA(CCKIDEM) 6 & te, & t *in ras.*, D Et te EF omnes quidem BCF'P, quidem *erasum in* F, *om.* E di deae *Guyetus et Bentleius* DIDEAEQ. A *cum rell.* (deẹaeq; BC) SY(RE) 7 Cum tuo istoc BCDEFGP iuento (n) D perdunt D 8 semp̣ mihi res DG mihi *om.* CFP commiscere (ni) excogitas E, *corr.* E²

IV 6. 8. 9. Lex. Maii p. 119 „huiusmodi res comminiscere ut me excarnifices."

Digitized by Google

Vbi me éxcarnufices. SY. Íbin hinc quo dignus es?
Quam paéne tua me pérdidit protéruitas!
CL. Vellem hércle factum, ita méritu's. SY. Meritus? quó modo?
Ne mé istuc ex te príus audisse gaúdeo,
Quam argéntum haberes, quód daturus iám fui.
CL. Quid igitur dicam? tíbi †uisabisti, mihi
Amícam adduxti, quám non licitumst tángere.
SY. Iam nón sum iratus. sét scin ubi sit núnc tibi
Tua Bácchis? CL. Aput nos. SY. Nón. CL. Vbi ergo?
SY. Aput Clíniam.
CL. Perií. SY. Bono animo es: iam árgentum ad eam déferes,
Quod eí pollicitu's. CL. Gárris. unde? SY. A tuó patre.
CL. Ludís fortasse me? SY. Ípsa re experíbere.
CL. Ne ego hómo sum fortunátus: deamo té, Syre.
SY. Sed páter egreditur. cáue quicquam admirátus sis,
Qua caúsa id fiat: óbsecundato ín loco:
Quod ímperabit fácito: loquitor paúcula.

9 me *om.* D¹, *add.* D² excarnifices D, *corr.* D² ibin hinc *Bentleius* ISKINC A ii hinc G in hinc, in *in ras.*, tu *add. corr.*, D i tu hinc BCEFP (i *in ras.* F) 10 poene B 11 ITAMERITUS (*om.* es) A *cum rell.* Q(UOMODO) 12 prius ex te E AUDIUISSE A *cum rell.* 13 heref G 14 DICAMTIBIUISABISTIMIKI A tibi uis dicam abisti mihi BCDEFGP 15 adduxi G LICITUMSI(TTANGERE) A liceat BCDEFGP 16 nunc sit BCEFP 17 bachis BCEG UBIIGITUR A clinam F 18 perii, ii *in ras.*, D defferes D defferes C 19 *Versum add.* P² *in marg.* POLLICITUS (*om.* es) A es pollicitus BCDEFGP unde id BCDEFGP (es *et* id *inter lineas* C) 21 SUMKOMOFORTUNATUS A homo sum fortunatus DG fortunatus homo sum BFP forunatis homo sum C homo fortunatus sum E 22. 23. *Hunc ordinem uersuum constituit Muretus: in libris inuersus est.* 22 SIES A *cum rell.* 23 obsecudato D, *corr.* D² 24 LOQUITUR A

9. Priscian. I p. 402 „ubi me excarnifices." 12. audisse: Eugraph. in lemm. 14. quid igitur dicam: Eugraph. in lemm. 18. Macrob. de diff. u. p. 258 Ian. „bono animo es." 21. Seru. in Aen. I 106 „deamo te Syre." 22. 23. *inuerso ordine legit Eugraphius.* 24. Diomed. p. 339 „Loquitor" „largitor" reperimus apud T. „loquitor paucula." — Seru. in Georg. I 187 „loquitor paucula."

Digitized by Google

A CHREMES SENEX *Γ* CLITIPHO ADULESCENS *B* SYRUS SERUOS

IV 7 CH. Vbi Clítipho hic est? SY. 'Éccum me' inque. CL. Eccum híc tibi.
CH. Quid rei ésset dixti huic? SY. Díxi pleraque ómnia.
CH. Cape hóc argentum ac défer. SY. I: quid stás, lapis?
Quin áccipis? CL. Cedo sáne. SY. Sequere hac me ócius:
Tu hic nós, dum eximus, ínterea opperíbere:
Nam níhil est illic quód moremur diútius.
CH. Minás quidem iam décem habet a me fília,
Quas pró alimentis ésse nunc ducó datas:
Hasce órnamentis cónsequentur álterae:
Porro haéc talenta dótis adposcúnt duo.
Quam múlta iniusta ac práua fiunt móribus!
Mihi núnc relictis rébus inueniúndus est
Aliquís, labore inuénta mea cui dém bona.

IV 7 *Non est noua scaena in* D CHREMES SYRVS CLITIPHO P² CHREMES SENEX C', *tum* CLITIPHO SIRVS SERVVS *in ras. a corr. rec., quandoquidem non suis figuris a pr. attributa erant nomina.* CHREMES CLITIPHO SYRVS F CHREMES. SYRVS. CLITIPHO G CHREMES. SYR'. CLĪT. E 1 CLITIPKOKINCEST A clitipho hic est D'G', nunc D², at nc G clitipho nunc est BCEFP CLIT. eccū dic tibi G 2 quid tibi rei D DIXTIN A *cum rell.* 3 II A ei BCDEFP (ei *ex* in? D) 4 hac nunc ocius C'E hac nc ocius, hac *in ras.*, nc *a corr.*, D me hac nunc ocius BC²FP *Tum Γ.* sequor. *B. add.* D² 5 operibere E 8 QUASORNAMENTIS A Quas p. ornamentis D, p *expunxit* D² Quas pro ornamentis P Q||||a p ornamentis G Quas hortamentis BC Quas p alimentis ornamentis E, *corr. rec.* Quas pro alimentis F *in ras.* n̄ duc o G 9 consequentur—10. duo *in* E *a corr. rec. in rasura scripta* (*ut uidetur, renouata*) *sunt* 10 adposcent BCDEFGP 11 MULTAINIUSTAACPRAUA A *cum rell.* (in iusta F) multa iusta iniusta *Eugraphius* 12 (nu)nc relictis reb(us) *in ras.* D est *om.* BC

IV 7. 1. Phocas Art. p. 350 Lind. „inque" apud T. lectum est. (cf. Phorm. V 8, 26). 8. Eugraphius „quas pro hortamentis: hoc est nutrimentis. hortatores enim dicuntur qui equos nutriunt. denique alia „hortamentis" alia „ornamentis" contulit. 11. Quam multa iusta iniusta: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

B MENEDEMUS *A* CHREMES
SENES II

ME. Multo ómnium nunc mé fortunatíssimum IV 8
Factúm puto esse, cúm te, gnate, intéllego
Resipísse. CH. Vt errat. ME. Te ípsum quaerebám, Chremes:
Seruá, quod in te est, fílium et me et fámiliam. 845
CH. Dic quíd uis faciam? ME. Inuénisti hodie fíliam. 5
CH. Quid tum? ME. Hánc uxorem sibi dari uolt Clínia.
CH. Quaesó quid tu hominis és? ME. Quid [est]? CH. Iamne oblítus es,
Intér nos quid sit dictum de fallácia,
Vt eá uia abs te argéntum auferretúr? ME. Scio. 850
CH. Ea rés nunc agitur ípsa. ME. Quid narrás, Chremes? 10
Immo haéc quidem quae apút me est, Clitiphónis est
Amica: ita aiunt. CH. Ét tu credis ómnia:
Et illum áiunt uelle uxórem, ut cum despónderis

IV 8 *Δ* MENEDEMVS SENES *Γ* CHREMES .II. **D** MENEDEMVS CHREMES SENES **P** MENEDEMVS. SENEX CHREMES .II. **C** MENEDEMVS CHREMES **FG** MENEDEM' CHRĒ **E** 1 me *om.* **G** : nunc **D**, *corr.* D^2 me nunc **BCEFP** 2 gnate cum te **BCDEFGP** intelligo **B** 3 CKREME **A** *cum rell.* 4 FILIUM MEACFAMILIAM **A** 5 Cedo quid uis **BCDEFGP** filiũm **E**, *corr.* E^2 6 SIBIUXOREM **A** dare **BC** 7 tu *om.* **BCDEFGP** *B.* QUIDEST **A** quid (*om.* est) **BCDEFGP** 9 auferet? **G** 10 Quid dixti **BCDEFGP** CKREME **A** *cum rell. Post* Chreme *in* **CFP** *additum est* erraui: *tum a scholl. in marg.:* Res acta ē. quanta de spe decidi (*nisi quod* Sic at ifta hec Ref **F**, cecidi **P**): *quae omnia irrepserunt in* **BDE** (cecidi **B**): erraui quanta de ſpe decidi *in* **G** 11 *Γ* & quidē istaec quę ē apud te Clitiphonis ē **D** CHR. Et qdē ifta hec ||||||| aput te Clitiphonis est **G** CHR. Et quidem haec quae apud te est Clitiphonis est **BCEFP** *In* **A** *corr. rec. personarum notas praefixit A. ante* IMMO, *B.* (*ut uidetur*) *ante* ITAAIUNT, *B. ante* OMNIA, *A. ante* ETILLUM 12 MEN. ita aiunt. CH. et tu **CDGP**¹ MEN. ita aiunt. CH. et tu credis? MEN. omnia **BEFP**² *Chremetis orationem ab* ita aiunt *incipit Bentleius* 13 CH. Et illum **BEFP**² illam *Bentleius* quū **G** desponderim **BCDEFGP**

IV 8 2. Priscian. I p. 500 „cum intellego Resipisse" pro ‚resipiuisse.' 7. quaeso quid hominis: Eugraph. in lemm. 11. Eugraphius *Chremeti dat haec* „Nempe haec quae apud te." — *tum*: haec quae apud te est Clitiphonis est amica."

Digitized by Google

Des qui aúrum ac uestem atque ália quae opus sunt cómparet.
ME. Id ést profecto: id amícae dabitur. CH. Scílicet
Datúrum. ME. Ah, frustra sum ígitur gauisús miser.
Quiduís tamen iam málo quam hunc amíttere.
Quid núnc renuntiem áps te responsúm, Chremes,
Ne séntiat me sénsisse atque aegré ferat?
CH. Aegré? nimium illi, Ménedeme, indulgés. ME. Sine:
Incéptumst: perfice hóc mihi perpetuó, Chremes.
CH. Dic cónuenisse, egísse te de núptiis.
ME. Dicám. quid deinde? CH. Mé facturum esse ómnia,
Generúm placere: póstremo etiam, sí uoles,
Despónsam quoque esse dícito. ME. Em, istuc uólueram.
CH. Tanto ócius te ut póscat et tu, id quód cupis,
Quam ocíssime ut des. ME. Cúpio. CH. Ne tu própediem,
Vt istám rem uideo, istíus obsaturábere.
Sed haéc uti sunt, caútim et paulatím dabis,
Si sápies. ME. Faciam. CH. Abi íntro: uide quid póstulet.
Ego dómi ero, siquid mé uoles. ME. Sané uolo:
Nam té scientem fáciam, quidquid égero.

14 et uestem **BCEFP** SUNT(COMPARET) conparet **C** 15 Idō pfecto **E** est *om.* **G** amice **BC** 16 ah *Bentleius* UAK **A** *cum rell.* igitur sum **BCDEFGP** 17 *Versus omissus est in* **A** 18 CKREMES **A** Chreme *rell.* 19 sensise **D** 21 ịn perpetuo **D** in ppetuō **G** CKREME **A** *cum rell.* 23 factu era esse **G** 25 esse *om.* **E** hem **BE** em **DF** ISTUC(UOLUERAM) 26 TANTOCIUS **A** tantocis **G** 28 istanc **DG** istius *om.* **E** 29 Sed ut ut istaec sunt **C** Sed ut uti istaec sunt **P** Sed ut istaec sunt **B** Sed haec ut ista ut sunt **F** Sed haec ita ut sunt **E** S' hęc ista ut sunt **D** S' hęc ut sunt **G** cautitē **E**, *corr. rec.* 30 sapias **F**, *corr. schol.* sapis **G** qđ **F**, *corr.* F^2 postulet **D**, *corr.* D^2 postulent **BCEFP** 32 sciente|| **D** sciente **CFP** quicquid **BCDEF**

14. Non. p. 256 „‚discubia' aurum et uestem—comparet." 15. Eugraphius: id amicae dabitur] Vel confirmantis pronuntiatio(ne) accipi potest uel quasi cum affirmatione interrogatio. 17. *agnoscitur ab Eugraphio.* 26. 27. Lex. Maii p. 394 „tu id quod cupis quam ocissime ‚tu' des." 28. Gloss. ap. Mai. Class. Auct. VI p. 535 „obsaturabere" saturaberis. 29. 30. Lex. Maii p. 120 „cautim—sapies." 32. Arusian. p. 262 „Nam —quicquid egero." — Eugraphius „te sciente": h. e. non te ignaro.

Digitized by Google

B MENEDEMUS *A* CHREMES
SENES II

ME. Égo me non tam astútum neque ita pérspicacem esse íd scio: V 1
Séd hic adiutor méus et monitor ét praemonstratór Chremes
Hóc mihi praestat: ín me quiduis hárum rerum cónuenit,
Quaé sunt dicta in stúlto, caudex, stípes, asinus, plúmbeus:
Ín illum nihil potést: exuperat eíus stultitia haec ómnia.
CH. Óhe, desiste inquám deos, uxor, grátulando optúndere,
Túam esse inuentam gnátam: nisi illos éx tuo ingenio iúdicas,
Vt nihil credas íntellegere, níbi idem dictumst céntiens.
Séd interim quid illíc iam dudum gnátus cessat cúm Syro?

V 1 *Δ* MENEDEMVS SENES .II. *A* CHREMES *Γ* CLITIPHO ADOLESC. *B* SYRVS SERVVS D
MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SYRVS PF MENEDEMVS. SENEX CHREMES .II C MENEDEMVS CHREMES EG 1 ita ta perspicacem D, *corr.* D² tā pſpicacem G ita *om.* E id certo scio BCD²EFP (certe D¹) idcirco ſcio G 2 hic ~ B chremef CHR. F 4 dictae *ex* dicta D t a dictę E, *corr.* E² in stultum BCDEFGP ſtipeus G plumpeus b D 5 nam EXUPERAT A, nam *add. corr. rec.* nam exsuperat BCDEFGP (exuperat D) 6 (A.....)ESINE INQUAMDEOS A Ohe iam desine deos (inquam *om.*) BCDEFGP desiste i *Fleckeisenus* optundere D *cum* A 7 (TUAM)ESSE 8 intellegere C intelligere BF nisi si idem BP dictum sit centies BCDEFGP (dictum *ex* ductum D) 9 (SED)INTERIM cessat gnatus E

V 1. 3. 4. Donat. in Eun. prol. 6 „in ‚quem'—in ‚stultum.'" — Lex. Maii p. 100 „in me quiduis horum ‚conuenio' quae—plumbeus" (stultum). 9. Seru. in Aen. III 430 „quid illic natus cessat cum Syro."

Digitized by Google

ME. Quós aïs hominés, Chremes, cessáre? CH. Ehem, Menedeme, áduenis?
Díc mihi, Cliniaé quae dixti núntiauisti? ME. Ómnia.
CH. Quíd aït? ME. Gaudere ádeo coepit, quási qui cupiunt núptias.
CH. Háhahae. ME. Quid risísti? CH. Serui uénere in mentém Syri
Cálliditates. ME. Ítane? CH. Voltus quóque hominum fingít scelus.
ME. Gnátus quod se adsímulat laetum, id dícis? CH. Id. ME. Idem istúc mihi
Vénit in mentém. CH. Veterator. ME. Mágis, si magis nóris, putes
Íta rem esse. CH. Ain tu? ME. Quín tu ausculta. CH. Máne *dum*, hoc prius scire éxpeto,
Quíd perdideris. nam úbi desponsam núntiasti fílio,
Cóntinuo iniecísse uerba tíbi Dromonem scílicet,
Spónsae uestem aurum átque ancillas ópus esse: argentum út dares.
ME. Nón. CH. Quid? non? ME. Non ínquam. CH. Neque ipse gnátus? ME. Nihil prorsúm, Chremes.
Mágis unum etiam instáre, ut hodie cónficiantur núptiae.

10 (*B.* QUO)S CKREME A *cum rell.* (creme C) 11 (DICM)IKI DIXTI NUNTIAUISTI A dixi nuntiastin BCDEFP dixi nunciaſti G omnia adueni F 12 (*A.* QUI)D cępit E occepit BCP 13 (*A.* KA)KAKAE ahahae F 14 (CA)LLIDITATES fingit *ex* fungit F scelus E² *in marg.* 15 (*B.* G)NATUS assimulat B assimulabat E laetu qd dicis G itidem istuc BCDEFGP m|||||||||||||||| uenit G 16 (UENITINM)ENTEM 17 manedum *Bentleius* MANE A *cum rell.* éxpeto *ex* expecto E EXPE(TO) 18 Quid *ex* Quod E deſponſam, *altera* ſ *in ras.*, F NUNTIAUISTI A 19 iniecisse se P 20 UESTEMAURUMATQ. ANCILLAS AD¹G uestem aurum ancillas BCD²EFP 21 CHR. qd ita G *A.* ñ dico inquã D iſpſe G prorsus BCDEFGP CKREME A *cum rell.* (chremes B?) *In* A *us. dissectus est post* GNATUS 22 hoc unũ D hoc unũ G conficerentur BCDEFGP

17. mane, hoc prius: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

CH. Míra narras. quíd Syrus meus? ne ís quidem quicquám?
ME. Nihil.
CH. Quam óbrem, nescio. ME. Équidem miror, qui ália tam
plané scias.
Séd ille tuom quoqué Syrus isdem míre finxit fílium,
Vt ne paululúm quidem subolat ésse amicam hanc Clíniae.
CH. Quíd agit? ME. Mitto iam ósculari atque ámplexari: id níhil
puto.
CH. Quíd est quod amplíus simuletur? ME. Váh. CH. Quid est?
ME. Audí modo.
Ést mihi in ultimís conclaue aédibus quoddám retro:
Húc est intro látus lectus, uéstimentis strátus est.
CH. Quíd postquam hoc est fáctum? ME. Dictum fáctum huc
abiit Clítipho.
CH. Sólus? ME. Solus. CH. Tímeo. ME. Bacchis cónsecutast
ílico.
CH. Sóla? ME. Sola. CH. Périi. ME. Vbi abiere intro, operuere
óstium. CH. Hem,

23 ||| nil hi narras G ne isdem quicquam *bis* E 24 *Sic personas distinxerunt Guyetus et Bentleius.* *A* nescio *Menedemi orationem incipiunt libri* equidē s' te miror D eqdē i Γ it miror G equidem sed te miror BCEFP qui || alia D *In* D *u.* 25. 26 *inuerso ordine post u.* 31 *scripti, sed expuncti et a corr. uero ordine in margine superiore positi sunt, signis in suum locum reuocati* 25 Γ G TUUM A *cum* DE²G tuus BCE¹FP ISDEM A, S *deleuit corr. rec.* idem BCDEFP, *om.* G finx̄ G¹, docuit *schol.* finxit *in ras.*, filiam *a corr.* P 26 paulum BCDEFP e subolat FP, *corr.* F¹P² suboleat DEG 27 QUIDAGIT A Quid ais BCDEFGP o mitto E, *corr.* E² omitto FG atq: *om.* E¹, *add.* E² id AMPLEXARINIKIL A, id *add. corr. rec.* id nihil *rell.* 28 ampluuſ ſimuletur G 29 in ultimis conclaue ịn ędibus D ultimis conclaue in aedibuſ G 30 ſtrat' ē DG, *corr.* D²G¹ ſtratuſ eſt mọdọ F 31 Qui d G POSTQUAM A dictum ac factum BCDEFGP ABITCL(ITIPKO) A M habiit G 32 BA. consecuta E, *corr.* E² bachis BF 33 *A* || perii D CHR. rii G i abere E, *corr.* E² u operiere C, *corr.* C² hostium *in marg.* E
A

25. tuum: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Clínia haec fierí uidebat? ME. Quíd ni? mecum uná simul.
CH. Filí est amica Bácchis: Menedeme, óccidi.
ME. Quam obrém? CH. Decem diérum uix mihi est fámilia.
ME. Quid? istúc times quod ille óperam amico dát suo? 910
CH. Immó quod amicae. ME. Sí dat. CH. An dubium íd tibi est?
Quemquámne animo tam cómi esse aut leni putas,
Qui sé uidente amícam patiatúr suam!
ME. Quid ní? quo uerba fácilius dentúr mihi.
CH. Derídes merito. míhi nunc ego suscénseo: 915
Quod rés dedere, ubi póssem persentíscere,
Ni essém lapis! quae uídi! uae miseró mihi.
At né illud haud inúltum, si uiuó, ferent:
Nam iám.. ME. Non tu te cóhibes? non te réspicis?
Non tíbi ego exempli sátis sum? CH. Prae iracúndia, 920
Menedéme, non sum apút me. ME. Tene istúc loqui!
Nonne íd flagitiumst, te áliis consiliúm dare,
Foris sápere, tibi non pótis esse auxiliárier?

34 qnni *add.* F^2 una mecum **BCEFP** 35 FILIAEST **A** amica est **BCEFP** bachis **BEF** 36 Decē uix dierum **D** mihi uix est **BCFP** 38 IMMOAMICAE (*om.* quod) **A** 39 QUEMQUAMNEANIMOTAMCOMMUNI ESSEAUTLENIPU(TAS) **A** Quēquāne animo tā cōmuni cē & leni putas, nimo *et* cō(m uni *in ras.*, **D** Quemquam animo tam communi esse et leni putas **BCEFGP**, *nisi quod* Quemquam ne **P**, *corr.* P^2, comuni **F** 40 SUAMSUBIGITARI **A**, SUBIGITARI *induxit corr. rec.* suam. MEN. ah **P** 41 Quid ni *in ras.* **P** MEN. ahhae *in ras.* **F** MEN. ah hahe **C** MEN. Hahahae **B** *Δ.* ah hahe **D** mē. ah ah he **E** ME. hahehe **G** facilius **D** 42 merito mihi. nunc **B** nunc ego mihi **DG** 43 Quod F^1 *cum* **A** POSSIM **A** 44 Ni si **D**, *corr.* D^2 Nisi, Nis *a corr.*, **F** quę|| **E** qui||uidi **G** 45 ANNE **A** Aḍ t **C** haut C^1DP INUITUM **A** ferrent **C** 46 non reſpiciſ i ſ **F**, *corr.* F^2 RESPICIES **A** 47 ego *om.* **AG** 48 aput **G** *cum* **A** 49 nūnę **D**, ne *expunxit* D^2 flagitiū est **C**, est *add. schol.* 50 NONPOSSEAUXILIARIER **A** non posse te auxiliarier *rell.* potis esse *Fleckeisenus*

36. uix mihi est: Eugraphius. 40. Donat. in Eun. III 2, 26 „Quisuam." 42. merito mihi nunc ego suscenseo": Eugraph. in lemm. 45. 46. Donat. in Hec. V 1, 17 „At ne—cohibes." (non iam). 47. ego tibi: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

CH. Quid fáciam? ME. Id quod me fécisse aiebás parum.
Fac té patrem esse séntiat: fac ut aúdeat
Tibi crédere omnia, áps te petere et póscere:
Nequam áliam quaerat cópiam ac te déserat.
CH. Immo ábeat potius málo quouis géntium,
Quam hic pér flagitium ad ínopiam redigát patrem:
Nam siílli pergo súppeditare súmptibus,
Menedéme, mihi † illaec uére ad rastros rés redit.
ME. Quod incómmoditates hác re accipies, nísi caues!
Difficilem ostendes té esse et ignoscés tamen
Post, ét id ingratum. CH. Ah néscis, quam doleam. ME. Vt lubet.
Quid hoc quód rogo, ut illa núbat nostro? nísi quid est
Quod mágis uis. CH. Immo et géner et adfinís placent.
ME. Quid dótis dicam té dixisse fílio?
Quid ópticuisti? CH. Dótis? ME. Ita dico. CH. Áh. ME. Chremes,
Nequíd uereare, sí minus: nihil nos dós mouet.
CH. Dúo talenta pró re nostra ego ésse decreuí satis:

51 PAVLVM A, *corr. rec.* 52 ut sentiat D ut ſenciat G ut ſentiat—*u.* 53 omnia *in marg.* E² AVDEANT A, N *induxit corr. rec.* 54 deſiderat G 56 KABEAT A habeat C POTIUSMULTO A potius malo E? multo malo BCDFGP QVIVIS A, *corr. rec.* 56 hoc F, *corr.* F² p *om.* D¹, *add.* D² 57 pgo D, *corr.* D² pergam BCEFP ſūptuſ G 58 *In* A *post* MIKI *plane erasa sunt ea quorum loco corr. rec. superaddidit* illec uero, *nisi quod post* o *translucet* A : *spatium undecim antiquis litteris sufficit* illaec uere (B?)CDEFGP illic *Bentleius* RASTROSREDIT A, res *add. corr. rec.* 59 incommodit tibi D incommoda tibi E cōmoda tibi G incommoda tibi BCFP INKACRE A *cum rell.* capies BCDEFGP 60 Dificilē D TEESSEOSTENDESET AD¹G (ostendis D²) ostendis te esse et B?CEFP (ostendes B?) 61 et id erit ingratum BCDFGP (erit *om.* E *cum* A, *sed add. schol.*) 62 quod rogo D, *corr.* D² quod uolo BCEFP 63 mauis BCP malis DEFG gener|||| a||ffines D ADFINIS A affines B adfines *rell.* 64 *B. notam om.* A¹, *add. corr. rec.* 65 opticuisti BCF *cum* A (op||ticuisti C) CKREME ABCDEFP creme G 66 si est minus E si minus ē DG

53. Donat. in Eun. I 2, 43 „abs—poscere." 57. Arusian. p. 261 „Nam - sumptibus."

Digitized by Google

Séd ita dictu opus ést, si me uis sáluom esse et rem et fílium,
Mé mea omniá bona doti díxisse illi. ME. Quám rem agis?
CH. Id mirari té simulato et íllum hoc rogitató simul,
Quam óbrem id faciam. ME. Quín ego uero quam óbrem id facias néscio.
CH. Égone? ut eius ánimum, qui nunc lúxuria et lascíuia
Díffluit, retúndam, redigam, ut quó se uortat nésciat.
ME. Quíd agis? CH. Mitte: síne me in hac re gérere mihi morém. ME. Sino:
Ítane uis? CH. Ita. ME. Fíat. CH. Ac iam uxórem ut accersát paret.
Híc ita ut liberós est aequom dictis confutábitur.
Séd Syrum quidem égo si uiuo ádeo exornatúm dabo,
Ádeo depexum, út dum uiuat méminerit sempér mei.
Quí sibi me pro déridiculo ac délectamentó putat.
Nón, ita me di amént, auderet fácere haec uiduae múlieri,
Quae ín me fecit.

63 Dotem **BCDEFGP** ABDUC *ex* ABKUC **A** abduce *rell.* accepe **G** 64 num ini_quǫm **C** iniquon **E** iniquum, u *altera in ras.*, **D** iniquǫm **G** 66 ITANE **A** *cum rell.* itidē **DG** SIS *a corr. rec. deletis litteris superscriptum in* **A** (*fuisse uidetur* ES) siṣ **E** si||s **D** ſief **G** 67 amittere, a *ex corr.*, **D** dimittere **G** mittere **E** 68 ciuis turpe **BCDEFGP** INSESE **A** AMITTERET **AG** 69 dari, i *in ras.*, **D** 70 ITACUMUNO **A** deger& **G**¹, ⁊ rer& **G**² 71 ad **C**¹ (*cum* **A**) ob rem quam **G** hoe **DG** *In* **F** *us. exit in* quamobrem PH., *u.* 72. *in* haud 72 negas **D**, *corr.* **D**² negas **E**, *corr.* **E**² hauṭ **C** haud *om.* **D**¹, *add. corr. rec.* 74 denimpho **D** 75 TUUS **A** Tuus || damatus **D**, *corr.* **D**² dampnatus **F** 76 IAMDUCENDA **A** iam ducendū, c *in ras.*, **D** 78 pbibeo **D**, *corr.* **D**² 79 *totum Phormioni dat* **A** *Ante* tute *notam Z add.* **D**² tutei||dem, dem *in ras.*, **G** tu te *separauit Bothius*

62. Dotem: Donat. in lemm. — Dare dotem: Eugraph. in lemm. 66. Itane *et* itidem *et* sis: Donat. in lemm. 67. Donatus: Bene „ammittere", quia finis cupiditatis ammissio est. 68. c(iuis) t(urpe) *et* in se: Donat. in lemm. 71. Prisc. II p. 97 „Ita ‚cognatam' quidem. at nos unde?" 72. Donat. in Andr. III 1, 7. Adelph. II 2, 24 „Actum—agas." 75. Non. p. 276 „Tuus—tu" (natus). 78. Donatus: cum uxore hac) Id est ‚tali.' 79. Donatus: Tute idem melius feceris) Quidam sic intelligunt .. ut senex

Digitized by Google

DE. Itane és paratus fácere me aduorsum ómnia,
Infélix? PH. Metuit híc nos, tam etsi sédulo
Dissímulat. GE. Bene habent tíbi principia. PH. Quín quod est
Ferúndum fers? tuis dígnum factis féceris,
Vt amíci inter nos símus. DE. Egon tuam éxpetam
Amícitiam? aut te uísum aut auditúm uelim?
PH. Si cóncordabis cum ílla, habebis quaé tuam
Senectútem oblectet: réspice aetatém tuam.
DE. Te obléctet: tibi habe. PH. Mínue uero iram. DE. Hóc age.
Satis iám uerborumst: nísi tu properas múlierem
Abdúcere, ego illam eïciam: dixi, Phórmio.
PH. Si tu íllam attigeris sécus quam dignumst líberam,
Dicám tibi inpingam grándem: dixi, Démipho.
Siquíd opus fuerit, heús, domo me. GE. Intéllego.

80 Itanes CEP pa^ra^tuſ G adu^o^erſum G 81 hic me BCP 82 q̣c *ex* q̣n F 83 Ferundum, F *ex corr.*, D FERES A feras B CEFGP fo̧^e^ras D, *corr.* D² fers *Faërnus* factis dignum DG 84 expetā *ex* expectā G 85 amci^ci^am D aut certe E 86 CONCORDABIS, R *a corr. rec. in ras.*, A c̄cordabit G habebit G q^quae^. D, *corr.* D² 88 m|inue^ro^ |uero| D, *corr.* D² minu ⌉ o^ūo^ E, *corr. rec.* *Ante* hoc G *in spatio om. notam* DE. 89 Satin P ^DE^niſi G properes BCD²EFP (properas D'G *cum* A) 90 Adducere B Abducerem̄ P 92 ẠḌ^in^PINGAM A, *corr. rec.* inp|ig^n^ ||^ā^ || grandem D, *corr.* D² ing^pin^am F, *corr. schol.* demi||pho D 93 DO^mo^ME A, mo *add. corr. rec.* intelligo B

potius exeat quam eiciat filium. — Eugraphius : Tute idem feceris) Hoc ipsum tu recte feceris. — 82. Prisc. II p. 327 Habere pro esse. T. in Ph. „Bene tibi ‚se' habent principia." 83 feras : Donat. in lemm. 91. impingam : Eugraphius. —

Digitized by Google

DE. Quantá me cura et sóllicitudine ádficit II 4
Gnatús, qui me et se hisce ínpediuit núptiis!
Neque mihi ín conspectum pródit, ut saltém sciam,
Quid de eá re dicat quídue sit senténtiae.
Abi, uise redierítne iam an non dúm domum.
GE. Eó. DE. Videtis quo ín loco res haéc siet:
Quid ágo? dic, Hegio. HE. Égo? Cratinum cénseo,
Si tíbi uidetur. DE. Díc, Cratine. CRA. Méne uis?
DE. Te. CRA. Ego quae ín rem tuam sint éa uelim faciás: mihi
Sic hóc uidetur: quód te absente hic fílius
Egít, restitui in íntegrum aequom est ét bonum:
Et id ímpetrabis. dixi. DE. Dic nunc, Hégio.
HE. Ego sédulo dixísse hunc credo: uérum itast,

II 4 *Non est noua scaena in* A E DEMIPHO *B* GETA *M* (*M in ras.*) CRATINVS | *H* HEGIO *M* CRITO. SENEX SERVVS. III. D GETA DEMIPHO SERVVS SENEX CRATINVS HEGIO III CRITO DV (*sic*) P GETA SERVVS. DEMIPHO SENEX. ADVOCATI GRATINVS. HEGIO. III. CRITO C GETA SERV'. DEMIPHO SENEX. GRATINVS ADVOCATI HEGIO. CRITO TRES F DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINVS. CRITO E DEMIPHO G

1 curaṛ||ṭ G et C² *in ras.* afficit BE adfecit DFGP 2 hisce C, *spiritus a* C² 3 saltē *ex* salutē D 4 de hac BCDEFGP redigat C, *corr.* C² 5 Abi tu uise BCDFGP iā anūdū G NONDUM (etiam) A, etiam *add. corr. rec.* 6 uidebitiſ F 7 dic de hegio F heio (g) E, *corr. rec.* Egio P 8 M *nota in ras.* D *In* FP *uersus exit in* DEM. Te 9 ϵ iṭa (te) D, *corr.* D² DE. ita G M *nota in ras.* D Y QUAE (ego) A, ego *add. corr. rec.* CRA. ego quae *rell.* que|| *ex* quem P SINTUELIM (*om.* ea) A ||||mihi C 10 Si (c) F 11 in *om.* G equū ē||et bonum D aequū ēē et bonum G aequum ac bonum est CEP aequum et bonum est BF 12 id, i *in ras.*, B imperabis (t) D 13 hunc sedulo dixisse D sedulo hunc dixisse BCEFGP

II 4. 1. affecit: Donati *Ed pr.* in lemm. 7. Donatus: Potest „ego" subdistingui, ut subaudiatur ‚ego dicam.' 9. Donat. in Eun. V 8 42 „ego —facias" (fuerint). 11. aequum esse, *tum* et bonum: Donati *Ed. pr.* in lemm. — aequum est et bonum: Eugraph. in lemm. 13. Donat. in Eun. V 8, 42 „Ego sedulo hunc dixisse credo." — sedulo hunc dixisse: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Quod hómines tot senténtiae: suos cuíque mos.
Mihi nón uidetur quód sit factum légibus
Rescíndi posse: et túrpe inceptumst. DE. Díc, Crito.
CRI. Ego ámplius delíberandum cénseo:
Res mágna est. CRA. Numquid nós uis? DE. Fecistís probe:
Incértior sum múlto quam dudúm. — GE. Negant
Redísse. DE. Frater ést expectandús mihi:
Is quód mihi dederit de hác re consilium, íd sequar.
Percóntatum ibo ad pórtum, quoad se récipiat.
GE. At ego Ántiphonem quaéram, ut quae acta hic sínt sciat.
Sed eccum ípsum uideo in témpore huc se récipere.

A ANTIPHO ADULESCENS — *B* GETA SERUOS

III 1 AN. Énim uero, Antiphó, multimodis cum ístoc animo es uítuperandus:
Ítane te hinc abísse et uitam tuám tutandam aliís dedisse!
Álios tuam rem crédidisti mágis quam te[te] animáduersuros?

14 Quod F¹P (*cum* A) SUUS A MOSEST A, *ut iam* A¹ EST *induxisse uideatur* 16 Rescinde P incoeptu||ē G inceptu est BCEFP dicrito G 18 Y. NUNCQUID A, *Hegioni dant rell., nisi quod nulla nota est in* G nonuis P 20 expetendus F, *corr.* F² 21 KIS A, dederi G id exequar BCDEFP 22 PERCUNCTATUM A percontatum *rell.* 23 facta D sint *ex* sunt BF 24 ATECCUMUIDEO (*om.* ipsum A)

III 1 *Γ* ANTIPHO ADVLESCENS. *B* GETA SERVVS D

ANTIPHO ADVLESCENS GETA SERVVS PC ADOLESCENS ANTIPHO GETA SERV' F ANTIPHO GETA E ANTIPho G 1 MULTISMODIS ABCDFGP hominibus multis E, *corr.* E² multimodis *Faërnus* UITIPERANDUS A, *in quo us. dissectus est post* ES 2 ita ne||e D (itane te G *cum* A) te *om.* BCEFP 3 TETE A tete D te|||| (*tertia erasa fuit* e) G te BCEFP animum aduersuros B? animū aduersuros D

14. Prisc. II p. 170. Porphyr. in Hor. Serm. II 1, 27 „Quot—mos." — Schol. Pers. 5, 52 „Quot ‚capita' tot sententiae." 16. inceptu: Donat. et Eugraph. in lemm. 17. Non. p. 282. Donat. in Eun. V 8, 42 „Ego — censeo."

III 1. 1. multis modis: Donat. et Eugraph. in lemm. — uituperandus es: Eugraph. in lemm. 2. Itane hinc abiisse: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Nam út ut erant alia, ílli certe quaé nunc tibi domíst consuleres,
Néquid propter tuám fidem decépta poteretúr mali:
Cuí nunc miserae spés opesque sínt in te uno omnés sitae. 470
GE. Et quídem, ere, nos iandúdum hic te absentem íncusamus, qui ábieris.
AN. Te ipsúm quaerebam. GE. Séd ea causa níhilo magis defécimus.
AN. Loquere óbsecro, quo nam ín loco sunt rés et fortunaé meae: Numquíd patri subolét? GE. Nihil etiam. AN. Ecquíd spei porrost? GE. Néscio. AN. Ah.
GE. Nisi Phaédria haud cessáuit pro te eníti. AN. Nihil fecít noui. 475
GE. Tum Phórmio itidem in hác re ut [in] aliis strénuom hominem praébuit.
AN. Quid is fécit? GE. Confutáuit uerbis ádmodum iratúm senem.
AN. Eu, Phórmio. GE. Ego quod pótui porro. AN. Mí Geta, omnis uós amo.
GE. Síc habent princípia sese ut díco: adhuc tranquílla res est,

4 nā ut^{ut} **D**, *corr.* **D**^{2} ERAT **A** nunc tuae domi **BCDFGP** nunc domi **E** 5 nequit^{d} **E** fi^{dē} **G** PATERETUR, **A** *a corr. rec. super erasam* **O** *scripta*, **A** pateretur **BCDEFGP** (paterentur **E**) 6 Cuius **BCDEFGP** ne$^{at\ nunc}$ **F** opesquae **C** uno oīs *in ras.* **P** INTEOMNES (*om.* uno) **A** omnis **D** oī̄|f **G** fitę, f *in ras.*, **G** 7 iamdudum **BCDEFGP** absente **E** INCUSAMUS, IN *a corr. rec. deletis litteris superductum*, **A** 9 sint **CDEF**^{2}**GP** (fit^{n} **F**) 10 patrif **F** sobolet **D**^{1}, a^{t} subdolet *schol.* subdolet^{A} **EG** Þ. nihil adhuc &iā **D** QUIDSPEI **A** etquid spei **DEFG** AN. ||ah **E** 11 hauṭ^{d} **C**, *corr.* **C**^{2} haut cessauit *in marg.* **D** feci|| **B** feci **F** 12 itidem hac re (in *om.*) **CE**^{1}**P** UTALIIS **A** ut in aliis **BCDEFGP** STRENUUMKOMINEM^{se}PRAEBUIT **A**, se *add. corr. rec.* 13 iratum patrem **BCDEFGP** 14 Γ En ϵuphormio **D**, En *add.* **D**^{2} heu **C**^{1}**GP** eheu **BC**^{2}**EF** o mi **DG** 15 DICO *a corr. rec. uoci deletae superductum in* **A** dixi **D** dico *ex* dixi **G**^{2}

4. ut erant *et* tuae domi : Eugraph. in lemm. 5. Donatus: pateretur mali) Legitur et „poteretur." 10. patri subolet: Donat. et Eugraph. in lemm. — Prisc. II p. 62 „Num quid subolet patri" (patris *codd. plerique*). 13. Non. p. 249. Eutych. p. 193 „confutauit — patrem." 14. Agroet. p. 2272 „Eu Phormio." — Heus Phormio: Donatus.

Digitized by Google

Mánsurusque pátruom pater est, dum húc adueniat. AN. Quíd eum? GE. Vt aibat
De eius consilio sése uelle fácere quód ad hanc rem áttinet.
AN. Quántum metuŕst míhi, uidere huc sáluom nunc patruóm, Geta!
Nam pér eius unam, ut audio, aut uiuam aút moriar sententiam.
GE. Phaédria tibi adést. AN. Vbi nam? GE. Eccum ab suá palaestra exít foras.

Γ PHAEDRIA ADULESCENS — *E* DORIO LENO — *A* ANTIPHO ADULESCENS — *B* GETA SERVOS

III 2 PH. Dório,
Audi óbsecro. DO. Non audio. PH. Parúmper. DO. Quin omítte me.
PH. Audi quod dicam. DO. Át enim taedet iam audire eadem míliens.
PH. Át nunc dicam quód libenter audias. DO. Loquere, audio.

16 PATRUUM A (*item u.* 18) AIEBAT ABCDGP ut‖agebat F *In* A *uersus dissectus est post* ADUENIAT 17 QUODKANC ad *om.* A ad *om.* D¹, *add. schol.* 18 Quantus BCDEGP Quatuf F metuist *Fleckeisenus* METUSEST A *cum rell.* uenire BCDEFGP huc nunc saluum BCEFP 20 exiit FP

III 2 *Δ* PHEDRIA ADOLESCENTES *Γ* ANTIPHO DVO *N* DORIO LENO *B* GETA SERVVS D

PHEDRIA ADVLESCENS ANTIPHO II DORIO LENO GETA SERVVS P PHAEDRIA ADVLESCENS ANTIPHO II

DORIO. LENO. GETA SERVVS C PHAEDRIA DORIO ANTIPHO GETA F PHAEDRIA DORIO ANTIPHO E PHEDRIA DORIO G 1 DORIO *epiphonema in u.* 1 *asciscunt* AFP *E.* AUDIO. *Γ* OBSECRO A DO. non audio F me *om.* D¹, *add. schol.* 2 TAEDETETIAM A thedet D taedit C, *corr.* C² audire iam E milie‖s E milies BE milliens C milief G milliens P milies eadem F 3 quo C, *corr.* C²

18. Donatus: Non optat saluum patruum ‚uenire.' — huc saluum patruum: Donati *Ed. pr.* in lemm.

III 2. 1. Donatus: Dorio audi obsecro) Sunt qui sic legant, ut „Dorio" Phaedria dicat, „audi" leno, „obsecro" iterum Phaedria. — Dorio audi obsecro: Eugraph. in lemm. — Donat. in Eun. II 3, 79 „non audio."

Digitized by Google

PH. Nón queo te exoráre ut maneas tríduom hoc? quo núnc abis?
DO. Mirábar si tu mihi quicquam adferrés noui. AN. Ei,
Metuó lenonem néquid — suo suát capiti. GE. Idem ego uéreor.
PH. Non dúm mihi credis. DO. Háriolare. PH. Sín fidem do?
DO. Fábulae.
PH. Faéneratum istúc beneficium púlchre tibi dicés. DO. Logi.
PH. Créde mihi, gaudébis facto: uérum hercle hoc est. DO. Sómnia.
PH. Éxperire: nón est longum. DO. Cántilenam eandém canis.
PH. Tú cognatus, tú parens, tu amícus, tu.. DO. Garrí modo.
PH. Ádeon ingenio ésse duro te átque inexorábili,
Vt neque misericórdia neque précibus mollirí queas!

4 Nequeo **BCDEFG** Neque **P** TRIDUUM **A** abis *ex* habis **P** 5 afferres **BD** adferres *ex* adferas *corr. rec.* **E** EI *ab initio sequentis us. habent* **AFP** et *ex* ei **D** et **E** 6 leonē **D** aliquid **BCEFP** capti **F** idem ego metuo **BCEGP** idem metuo ego **F** *Post* B. Idē **D**² *in marg. add.* metuo hoc. *Post* nequid.. *Getae sermonem incipiunt Bentleius et Fleckeisenus, scribens ille* suo capiti fuat, *hic* suo suat capiti? 7 dum *om.* **BCDEFGP** ariolare **DEF²G** fidem **F**, *corr.* **F²** 8 Foeneratum **D** istuc, i *et* uc *in ras.*, **C** bneficium **C** tibi *om.* **D**¹, *add.* **D²** LOGI **A**, *corr. rec.* logi *ex* longi **B** 9 *In* **A** *corr. rec. notam E ante* UERUM *adldidit, ante* SOMNIA *deleuit In* **D** *corr. N notam ante* uerū *erasam posuit ante* somniū *A* uerū *Dorionis orationem incipit* **G** SOMNIA **A**, *corr. rec.* somniū, ū *in ras.*, **D** somnium **CEFGP** 10 Expedire **P** Experire *ex* Experiri **F** cantilenam *ex* cantulenam **D** 11 Tu cognatus *Bentleius* TUMIKICOGNATUS **A** *cum rell.* tu mihi parens **BCEFP** tu *post* amicus *om.* **C**¹**G** 12 A|||deon **G** te esse duro **BCEFP** adque **F** 13 MOLIRI **A** quaeaſ **G**

4. Nequeo: Eugraphius. 6. Donatus: Hei metuo lenonem (*om. Ed. pr.*) ne quid (quĩ aliquid *Ed. pr.*) suo suat capiti) *ἀποσιώπησις διὰ τὸν εὐφημισμόν*. 2, „suo capiti" dixit, cum dicturus esset ‚Phaedriae.' 7. Non mihi credis: Eugraph. in lemm. 8. beneficium tibi: Donat. in lemm. — beneficium tibi pulcre: Eugraph. in lemm. — Donat. in Andr. III 2, 22. in Ad. V 3, 37 „Feneratum—dices" (‚istud' in Andr.) 9. Donatus: Verum hercle hoc est) Bene ipse dictum suum confirmauit. 10. Prisc. II p. 349 „cantilenam eandem canis." 11. Tu mihi cognatus tu mihi parens *et* Tu mihi cognatus, tu parens: Donatus. — Tu mihi cognatus tu parens: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

DO. Ádeon te esse incógitantem atque ínpudentem, Phaédria,
Vt phaleratis dúcas dictis me ét meam ductes grátiis! 500
AN. Miseritumst. PH. Ei, uéris uincor. GE. Quám uterque est similís sui.
PH. Neque, Ántipho alia cum óccupatus ésset sollicitúdine,
Tum hoc ésse mihi obiectúm malum! AN. Ah, quid istúc est autem, Phaédria?
PA. Ó fortunatíssime Antipho. AN. Égone? PH. Cui quod amás domist:
Néque cum huius modi umquam úsus uenit út conflictarés malo. 505
AN. Míhin domist? immo, íd quod aiunt, aúribus teneó lupum.
Nám neque quo pacto á me amittam néque uti retineám scio.
DO. Ípsum istuc mihi in hóc est. AN. Heia, né parum lenó sies.
Númquid hic confécit? PH. Hicine? quód homo inhumaníssimus:

14 PKAEDRIASINEMODO A *Post u.* 14 P *habet u.* 33 Tum—pati, *sed praefixum est signum* N 15 UTMEPKALERATISDUCASDICTIS A ut phaleratis, ut phale *in ras.*, D faleratis BCFG falleratis P dictis ducas BCDEFGP me *om.* D¹G (*add.* D² *post* ducas) DUCTISGRATIIS A, gratis *effecit corr. rec.* ductes gratis D¹, *t* duces *schol.* duces gratis BCEFGP 16 An. ei uerif uincor G, *corr.* G² ſimilif *ex* ſimul F 17 Teque F 18 *A.* QUID A, *interiectionem* ah *ex nota rubra A effecit corr. rec.* ha D autem est BCEFP 19 Egane F QUIQUOD A amas || D 20 Nec BCDEFGP UMQUAMTIBIUSUS A *cum rell.* CONFLICTARIS A confluctares modo F 21 id *om.* BCDEFGP 22 quomodo BCDEFGP PACTOMEAMITTAM A, eam amittam *effecit corr. rec.* amittam inuenio neque BCE?FGP (inuenio *om.* D *cum* A) retiã G *Versum seclusit Bentleius* 23 Ph. ipſũ G mihi istuc D Γ heia, Γ *in ras.*, D leo D 24 *B.* Numquid D, *B in ras. Personae nota deest in* G NUNCQUID A hiccine DFG *In* D quod—*u.* 25 uendidit *omissa, sed a schol. in ima pagina suppleta sunt*

16. Prisc. I p. 392 „Miseritum est." 20. unquam usus uenit: Donat. in lemm. 21. 22. Donatus: Auribus teneo lupum) Graecum prouerbium: *τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον· οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναί δύναμαι.* — Querol. p. 63 Par.: Auribus teneo lupum. neque uti fallam neque uti retineam scio. — Cf. Hieronym. Epist. ad Pammach. adu. errores Ioann. Hierosol.: Nunc uero auribus lupum apprehenderis nec tenere potes nec audes dimittere. 23. Pseudo-Ascon. in Cic. Verrin. p. 186 „heia—sies."

Digitized by Google

Pámphilam meam uéndidit. AN. Quid? uéndidit? GE. Ain? uéndidit?
PH. Véndidit. DO. Quam indígnum facinus, áncillam acre emptám meo!
PH. Néqueo exorare út me maneat ét cum illo ut mutét fidem
Tríduom hoc, dum id quód est promissum ab amícis argentum aúfero:
Sí non tum dedero, únam praeterea hóram ne oppertús sies.
DO. Óptundis? AN. Haud lóngumst id quod órat: exorét sine:
Ídem hic tibi, quod bóni promeritus fúeris, conduplicáuerit.
DO. Vérba istaec sunt. AN. Pámphilamne hac úrbe priuarí sines?
Túm praeterea horúnc amorem dístrahi poterín pati?
DO. Néque ego neque tu. PH. Dí tibi omnes íd quod es dignús duint.
DO. Égo te complurís aduersum ingénium meum mensés tuli,

25 pamphylam G meam perdidit (uendidit) E, *corr.* E² *B.* quid, *B in ras.* D AN. quid G GET. quid uendidit *om.* C, *sed suppleuit* C¹ *in ima pagina* G. ain G Γ. ain, Γ *in ras.,* D *Antiphonem et Getam inuerso ordine loquentes habent* BCEFP 26 Γ (E) QUAMINDUM (ign) A, *corr. rec.* ANCILLAM EREEMPTOMEO A ero (aere) D, *corr.* D² emtam (p) F, *corr.* F² emptam suo CDEFGP 27 me *om.* CEFGP maneat||| D 28 TRIDUUM A aufero (f) F, *corr.* F² 29 opertus BCDFG opperitus E sies D 30 Obtundes? *Fleckeisenus* OPTUNDIS A obtunde|| G obtunde BCDEFP haut (d) C, *corr.* C² haut D orat Dorio exoret BC, *corr.* B¹C² ORATDORIOEXORET ADEFGP 31 hic (o) D hoc BCEFP bene promeritus BCDEFGP (pro meritus (u) F) 32 pamphylamne G 33 TUNC A KORUM, K *a corr. rec. deletae litterae superscriptum,* A horum, m *in ras.,* FP horum DEG poteris (n) D, *corr.* D² poteri G *De* P *u. ad u.* 14. 34 Γ (A) DI A, *Phaedriae Antiphonem substituit corr. rec.* GE. dii BCDEFGP (di DG) es dignū|| P es dignum F (*ex* dignuf) est dignum E 35 aduorsus DG tuli *om.* D¹, *add.* D² *in marg.*

27. Donatus: aere emptam (empta *Ed. pr.*) suo) Bene „suo", quasi de tertia persona. 30. id quod orat: Eugraph. in lemm. 31. quod bene promeritus: Eugraph. in lemm. 32. Donat. in Eun. prol. 24 „Verba istaec sunt." 35. Non. p. 407 „Ego—tuli." — Prisc. I p. 361 ‚Plurium' quod

Digitized by Google

Póllicitantem et níhil ferentem, fléntem: nunc contra ómnia haec
Répperi qui dét neque lacrumet: dá locum melióribus.
AN. Cérte hercle, ego si sátis commemini, tíbi quidem est olím dies,
Quam ád dares huic, praéstituta. PH. Fáctum. DO. Num ego istúd nego?
AN. Iam éa praeteriit? DO. Nón, uerum haec eī ántecessit. AN. Nón pudet 525
Vánitatis? DO. Mínime, dum ob rem. GE. Stércilinum. PH. Dório,
Ítane tandem fácere oportet? DO. Síc sum: si placeo, útere.
AN. Síc hunc decipi! DO. Immo enim uero, Ántipho, hic me décipit:
Nam híc me huius modi scíbat esse: ego húnc esse aliter crédidi:
Íste me feféllit: ego isti níhilo sum aliter ác fui. 530

36 Pollicitatem **F** flentem et nihil ferentem **DG** flentem *om.* **C**^{1}, *add.* **C**^{2} ctra oma hec **G** haec *om.* **BCDEFP** *In* **A** *us dissectus est post* NUNC 37 Reperi **P** quid et **F** quid det **E** LACRUMAET **A**, *expunxit* **A**^{1} lacru met **D**, *corr.* **D**^{2} meliori||||b' **G** 38 fi fatif *add.* **G**^{1} *in marg.* 39 PRAESTITUTAM **A** DO. non ego **E** istuc **BCDEFGP** *In* **A** *us. dissectus est post* FACTUM 40 Iamne **D** ei **C**^{2} *in ras.* ei *ex* ea **F** ei *om.* **G** antecesset **E** 41 TEUANITATIS **A** STERCILINIUM **ABC**^{2}**DEFGP**^{2} (sterculinum **P**^{1} stercilinum **C**^{1} stercilinū **F**) *F* **A** DORIO **A**, *Phaedriae Antiphonem substituit corr. rec.* 42 ||siplęceo uterį **C**, *corr.* **C**^{2} 43 Sicine **BCDGP** Siccine **EF** decipi *Lachmannus* DECIPIS **A** *cum vell.* decepit **CEFP** 44 huius modo **G** SCIEBATESSE **ADG** esse sciebat **BCEFP** *In* **P** *u.* 44. 45 *in unum contracti sunt* 45 Is me **BCDEFGP** alter **F**

solum in US terminans talem habuit genetiuum pluralem, tam in ES quam in IS finit accusatiuum. T. in Ph. „Ego te compluris—tuli." 36. nihil ferentem flentem. Donat. in lemm. 40. Donatus: Iam (Iamne *Ed. pr.*) ea praeteriit] Interrogatiue pronuntiandum. — Iamne: Eugraph. in lemm. — ei *om.* Donati *Ed. pr.* in lemm. — 40. 41. Prisc. II p. 312 „non pudet Vanitatis." — Seru. in Aen. I 392 „non te' pudet Vanitatis." 42. Prisc. II p. 235. 243 „Sic sum—utere." — Id p. 244 „si placeo utere."

Digitized by Google

Séd ut ut haec sunt, támen hoc faciam: crás mane argentúm mihi
Míles dare se díxit: sí mihi príor tu attuleris, Phaédria,
Meá lege utar, út potior sit, quí prior ad dandúmst. uale.

Γ PHAEDRIA ADULESCENTES — Α ANTIPHO II — Β GETA SERUOS

PH. Quíd faciam? unde ego núnc tam subito huic árgentum inueniám miser, III 3
Cuí minus nihilost, quód, hic si pote fuísset exorárier
Tríduom hoc, promíssum fuerat? AN. Ítane hunc patiemúr, Geta,
Fíeri miserum, quí me dudum, ut díxti, adiuerit cómiter?
Quín, quod opust, benefícium rursum ei éxperiemur réddere?
GE. Scío equidem hoc esse aéquom. AN. Age ergo, sólus seruare húnc potes.

46 SEDUTKAEC A Γ ut haec D Γ G 48 ad dandum ∾, ∾ *in ras.*, C

III 3 *In* A *Phaedriae notam* Γ *et in titulo et in uersu primo corr. rec. substituit falsae* Α*: in reliqua scaena* Γ *adhibuit* A¹. — SERCU A Α PHEDRIA Γ ANTIPHO Α GETA D PHEDRIA ADVLESCENTES ANTIPHO II GETA SERVVS P PHAEDRIA. ADVLESCENS. ANTIPHO. II. GETA. SERVVS C PHEDRIA ADOLESCENTES II. ANTIPHO. GETA SERVVS F PHEDria. antipho. GEta G PHED. GETA. AN̄. E 1 unde ergo G NUNCSUBITO (*om.* tam) A inuentā G 2 hic si pot|||uisset exorarier D, *corr.* D² hic si potuisset exorarier B hic si potuisset nunc exorarier CEFP 3 TRIDUUM A itane nc̄ patiemur G geta patiemur E 4 dixisti D adiuerit F ADIUERIT ABCDG 5 Quin cum BCDEFGP opus sit D, *corr.* D² opus sit G rursus BCEFP experiamur BCDEFGP 6 EQUIDEM..... ESSE A, *ut erasa sit uox sex septemue litterarum, quarum prima* K *expuncta fuit, ultima* E *fuisse uidetur: totum nescio an fuerit* KERCLE equi G, *corr.* G² age ergo *in litura* P² ego F

46. Prisc. II p. 135 „ut ut haec sunt." — Sed ut haec sunt: Eugraph. in lemm. 48. Donat. in IV 3, 69 *et* Ad. II 2, 9. „Mea—dandum est" (‚sit' in Ad.).

III 3. 4. Donatus: adiuuerit) Secundum U pronuntiari debet.

Digitized by Google

GE. Quíd faciam? AN. Inueniás argentum. GE. Cúpio: sed id unde, édoce.
AN. Páter adest hic. GE. Scío: sed quid tum? AN. Ah, díctum sapientí sat est.
GE. Ítane? AN. Ita. GE. Sane hércle pulchre suádes: etiam tu hínc abis?
Nón triumpho, ex núptiis tuis sí nihil nanciscór mali,
Ni étiam nunc me huius caúsa quaerere ín malo iubeás crucem?
AN. Vérum hic dicit. PH. Quíd? ego uobis, Géta, alienus sum? GE. Haúd puto:
Séd parumne est, quod ómnibus nunc nóbis suscensét senex,
Ni ínstigemus étiam, ut nullus lócus relinquatúr preci?
PH. Álius ab oculís meis illam in ígnotum abducét locum? hem:
Tum ígitur, dum licét dumque adsum, lóquimini mecum, Ántipho,
Cóntemplaminí me. AN. Quam obrem? aut quíd nam facturú's, cedo?
PH. Quóquo hinc asportábitur terrárum, certumst pérsequi

7 ut inuenias **E** SEDUNDE **A**, id *add. corr. rec.* id *om.* **D' G'**, *add.* **D² G²** unde id **E** 8 adest *om.* **E'**, *add.* **E²** se || tũ quid **D**, *corr.* **D²** ha **DEG** ſapientiſ aḋẽ **F**, *corr.* **F²** 9 pulcre **F** hinc *ex* hunc **F** 11 malo *ex* malã **F** 12 ḍịc̣ diẽ **G** UOBISALIENUS **A**, Geta *add. corr. rec.* alius sic **D** haut **C'D** had **F** 13 **Γ G** separum **C**, *corr.* **C²** parumn est **F** succenset **BC²E** 14 NE **ACD²EP** instigemus ita etiam **F** locus *om.* **E'**, *add. corr. rec.* 15 ignotum **D**, *corr.* **D²** in ignotum hinc abducet **CEFP** in ignotum hinc adducet **B** locum *om.* **G** 16 TUMIGITURDUMLICETDUMADSUM **A** tu igitur dum licet dumque adsum **D** igitur dum licet dumque adsum **G** Dum igitur licet dumque adsum **BCEFP** 17 FACTURUS (*om.* es) **A** es facturus **BCDEFGP** 18 Quoquo modo hinc **E** aſpotabitur **D**, *corr.* **D²**

9. abi: Donati *Ed. pr.* in lemm. 12. Donat. in Hec. I 2, 83 „quid —sum." 16. Seru. in Aen. IX 484 „‚Quin' igitur dum licet loquimini mecum Antipho." — 16. 17. Prisc. de nom. pron. et uerbo p. 455 „Tum igitur—Contemplamini me."

Digitized by Google

Aút perire. GE. Dí bene uortant quód agas: pedetemptím tamen.
AN. Víde siquid opis pótes adferre huic. GE. 'Síquid'? quid? AN. Quaere óbsecro:
Néquid plus minúsue faxit, quód nos post pigeát, Geta.
GE. Quaéro. saluos ést, ut opinor. uérum enim metuó malum.
AN. Nóli metuere: úna tecum bóna mala tolerábimus.
GE. Quántum opus est tibi argénti, loquere. PH. Sólae trigintá minae.
GE. Tríginta? hui, percárast, Phaedria. PH. Ístaec uero uílis est.
GE. Áge age, inuentas réddam. PH. O lepidum. GE. Auférte hinc. PH. Iam opus est. GE. Iám feres:
Sét opus est mihi Phórmionem ad hánc rem adiutorém dari.
PH. Praéstost: audacíssime oneris quíd uis inpone, écferet:

19 *Antiphonis orationem a* dii bene *incipiunt* **B P**^{1}, *correxit* **P**^{2} pedetẽti **F** pedetemptim *ex* pedetemptum **P** 20 Vide geta siquid **E** afferre **B E** siquid quid **D**, *corr.* **D**^{2} siqd **F**, *corr.* **F**^{2} si quicquid **B E G P** 21 FAXIS **A**, *corr. rec.* fac sit **D**, *corr.* **D**^{2} fac ſit **G** nos *om.* **D**^{1}, *add.* **D**^{2} pigeata geta **P** 22 enim *inter lineas* **B** *Haec* Saluos est, ut opinor *Antiphoni assignat A. Kochius* 23 malaque **B C D E F G P** tollerabimus **C** tolerabis **D**, *corr.* **D**^{2} 24 loquaere **G** sola **C P**, *corr.* **C**^{2}**P**^{2} 25 PH. *notam om.* **G** ista ||| **D** ista **B C E F P** 26 inuenta **E**, *corr. rec.* o lepidum caput **B C D E F G P** (capud **F**) *In* **A** *initium sequentis uersus faciunt haec B.* IAMFERIS GET. iam ferres est PH iam feresed opus est **C** 27 Γ **G** (*cum* **A**) adiutorem, adiu *in ras.*, **C** 28 *Antiphonem Phaedriae substituunt* **B C D E F G P** quod uis **D** audacis sume quid uiso honeris **P** quiduis oneris **B C E F** (honeris **F**^{1}) ecferet *Gulielmus* FERET **A**, hic *add. corr. rec.* et feret **B C D E F P** & fer& **G**

19. Donatus : pedentim tamen) Hoc quidam sic accipiunt, tamquam Getae dicat Antipho, ut caute aggrediatur senem fallere. — 19. 21. Eugraphius : pedetentim tamen) Omnia tenta, omnia experire ne aut plus aut minus facias.' 20. Exc. Charis. p. 549 „Vide si quid opis adferre huic" (*om.* potes). 21. Arusian. p. 254 „quod—Geta." 25. ista (ita *Ed. pr.*): Donat. in lemm. — istaec: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Sólus est homo amíco amicus. GE. Eámus ergo ad eum ócius.
AN. Númquid est quod operá mea uobis ópus sit? GE. Nihil: uerum ábi domum
Ét illam miseram, quam égo nunc intus scío esse exanimatám metu,
Cónsolare. céssas? AN. Nihil est aéque quod faciám lubens.
PH. Quá uia istuc fácies? GE. Dicam in itínere: modo te hinc ámoue.

29 amicus amico E ociuf ad eū G *Post* ocius *haec addunt* BEF: PHA. abi dic praesto ut sit domi (dic *om.* F) *In ordine uersuum* CP *habent* GET. abi dic praesto ut sit domi, *in margine* C^1P^2 eamus ergo ad eum ocius PHA. *In* D *haec* ∴Δ. Abi dic ꝑsto ut sit domi *in ima pagina scripta signo addito reuocantur post u.* 32. cessas∴ 30 NUNC QUID A sit opus E abi||| D 32 ne cessas D quod aequae G 33 facis D facif G in itere *Bentleius*

29 amicus amico: Donati *Ed. pr.* in lemm. 33. Non. p. 420 „Quia' —facies." —

Digitized by Google

Z DEMIPHO *E* CHREMES SENES II

DE. Quid? quá profectus caúsa hinc es Leimnúm, Chremes, IV 1
Addúxtin tecum fíliam? CH. Non. DE. Quíd ita non?
CH. Postquám uidet me eius máter esse hic diútius,
Simul aútem non manébat aetas uírginis 570
Meam néclegentiam: ípsam cum omni fámilia 5
Ad mé profectam esse aíbant. DE. Quid illi tám diu
Quaeso ígitur commorábare, ubi id audíueras?
CH. Pol mé detinuit mórbus. DE. Vnde? aut quí? CH. Rogas?
Senéctus ipsast mórbus. sed uenísse eas 575
Saluás audiui ex naúta qui illas uéxerat. 10

IV 1 *E* DEMIPHO *O* CHREMES SENES DVO **D** DEMIPHO CHREMES SENES II **P** DEMIPHO. SENEX. CHREMES. II **C** DEMIPHO. CHREMES **EG** *In* **F** *per hunc actum desunt indices personarum* 1 pfectus[es] **C**, *corr.* **C²** CKREME **A** Chremes **BCEFP** chemes[r] **D** cremef[h] **G**, *corr.* **G²** 3 posquam **C** mā eius **D** 4 manebit[a] **D**, *corr.* **D²** 5 neglegentiam **BCDEFGP** IPSA **A** 6 AIEBANT **A** *cum rell.* (aiebat[h] **D**, *corr.* **D²**) ILLI[c] **A**, *corr. rec.* illi[c] **F** *corr.* **F²** illic **BCDEGP** 7 COMMORABERE **AB¹** commorebere[a] **E**, *corr. rec.* AUDIERAS **ADG** 8 medet inuit **P** detenuit **F** au[t] **G** 9 ipsa morbus est **BCFP** 10 sauas[l] **C**, *corr.* **C²** illas *ex* illis **B**

IV 1. 9. Schol. Iuuenal. 11, 219. „rogas? Senectus ipsa morbus est." — Seru. in Aen. VIII 577. „Senectus ipsa morbus est." — ipsa est morbus: Donat. in lemm.

Digitized by Google

DE. Quid gnáto optigerit me ábsente, audisti, Chremes?
CH. Quod quídem me factum cónsili incertúm facit.
Nam hanc cóndicionem sí cui tulero extrário,
Quo pácto aut unde míhi sit dicundum órdinest.
Te míhi fidelem esse aéque atque egomet súm mihi
Scibam: ílle si me aliénus adfiném uolet,
Tacébit, dum intercédet familiáritas:
Sin spréuerit me, plús quam opus est scitó sciet,
Vereórque ne uxor áliqua hoc resciscát mea:
Quod sí fit, ut me excútiam atque egrediár domo,
Id réstat: nam ego meórum solus súm meus.
DE. Scio ita ésse: et istaec míhi res sollicitúdinist:
Neque défetiscar úsque adeo experírier,
Donéc tibi id quod póllicitus sum effécero.

11 nato DG audistin BCDEFGP cheme || D Chremes EG CKRE A, *terminatione delita* Chreme BCFP 12 quidem *om.* E¹, *add. corr. rec. in marg.* CONSILII A 13 Conditionem BEFP sic ut P, *ut uidetur* optulero D obtulero G extraneo F, *corr.* F² 14 sit—u. 15 mihi *om.* D¹, *suppleuit* D² *in margine* sit mihi C DICUNDUM A, *corr. rec.* dicendum BCEFP 15 aequae G 16 sciebam BCDEFP affinem DE² UOCET A, *corr. rec.* 17 intercedet F 18 ſpreuit G opus est P 19 Vereoque P 20 si scit E¹FP (alii fit *corr. rec.* E) excutiã *ex* excutiat F 22 SCIOESSE A, ita *add. corr. rec.* et ideo istaec BCEFP res mihi CEFP (michi E) 23 *Sic Priscianus* NEQ. ADEODEFITISCARUMQUAMEXPERIRIER A Neque defetiscar umquam ego BCEFP, *nisi quod* defeciscar C²EP Neque defeciſcar unq; ego, feciſcar *in ras.*, D Neque defeciſcar umquã adeo G experier E 24 id tibi D

13. Donatus: tulero) *χυριολογία*, quia ferre condicionem alicui dicimus. — tulero: Eugraph. in lemm. 20. Donatus: ut me excutiam) Legitur et „excutiat." 21. Prisc. I p. 583. II p. 192 „ego — meus." 23. 24. Prisc. II p. 251 „Neque defetiscar usque adeo experirier—effecero." 23. Prisc. I p. 514 „Neque defeciscar usque adeo experirier." — Eugraphius: Neque defetiscor) Neque lassabor. adeo experirier) Semper tentare.

Digitized by Google

A GETA SERVOS *Z* DEMIPHO SENES *E* CHREMES II

GE. Ego hóminem callidiórem uidi néminęm IV 2
Quam Phórmionem. uénio ad hominem, ut dícerem
Argéntum opus esse et íd quo pacto fieret.
Vix dúm dimidium díxeram, intelléxerat:
Gaudébat: me laudábat: quaerebát senem. 595 5
Dis grátias agébat, tempus síbi dari,
Vbi Phaédriae esse osténderet nihiló minus
Amícum sese quam Ántiphoni. hominem ád forum
Iussi ópperiri: eo me ésse adducturúm senem.
Sed eccum ípsum. quis est ultérior? attat Phaédriae 600 10
Pater uénit. sed quid pértimui autem bélua?
An quía quos fallam pro úno duo sunt míhi dati?
Commódius esse opínor duplici spe útier.
Petam hínc unde a primo ínstitui: is si dát, sat est:
Si ab eó nihil fiet, tum húnc adoriar hóspitem. 605 15

IV 2 m Geta ſeruuſ **D** GETA SERVVS **PC** GETA **E** *In* **G** *scaena continuatur sine spatio* 2 formionem **F** 3 Argento (**B**?) **CEFGP** OPUS *add.* **A**^{1} *in marg. nec non corr. rec. inter lineas* qđ pacto **G** 4 Vix dum **F** 6 aiebat **E**, *corr.* **E**^{2} 7. 8 *Ita Lachmannus sedibus uocum* esse *et* sese *inter se mutatis.* 7 UBIPKAEdriae se osten deret NIKILO **A**, driae se osten *super litteris erasis scriptum,* deret *additum a corr. rec.: sub* dr *inferior pars litterarum* SO *elucere uidebatur, sub altera* s *fuit* R phaedriae se ostenderet **BCEFP** phedrie sese ostenderet **D** phedriae ſeſe oſtenderet **G** nihilominus **F** 8 AMICUMESSE **A** *cum rell.* 9 operiri **DFGP** (*ex* operari **G**) 10 atat **DEP** 12 SUNTDATI (mihi *om.*) **A** 13 Commodius est **D** 14 INSTIISSI **A** si is **BCDFP** is *om.* **G** 15 ab hoc **BCDEFGP** fiet. ante tum tam̄ hūc **D**, *corr.* **D**^{2} tū hunc **G** adoririer **F**

IV 2. 13. Prisc. I p. 340 „Commodius—utier."

Digitized by Google

B ANTIPHO ADULESCENS — *A* GETA SERUOS — *E* CHREMES SENES — *Z* DEMIPHO II

IV 3 AN. Exspécto quam mox récipiat sesé Geta.
Sed pátruom uídeo cúm patre adstantem. eí mihi,
Quam tímeo, aduentus húius quo inpellát patrem.
GE. Adíbo hosce: o nostér Chremes... CH. Salué, Geta.
GE. Venire saluom uólup est. CH. Credo. GE. Quíd agitur? 610
CH. Multa áduenienti, ut fít, noua hic complúria.
GE. Ita. de Ántiphone audístin quae facta? CH. Ómnia.
GE. Tun díxeras huic? fácinus indignúm, Chremes,
Sic círcumiri! CH. Id cum hóc agebam cómmodum.

IV 3 *Γ* Antipho *B* geta *E* demipho *Δ* cremeſ **D** ANTIPHO ADVLESCENS

GETA SERVVS — DEMIPHO SENES — CHREMES II — **P** — ANTIPHO. ADVLESCENS. — GETA. — SERVVS.

DEMIPHO CHREMES. II. **C** ANTIPHO GETA CHREMES DEMIPHO **E** Antipho **G** SENEX

2 PATRUUM **A** astantem **B**¹**DEG** et **F** 3 ADUENTUENTUS **A**, UENT *induxit corr. rec.* qua **G** 4 Adibo: o salue *Bentleius* ADIBOKOSCEO SALUE **A**, SALUE *induxit corr. rec.* Adibo hosce. o noster Chremes **B**?**CDEFGP** (cremes **D**) CKREME **A** 5 uolupest **C** uolupe est **BDE**¹ uoluptas est **E**²**FGP** igit: **G** 6 *totus est Chremetis in* **A** *et rell., sed corr. rec.* **A** Multa—hic *Getam interrogantem,* compluria *Chremetem respondentem fecit* cō plura **E** conplura **C** at cō q; plura **D**, *corr.* **D**² 8 CKREME **ABCEFGP** creme *in ras.* **D** 9 *Haec* Id—commodum *Demiphoni tribuunt* **BCDEFP** (commo dujm **F**) DE. id—agebam. Ch. cōmodū **G**

IV 3. 5. Venisse saluum uolupe est: Eugraph. in lemm. — Donatus: uolup (uolupe *Ed. pr.*) est] Hoc ‚uolup' (uoluptatis *Ed. pr.*) nomen est ut hoc, facul (facultatis *Ed. pr.*). sic enim ueteres per ἀποκοπήν loquebantur. 6. Charis. p. 125 ‚Compluria' Terentius in Phormione „noua compluria": ubi Plinius ‚Iulius Modestus' inquit ‚ita definiit: quae nomina comparandi fuerint, ea accusatiuis pluralibus in IS exient, id est [...?] ‚fortioris' (genetiuus *add. Keil*) ‚fortiorum' facere debet, non ‚fortiorium': id est ante UM syllabam I recipere non debent. ita ‚complura' et ‚complurum' esse dicendum: consuetudo tamen et hos ‚plures' dicit et haec ‚pluria.' — Cf. Charis. p. 60 Terentius in ‚Adel[phis' „noua hic com]pluria": *et* p. 73 T. in Ph. „noua hic compluria." — Donatus: compluria] Sic ueteres, quod nostri dempta syllaba ‚complura' dicunt. — Prisc. I p. 350 „Multa—compluria." — Id. p. 315 „Multa aduenienti noua ut fit compluria."

Digitized by Google

GE. Nam hercle égo quoque id quidem ágitans mecum sédulo
Inuéni, opinor, rémedium huic rei. CH. Quíd, Geta?
DE. Quod rémedium? GE. Vt abii ábs te, fít forte óbuiam
Mihi Phórmio. CH. Qui Phórmio? GE. Is qui istánc..
CH. Scio.
GE. Visúm est mihi, ut eius témptarem senténtiam.
Prendo hóminem solum: 'cúr non' inquam 'Phórmio,
Vidés, inter nos síc haec potius cúm bona
Vt cómponamus grátia quam cúm mala?
Erus liberalis ést et fugitans lítium:
Nam céteri quidem hércle amici omnés modo
Vno óre auctores fuére, ut praecipitem hánc daret.'
AN. Quid hic coéptat aut quo euádet hodie? GE. 'an légibus
Datúrum poenas díces, si illam eiécerit?
Iam id éxploratumst: éia, sudabís satis,
Si cum íllo inceptas hómine: ea eloquéntia est.
Verúm pono esse uíctum eum: at tandém tamen

10 qq *inter lineas* D id $\overline{qq}$ agitanf G IDAGITANS (*om.* quidem) A 11 Inuenio G ut opinor BCDFP *Demiphonem dicentem faciunt* Quid Geta? Quod remedium? BCFGP 12 *In* A *induxit corr. rec. Z. notam* ABI A habii G 13 Mi^{hi} formio. CH. qd formio F DE. qui? formio G Z (*i. e.* Demipho) SIQUIISTANC A GE. is qui istam BCDEFGP DE. fcio G 14 ut pius$^{r\ ei'}$ temtarem P, ei' *atramento pallido superadditum* tētarē D 16 INTERUOS ABCD^2 inter nos D'EFGP si hęc P ſi hęc^{e} D 17 COMPONAMUS A componantur BCDEFG cumponantur^{o} P 18 Heruſ BD 19 ceri^{te} G mo om̃es D modo *om.* A 20 autores D 21 Iceptat D uadat^{e} G, *corr.* G^2 23 expratū^{lo} D exploratum *ex* explorandū *corr. rec.* E heia G egia D 24 incoeptaſ G loquentia^{e} F 25 pone (B?)CDEGP pęne^{o} F uictum ||| eum P tamen *om.* D

13. is qui istam : Donat. et Eugraph. in lemm. 15. 16. Prisc. II p. 191 „cur—inter uos." 16. Eugraphius : cum bona ut componantur] Vide potius ut haec cum bona gratia componamus. 18. Arusian. p. 232. Prisc. II p. 217. 293 „Erus - litium" (est *om.* Arus.). — Diomed. p. 311. Prob. Instit. p. 142. Cledon. p. 1929. Schol. Pers. 2, 31 „fugitans litium." Prisc. II p. 488 „fugiens litium." 25. pone : Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Non cápitis ei res ágitur, sed pecúniae.'
Postquam hóminem his uerbis séntio mollírier,
'Soli sumus nunc híc' inquam: 'eho, quid uís dari
Tibi ín manum, ut erus hís desistat lítibus,
Haec hínc facessat, tú molestus né sies?' 635
AN. Satinílli di sunt própitii? GE. 'nam sát scio,
Si tu áliquam partem aequí bonique díxeris,
Vt est ílle bonus uir, tría non commutábitis
Verba hódie inter uos.' DE. Quís te istaec iussít loqui?
CH. Immó non potuit mélius peruenírier 640
Eo quó nos uolumus. AN. Óccidi. DE. Perge éloqui.
GE. A prímo homo insaníbat. CH. Cedo quid póstulat?
GE. Quid? nímium quantum. CH. *Quántum*? dic. GE. Siquís daret

26 CAPIS A capitis tū ei' agitur (*om.* res) D ei *Bentleius* EIUS A *cum rell.* 27 mollirjer F emollier G 28 KICINQUAM A inquam hic BCDEFGP EKOQUIDUISDARI (*om.* dic) A eo dic quid uelis BCDFGP (heo D eho G h eo P) uelis E *In* FP *uersus exit in* uelis 29 ut erus C ut herus BE erus ut his hic D, *corr.* D² eruf ut hic hif G 30 *omissus in* A, *sed in margine inter u.* 29. *et* 31. *nescio quod signum erasum, quod spectauerit haec in ima pagina a manu admodum antiqua suppleta, nunc uero fere abluta* HIC (*uel* HEC)INFACESS|||TUMO...: *praeterea in ima pagina manus nusquam alibi in codice conspicua suppleuit* hec in faceſſat tumoleſtuſ niſi||iſ: *nec non corr. rec. inter lineas addidit* hec hic facessat tu molestus ne sies. — facescat E molestis F 31 Ştatin G SATISSCIO A 32 boniq: ||| F 33 Ut est ille F 34 Ē quis D, *Demiphonem Antiphoni substituit* D² iſtec *in marg.* E² ſtec F, *corr.* F² iſta G 35 puenier DG, *corr.* D¹G² 37 A||primo P A *om.* D¹G, *add.* D² DEM. cedo BCDFGP 38 QUANTUMLICUIT E. DIC A quantum libuit. DEM. dic BCDEFGP nimium quantum. CHR. quantum? dic *Palmerius* SIQUIS EIDARET A

28. quid uis dari: Eugraph. in lemm. 29. Arusian. p. 224 „ut—libus." 30. *Agnoscit uersum Donatus.* — Diomed. p. 379 „hic nunc facessit: tu ne molestus sis." — Seru. in Aen. IV 295 „Haec—sies." — Cledon. p. 1918 facessere est abscedere, et est prima coniugatio, ut T. „haec hinc facessat." 33. 34. Donat. in Andr. II 4, 7 „Tria—hodie (odio *Par.*) inter uos." 38. Eugraphius: libuit] Hoc est: quantum ei libuit, tantum postulauit. — Donatus: Quid? nimium quantum libuit (quantū cūq; *Ed. pr.*)] Apud quosdam diuersae personae cum uerbis singulis. — Charis. p. 207 „Nimium quantum" Terentius in formione: ubi CELSUS: ‚pro ‚nimium,'

Digitized by Google

Taléntum magnum. DE. Immó malum hercle: ut níhil pudet!
GE. Quod díxi adeo ei: 'quaéso, quid si fíliam
Suam únicam locáret? parui ré tulit
Non súscepisse: inuéntast quae dotém petat.'
Vt ad paúca redeam ac míttam illius inéptias,
Haec dénique eius fuít postrema orátio:
'Ego' ínquit 'a princípio amici fíliam,
Ita ut aéquom fuerat, uólui uxorem dúcere.
Nam míhi uenibat ín mentem eius incómmodum,
In séruitutem paúperem ad ditém dari.
Sed mihi ópus erat, ut apérte tibi nunc fábuler,
Aliquántulum quae adférret, qui dissóluerem
Quae débeo: et etiám nunc, si uolt Démipho
Dare quántum ab hac accípio, quae sponsást mihi,
Nullám mihi malim quam ístanc uxorém dari.'
AN. Vtrúm stultitia fácere ego hunc an málitia
Dicám, scientem an ínprudentem, incértus sum.
DE. Quid si ánimam debet? GE. 'Áger oppositus pígnori

39 ⁎hercle⁎ malū G nihil, ihil *in ras.*, D KERCLE^{ut}NIKIL A, ut *add. corr. rec.* 40 si *om.* D', *add. schol.* 40 *et* 41 *in unum uersum confluxerunt in* FP 41 RETTULIT A 42 suscepisse se^{i} anuenta est F 43 pa^{u}ca G eius ineptias DG 45 inquid C inquid^{t} F inquit, t *in ras.*, B iam a principio BCDEFP iā principio G 47 UENIEBAT A *cum rell.* incommodi *Bentleius* 48 PAUPAREM A ad ditem *om.* P 49 tibi^{nc} G 50 Aliquantum E afferret B UTDISSOLUEREM A qui dissoluerem *rell.* 51 DEBEOETIAM (*om.* et) ABCEFP 52 acca^{i}pio D 53 MALLIM A istā DG 54 *Antiphonis notam om.* G, *sed habet spatium* FACEREKUNC (*om.* ego) A 55 inp^{ru}dentem G 56 oppositus est BCEFP est *om.* DG PIGNORIest A, *ut* est *a corr. rec. in litura scriptum ductus antiquos sequi uideatur?* pign^{e}ori ob FP pigneri E

ut ‚immane quantum' ‚incredibile quantum': licet quidam sic legant, inquit, ut „nimium" seruus dicat, „quantum" uero senex. sed †sequentia intelleguntur. (sententiam non intelligunt *Bentleius*). 38. 39. Prisc. de num. figur. p. 409 „si—magnum." 39. Prisc. II p. 312 „ut nihil pudet." 45. iam a principio: Eugraph. in lemm. 48. Arusian. p. 224 Dat ad illum. T. Ph. „In seruitutem—dari." 50. qui dissoluerem: Donat. in lemm. 52. Arusian. p. 262 Sponsa mihi est. Ter. Eun. (...cf. Eun. V 8, 6..) „sponsa mihi est." 53. istanc: Eugraphius 56 oppositus est pignori: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Ob decem minas est.' DE. Áge age, iam ducát: dabo.
GE. 'Aedículae item sunt ób decem alias.' DE. Oíeï,
Nimiúmst. CH. Ne clama: pétito *ill*asce a mé decem.
60 GE. 'Vxóri emunda ancíllulast: tum plúscula 665
Supelléctile opus est: ópus est sumptu ad núptias:
His rébus sane póne' inquit 'decém minas.'
DE. Sescéntas proinde scríbito iam míhi dicas:
Nihil do: ínpuratus me ílle ut etiam inrídeat?
65 CH. Quaeso, égo dabo, quiésce: tu modo fílium 670
Fac ut íllam ducat, nós quam uolumus. AN. Eí mihi.
Geta, óccidisti mé tuis falláciis.
CH. Mea caúsa eïcitur: mé hoc est aequom amíttere.
GE. 'Quantúm potest me cértiorem' inquít 'face,

57 OBDECEMMINAS || ||| Z AGE (*om.* inquit) A, *erasis tribus litteris quarum ultima* T *fuisse uidetur: ut fuerit* EST ob de$\overset{c}{\text{t}}$ē minas ē inquit D, *corr.* D² minas inquit BCEFGP (inqui$\overset{t}{\text{d}}$ CF, *corr.* C²F¹) 58 Aediculae *in ras.* G Oe t | hui D oe G hui BEF $\overset{h}{\text{u}}$i C ui P 59 petito illasce *Bentleius* PETITOKASCE A *cum rell.* (pe$\overset{ti}{\text{t}}$o E asce P) d$\overset{e}{\text{i}}$cem C, *corr.* C² 60 ancilla DGP tum autem pluscula BCDEFGP 61 Suppellectilectule F *Alterum* opus est *om.* A¹D¹FG¹, *add. corr. rec.* A, D²G² SUMPTUM A 62 pone sane inquit decem DFG pone sane decem inquit BCEP (inqui$\overset{t}{\text{d}}$ CF, *corr.* C²F¹) 63 Sescenta^{s} C Sescent$\overset{a}{\text{i}}$s F, *corr.* F² Sexcentas E P$\overset{e}{\text{R}}$OINDE A, perinde *effecit corr. rec.* $\overset{\text{potius}}{\text{p}}$inde D, *corr.* D² proinde potius BEF perinde potius CP SCRIBIT$\overset{\text{iam}}{\text{O}}$MIKI A, iam *add. corr. rec.* iā || mihi D mihi iam BCEF (michi E) mihi iam dicas, iam dicas *in ras. a corr.*, P 64 imp$\overset{u}{\text{a}}$ratus D, *corr.* D² inpuratus | ne P etiam me inrideat P irrideat BDE 65 FILIU$\overset{s}{\text{M}}$ A, *corr. rec.* filius BCDEFGP 66. 67 *unum uersum faciunt in* P: *in* F *uersus exit in* geta, *tum* occidisti me tuis fallaciis *in margine sunt.* ducat *om.* D¹, *add. schol.* $\overset{\text{AN.}}{\text{ei}}$ G 69—71 *Phormioni dat* G potes BCDEFGP inquit, t *in ras.*, B inquid^{t} F inquid CD

60. 61. Prisc. I p. 104 „tum—opus est.." 61. Prob. Cathol. p. 31 Supellectile opus est. — Donatus: sumptu ad nuptias] ‚opus est' subauditur. 62. pone (*om. Ed. pr.*) sane inquit decem: Donat. in lemm. 63. proinde potius scribito m. i. d.: Donati *Ed. pr.* in lemm. — proinde scribito mihi dicas: Eugraph. in lemm. 69. potes: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Si illám dant, hanc ut míttam: ne incertús siem: 675 70
Nam illí mihi dotem iám constituerúnt dare.'
CH. Iam accípiat: illis répudium renúntiet:
Hanc dúcat. DE. Quae quidem ílli res uortát male.
CH. Oppórtune adeo argéntum nunc mecum áttuli,
Fructúm quem Lemni uxóris reddunt praédia: 680 75
Inde súmam: uxori tíbi opus esse díxero.

B ANTIPKO ADULESCENS *A* GETA SERUOS

AN. Geta. GE. Hém. AN. Quid egisti? GE. Émunxi argentó IV 4
senes.
AN. Satineést id? GE. Nescio hércle, tantum iússus sum.
AN. Eho, uérbero, aliud míhi respondes ác rogo?
GE. Quid érgo narras? AN. Quíd ego narrem? operá tua 685
Ad réstim mihi quidem rés redit planíssime. 5

70 UTTAM A, ut mittam *effecit corr. rec.* amittam **BCDFGP** siem **D**, e *deleuit* D^2 siam **EF** 72 *In* A *haec* IAM—DUCAT *Demiphoni* (*Z*), *tum* QUAE—MALE *Getae* (*A*) *data sunt Demiphoni haec* Iam—ducat *dat* **G**, *Chremeti* Quae—male, *iterum* Ch *praeponit uersui* 74 accipiat **D**, *corr.* D^2 accipiet *ex* accipiat **B** accipiet **E**, *corr. rec.* 73 illi || **B** 74 Oportune **BDF** nunc adeo argentum mecum **F** adeo nunc mecum argentum **DG** adeo nunc argentum mecum **BCEP** 76 Id sumam **BCDEFGP**

IV 4 *I'* ANTIPHO ADVLESC̄ *B* GETA SERVVS **D** ANTIPHO ADVLESCENS GETA SERVVS **PC** ANT. GETA **E** Antipho **G** 1 *In* **G** *notae* AN. G. AN. *desunt, sed cum spatio* || egisti **D** emuxi **E**, *corr.* E^2 2 SATINEEST A, id *add. corr. rec.* Satin **BCDEFGP** iusus **E**, *corr. rec.* 4 ergo narrem **FP** 5 Adreſtin **G** rediit **F** rediit **BCP** planis sume **P**

73. Donatus: Quae quidem res illi uertat male] Non desinit poeta ostendere auaritiam Demiphonis. — quae quidem res ei uertat male: Eugraph. in lemm. 74. mecum argentum attuli: Donat. in lemm. 75. Donatus: Et „Lemni" et „Lemno" legitur. 76. Donatus: Id sumam] Non fructum, sed argentum. — Idem. in V 3, 3 „Id sumam—dixero." — Porphyr. in Horat. Epod. 15, 24 „uxorem tibi opus ‚est' dixero."

IV 4. 1. Arusian. p. 229 „Emunxi argento ‚senem.'" — Non. p. 36 Emungi ex manifesta significatione manat.. T. „Emunxi argento ‚senem.'" — Id. p. 103 ‚Emulgere' sine labore tollere. T. F. „emunxi argento ‚senem.'" 2. Donatus: Satisne id est) Hoc est: Idne tibi uidetur satis esse?.. aut Fecisti ‚certe' quod uoluisti. 5. Prisc. I p. 329 T. in ‚Eunucho':

Digitized by Google

Vt té quidem omnes dí deae superi ínferi
Malís exemplis pérdant! em, siquíd uelis,
Huic mándes, qui te ad scópulum e tranquillo aúferat.
Quid mínus utibile fuít quam hoc ulcus tángere
Aut nóminare uxórem? iniecta est spés patri
Posse íllam extrudi. cédo nunc porro: Phórmio
Dotém si accipiet, úxor ducendá est domum:
Quid fíet? GE. Non enim dúcet. AN. Noui. céterum
Cum argéntum repetent, nóstra causa scílicet
In néruom potius íbit? GE. Nihil est, Ántipho,
Quin mále narrando póssit deprauárier.
Tu id quód boni est excérpis, dicis quód mali est.
Audí nunc contra: iám si argentum accéperit,
Ducénda est uxor, út aïs: concedó tibi:
Spatiúm quidem tandem ápparandi núptias,
Vocándi, sacrificándi dabitur paúlulum.
Intérea amici quód polliciti súnt dabunt:
Inde íste reddet. AN. Quam óbrem? aut quid dicét? GE. Rogas?

6 di deae *Bentleius* DIDEAEQ. A *cum rell.* (dii BCEFP) 7 hem BD²EFG uelis *om.* E¹, siq uelis *in marg.* 8 KUICMANDESQUODQUIDEM RECTECURATUMUELIS ABCDEF¹GP Huic mandes qui te ad scopulum e tranquillo auferat E *in marg. et manus saec. XI*^{mi} *in* F *in marg. V. Adelph. III* 3, 18 9 utile^{bi} E uti|||le P UOLNUS^{c} A, ulcus *ex* uolnus *effecit corr. rec.* hulcus^{A} E 10 patri meo F 11 nunc cedo DG 14 REPETET A 16 deprauier^{ar} D, *corr.* D² 17 Tu id qđ^{A} D² *in ras.* Quicqd G 18 contra iam: si P receperit^{ac} F 20 APPARANDAS^{i} NUPTIAS^{i} A, *corr. rec.* apparandi nuptiis^{s} C apparandis nuptiis BDEFG¹P (apparendif G²) 21 SACREFICANDI A, *ut quarta littera a corr. rec. erasae superducta sit* 22 sunt argentum dabunt BCEFP 23 Id ille istis reddet BCDFGP Id ille chremeti & demiphoni istis reddet E rogitas E

„Ad restim mihi quidem res redit planissime." 6. Charis. p. 222 ‚Ut' pro ‚utinam' T. in formione „Ut te quidem omnes di deaeque": ubi ARRUNTIUS CELSUS ‚pro utinam.' — Prisc. II p. 240 T. in ‚Eunucho' „Ut illum di deaeque omnes superi inferi Malis exemplis perdant" (cf. Eun. II 3, 11. Phorm. I 2, 73). 9. ulcus: Donat. in lemm. et Eugraph. 17. bonū: Donati *Ed. pr.* in lemm.

Digitized by Google

'Quod rés postilla mónstra euenerúnt mihi!
Intro íit in aedis áter alienús canis:
Anguís in inpluuium décidit de tégulis:
Gallína cecinit: ínterdixit bárіolus:
Harúspex uetuit: ánte brumam autém noui
Negóti incipere! quaé causast iustíssima.'
Haec fient. AN. Vt modo fiant! GE. Fient: mé uide.
Pater éxit: abi, dic ésse argentum Phaédriae.

Z DEMIPHO *E* CHREMES *A* GETA
SENES II SERUOS

DE. Quiétus esto, inquam: égo curabo néquid uerborúm duit. IV 5
Hoc témere numquam amíttam ego a me, quín mihi testis ádhibeam:
Cui dem ét quam obrem dem, cómmemorabo. GE. Vt caútus est, ubi níhil opust.
CH. Atque íta opus factost: ét matura, dúm libido eadem haéc manet:

24 monstrauerunt D, *corr.* D² 25 aedis CP, *corr.* C²P¹ 26 in inpluuium *Guyetus* PERINPLUUIUM A *cum rell.* 27 cecinit B ariolus C, *corr.* C² ariolus FG 28 HARISPEX A Aruspex B Auruspex E ante aut brumā G autem noui P autem noui E, *corr. rec.* 29 NEGOTIINCIPERE A, *corr.* A¹ *Duo hemistichia inter* incipere *et* quae *excidisse uidentur Fleckeiseno* 30 fient haec G 31 exiit FG *Antiphoni tribuunt* abi—Phaedriae BD²P abi et dic DEFG dic, c *in ras.*, P

IV 5 *E* DEMIPHO SENEX *O* CREMES IDEM *B* GETA SERVVS D CHREMES DEMIPHO GETA SENES II SERVVS P DEMIPHO G DEMIPHO. SENEX. CHREMES. II GETA. SERVVS C DEMIPHO GETA CHREMES E 1 DUIT A, *corr. rec.* dicat D, *corr. schol.* dicat G, *corr.* G² 2 ego a me amittam D ego *om.* G testis C 3 Cui dem BDG CUMDEM ACEFP G. quantū ut cautuſ G CAUTUST A cautus nichil ubi E est opus BCEFP 4 ATQUI A est facto E facto C, *corr.* C² admatura BC at matura EFG²P (et matura G¹ *cum* AD)

27. Donatus: Dictus „hariolus" quasi fariolus, a fatis et a fando, H enim pro F et item F pro H in multis locutionibus mutabantur. An ab ‚halando.' 28. Donatus: „Haruspex" ab haruga nominatur. — Eugraphius: Ordo: Haruspex uetuit noui quid negotii ante brumam incipere."
IV 5. 3. ut cautus est (est *om. Ed. pr.*), ubi nihil opus est: Donat. et Eugr. in lemm. 4. Eugraphius: matura) id est accelera.

Digitized by Google

Nam si áltera illaec mágis instabit, fórsitan nos reíciat.
GE. Rem ipsám putasti. DE. Dúc me ad eum ergo. GE. Nón moror. CH. Vbi hoc égeris,
Transíto ad uxorém meam, ut conuéniat hunc prius quam hínc abit.
Dicát eam dare nos Phórmioni núptum, ne suscénseat: 720
Et mágis esse illum idóneum, qui ipsí sit familiárior:
Nos nóstro officio nón digressos ésse: quantum is uóluerit
Datum ésse dotis. DE. Quíd tua malum id ré fert? CH. Magni, Démipho.
Non sátis est tuom te officium fecisse, íd si non fama ádprobat:
Volo ipsíus quoque uoluntáte haec fieri, né se eiectam praédicet. 725
DE. Idem égo istuc facere póssum. CH. Mulier múlieri magis cónuenit.
DE. Rogábo. CH. Vbi illas núnc ego reperíre possim, cógito.

5 illa **BCDEFGP** 6 *Demiphoni haec omnia* Rem—ergo *tribuunt* **AG** (*in* **G** *nota ante* duc *erasa et* **D** *nota ante* Rem *in rasura est*) ad ergo^{eū} **P**, *corr.* **P**^{2} num moror? **BCDEFGP** 7 Transito *om.* **D**^{1}, *add.* **D**^{2} abit^{ea} **C**, *corr.* **C**^{2} abeat, ea *in ras.*, **P** abit^{hinc} *ex* habeat **F** abeat **B** 8 eam nos dare **BCEP** nos eam dare **F** succenseat **BE** 9 illū esse **D** 10 nihil digressos **BD**^{1}**G** nihil degressos **D**^{2} nihil egressos **CEFP** (nichil **E**) esse *om.* **BCEFP** ḷiis **C** *In* **F** *us. exit in* dotis^{id} 11 Tantum datum **E** refert **C** id^{re} fert **F** refert id **G** 12 *Demiphoni uersum dant* **BCDF**^{2}**GP** Non *om.* **G** Non sat tuum **BCEP** Non ſ‖at^{if} tuum **F** TUUM **A** te *om.* **BCFP** officium *ex* offocium **D**^{2} id si non *Guyetus* SINONID^{em} **A**, em *add. corr. rec.* si non id **BCDEFGP** approbat **BEG** 13 *Chremetis notam praemittunt* **BCDF**^{2}**GP** ipsius [quoque] haec uoluntate *Fleckeisenus* p̄dicet clamet **D**, *uncos add.* **D**^{2} 14 magis congruit **DG** magis congruet^{i} **P** magis congruet **BCEF** 15 ubi ergo illas nunc ego reperire cogito^{possim} **D**, *corr.* **D**^{2} ego illas nunc **BCFP** ego illaſ^{nc} **G** ego nunc illas **E** repperire **BCP**

14. Donat. in Hec. V 1, 28 „mulier mulieri conuenit." 15. reperire illas: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Θ SOPHRONA NUTRIX — *E* CHREMES SENEX

SO. Quíd agam? quem mihi amícum inueniam mísera? aut quo V 1
consília haec referam?
Aút unde auxiliúm petam?
Nám uereor, era ne ób meum suasum indígna iniuria ád-
ficiatur:
Íta patrem adulescéntis facta haec tólerare audió uiolenter.
CH. Nám quae haec anus est, éxanimata a frátre quae egressást
meo?
SO. Quod ut fácerem egestas me ínpulit, cum scírem infirmas
núptias
Hasce ésse, ut id consúlerem, interea uíta ut in tutó foret.
CH. Cérte edepol, nisi me ánimus fallit aút parum prospíciunt
oculi,
Meaé nutricem gnátae uideo. SO. Néque ille inuestigátur,
CH. Quid ago?
SO. qui ést eius pater. CH. Ádeo, maneo, dum haéc quae
loquitur mágis cognosco?

V 1 *II* SOPHRONA ANVS *O* CHREMES SENEX **D** SOPHRONA ANVS CHREMES SENEX **PC** SOPHRONA CHREMES **E** SOPHRONA **G** *Indicem om.* **F** 1. 2 *in unum uersum contrahunt* **FP**: *duo habet* **A**, *quorum alter incipit a* REFERAM 1 misera inueniam **BCEFP** aut cui **BCDEFGP** consilia, a *in ras.*, **P** hęc, ę *in ras.*, **P** 2 unde mihi auxilium **BCDGP** petat **G** 3 hera **BF** aera **G** indigne **BCDEFGP** adficit[a] **D**, *corr.* **D**[2] effitiat[a] **G** afficiatur **BE** 4 adolescenti[us] **D**, *corr.* **D**[2] adhulescentiſ **F** tollerare **F** 5 Namq; [quę] **E** est anus **DG** quae[e]gressa **C**, *corr.* **C**[2] quę[a] egressa **F** me||o **P** 6 aegestas **DF**[1]**G** 7 id *om.* **D** uita in (*om.* ut) **G** 8 Certo **BF** 9 gnatę *ex* agnatę **C** agam **BCDEFGP** 10 pater eius **BCEFP** ADEO[n] **A**, n (*ut uidetur*) *add. corr. rec.* adeon an maneo **BCDEFGP** dum ea quae **BCDFGP** dum ea loquitur quę **E** cognoscam **BCD**[1]**EFP** *In* **A** *us. dissectus est post* LOQUITUR

V 1. 5. Seru. in Georg. IV 445 „Nam quae est haec anus a fratre egressa meo." — anus est: Donat. in lemm.

Digitized by Google

SO. Quód si eum nunc reperíre possim, níhil est quod uereár.
CH. East ipsa:
Cónloquar. SO. Quis hic lóquitur? CH. Sophrona. SO. ét meum nomen nóminat?
CH. Réspice ad me. SO. Di óbsecro uos, éstne hic Stílpo? CH. Nón. SO. Negas? 740
CH. Cóncede hinc a fóribus paulum istórsum sodes, Sóphrona.
Ne me ístoc posthac nómine appellássis. SO. Quid? non óbsecro es
Quem sémper te esse díctitasti? CH. St'. SO. Quid has metuís fores?
CH. Conclúsam hic habeo uxórem saeuam. uérum istoc me nómine
Eo pérperam olim díxi, ne uos fórte inprudentés foris 745
Effúttiretis átque id porro aliqua úxor mea rescísceret.
SO. Istóc pol nos te hic ínuenire míserae numquam pótuimus.
CH. Eho díc mihi, quid reí tibi est cum fámilia hac unde éxis?

11 repperire **BCF** nihil sit **BCFP** east ipsa ẽ **D**, *corr.* D^2 ea ĩ. ipſa ẽ **G** ea ipsa est **BCEFP** 12 Conloquor **D** Colloquar **B** sophrona *ex* sophorna **C** *In* **F** *haec* SO. quis—*u.* 13 in me *omissa sunt, sed in ima pagina suppleta a manu paulo recentiori In* **A** *uersus dissectus est post* SOPKRONA 13 in me **F** STILPKO **A** *cum rell.* (ſtipho **F**) 14 PAULULUM **ABFG** paulolū **D** sodes *om.* E^1, *add.* E^2 15 Nec me **BDFG** appellas. sis **BC** appellasses **D**, *corr.* D^2 appel|||||ſiſ **G** apelassis **E** non is obsecro||| **D** n̄ if obſecro **G** non es obsecro **BCEFP** 16 dictasti **D** O. sit t̄ est **D** Ch. ſit **G**, *corr.* G^2 CHR. est **BCEFP** 17 ISTUC **A** istoc *om.* D^1, *add.* D^2 me nomine **D** DENOMINE **A** *cum rell. Post* UERUM *us. dissectus est in* **A** 18 forte uoſ **G** inpudentes **B** 19 Effutiretis **BEFGP** (futiretis *in ras.* **P**) Effutiret **C**, *corr.* C^2 mea **F** reciſceret **G** 20 Em istoc **CP** Hem istoc **BF** Hem pol istoc nos **E** potui **D**, *corr.* D^2 21 tibi rei est **F** exis aut **BC** D^2**EP** (aut *om.* D^1 *cum* **AG**)

13. Stilpho: Eugraph. in lemm. 14. Donatus: paululum ‚istorsum'] Nunc „istoc" aduerbium est, alias nomen. — paululum: Eugraph. 15. 16. Vel. Long. p. 2213 Inuenti sunt qui et sine uocali putent posse syllabam fieri. nam animaduertimus apud comicos S et T pariter scriptas litteras, ut apud T. in Ph. „non ‚is' obsecro—fores": hoc S et T pariter renuntiat silentium. 17. Donat. in Andr. II 3, 12. in Eun. IV 3, 25 „Conclusam—saeuam." 18. Non. p. 103 „uos forte inprudentes Effutiretis" (foris *om.*).

Digitized by Google

Vbi illaé sunt? SO. Miseram me. CH. Hém, quid est? uiuóntne? SO. Viuit gnáta.
Matrem ípsam ex aegritúdine hac miserám mors consecúta est.
CH. Male fáctum. SO. Ego autem, quae éssem anus desérta egens ignóta,
Vt pótui nuptum uírginem locáui huic adulescénti,
Harúm qui est dominus aédium. CH. Antiphónin? SO. Em, isti ípsi.
CH. Quid? duásne uxores hábet? SO. Au, obsecro, únam ille quidem hanc sólam.
CH. Quid illam álteram quae dícitur cognáta? SO. Haec ergost. CH. Quíd aïs?
SO. Compósito factumst, quó modo hanc amáns habere pósset
Sine dóte. CH. Di uestrám fidem, quam saépe forte témere
Euéniunt quae non aúdeas optáre! offendi aduéniens
Quocúm uolebam et út uolebam cónlocatam *gnátam*:
Quod nós ambo opere máximo dabámus operam ut fieret,
Sine nóstra cura, máxima sua cúra [hic] solus fécit.

22 Aut ub^{i} **F** quid^{6} **D**, ē *add.* **D**^{2} *Ab h. u. inde uersus non distinguit* **F** 23 Matrē fuā ex **G** hac *om.* **BCDEFGP** 24 AEGENS **A** aegens **F** 25 UIRGINEMNUPTUM **A** uirgnē **D** collocaui **DG** adhuleſcentuli^{h} **F** 26 Antiphonine **BCDEF**^{2}**P** Antiphonie **F**^{1} Emisti **D**, *corr.* **D**^{2} hem **BEFG** isti inquā ipsi **F** ipsi isti **G** 27 duasne is uxores **BCDEFG** duas uxoresne is **P** SO. *om.* **G** unam obsecro **E** *In* **A** *us. dissectus est post* ILLE 28 illa altera **BDEFGP**^{2} (illam alteram **P**^{1} *cum* **AC**) 29 hanc amans^{i} habere **D**, *corr.* **D**^{2} 32 Quocum^{i} **D**, *corr.* **D**^{2} Quicum **BCEFP** uolebā^{A} *ex* uolebat **C** atque ut **BCDE** (ut *inter lineas* **C**^{1}**E**^{2}) conlocatam gnatam *Faernus* CONLOCATAMAMARI **A** collocatam filiam **BCDEFGP** 33 maximo *ex* maximas **C** fieret^{ut} **F** fierent **E** 34 maxima sua cura *om.* **BC** SOLUS^{a} **A**, (*om.* hic) *ut* US *a corr. rec. in* A *mutatum sit* haec sola *rell.*

23. ex aegritudine miseram mors: Donat. et Eugraph. in lemm. (miseram *om.* Donati *Ed. pr.*). 24. cum essem: Eugraph. in lemm. 31. 32. Prisc. I p. 574 „offendi aduenienſ Quicum—collocatam filiam. — Eugraphius: Modo inueni filiam cum eo nuptam, cum quo esse cupiebam, et eam diligi (*ut legerit* amari). 34. Donatus: haec sola fecit] Si „hic" legerimus, Antiphonem intelligimus, si „haec", Sophronam. — Eugraphius: Nunc sola haec anus cuncta compleuit.

Digitized by Google

SO. Nunc quíd opus facto sít uide: pater ádulescentis uénit
Eumque ánimo iniquo hoc óppido ferre áiunt. CH. Nihil periclist.
Sed pér deos atque hómines meam esse hanc cáue resciscat quísquam.
SO. Nemo éx me scibit. CH. Séquere me: intus cétera audiémus.

35 Numquid EFP facto sit D, *corr.* D^2 facto est BCEFP adhulescentis F 36 inquo P hoppido D, *corr.* D^2 opido EG pericli est nichil E 38 EME A ex me *rell.* scibit sequere me cetera audies, bit sequere *in ras.*, D (*om.* intus) sequaere B INTUSCETERAAUDIES AFG cetera intus audies BCEP audiemus *Bentleius*

38. ex me: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Z DEMIPHO *A* GETA
SENEX SERVOS

DE. Nostrápte culpa fácimus ut malís expediat ésse, V 2
Dum nímium dici nós bonos studémus et benígnos.
Ita fúgias ne praetér casam, quod áiunt. nonne id sát erat,
Accípere ab illo iniúriam? etiam argéntumst ultro obiéctum,
Vt sít qui uiuat, dum áliut aliquid flágiti confíciat.
GE. Planíssime. DE. Eis nunc praémiumst, qui récta praua fáciunt.
GE. Veríssime. DE. Vt stultíssime quidem illí rem gesserímus.

V 2 *E* DEMIPHO SENEX *B* GETA SERVVS **D** DEMIPHO GETA SENEX SERVVS **PC** DEMIPHO GETA **EFG** 1 cupa **P** MALOS, *ut dimidia* L *et tota sequens littera erasa sit, corrector recens apicem liquidae et* O *addiderit,* A malif **G** malis **C**, *corr.* C^2 malos, o *in ras.,* **DP** malos **BEF** 2 nimium *ex* numium **F** nof dici **G** studeamus **D**, a *expunxit* D^2 3 PRAETER CASAM A, mittas *add. corr. rec.* casam **C**, *corr.* C^2 causam, us *in ras.,* **P** causam **BDEFG** QUODAIUNT, *ut* AI *a corr. rec. erasis litteris superscriptum sit, tum ante* U *uestigium litterae* C *conspiciatur* (*fuit* DICUNT), A SATIS A 4 ∽ *erasum in* DF^1 est *om.* **CEP** 5 ali||quid **D** aliud *om.* **G** aliquid aliud **BCEP** FLAGITII A CONFICIAT A, confingat *effecit corr. rec.* confingat **F**, *corr. schol.* 6 IIS A his **BCDEFGP** 7 morem gesserimus *Bentleius olim* gessimus **G**

V 2. 3. praeter casam : Donatus et Eugraphius. — Prisc. I p. 250 „Ita—aiunt" (causam *aliquot libri boni*). — Pompei. Comm. p. 311 Nescio qui fur rapuit nescio quid et fugit ante domum eius cui rapuerat. tu dicis illud quod legimus in T. „ita—casam." 5. aliud aliquid : Donat. in lemm. 6. his : Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

GE. Modo ut hóc consilio póssiet discédi, ut istam dúcat.
DE. Etiámne id dubiumst? GE. Haúd scio hercle, ut homóst, an mutet ánimum.
DE. Hem, mútet autem? GE. Néscio: uerúm, si forte, díco.
DE. Ita fáciam, ut frater cénsuit, ut uxórem eius huc addúcam, Cum ista út loquatur. tú, Geta, abi prae: núntia hanc uentúram. —
GE. Argéntum inuentumst Phaédriae: de iúrgio silétur: Prouísum est, ne in praeséntia haec hinc ábeat: quid nunc pórro?
Quid fíet? in eodém luto haesitás: uorsura sólues, Geta: praésens quod fuerát malum in diem ábiit: plagae créscunt,
Nisi próspicis. nunc hínc domum ibo ac Phánium edocébo, Nequíd uereatur Phórmionem aut eíus oratiónem.

8 ut *om.* P hoc *om.* E¹, *add.* E² possit BCDEFGP 9 dubi eſt G haut D haud sciam C, *corr.* C² ANIMUM *ab initio sequentis uersus habet* A 10 mittet F dicā G 11 ITA *in* A *a corr. rec. super erasam uocem scriptum est* sī frater E huc eius BCDEGP ducam D 12 loquat, t *in ras.*, P tu *om.* BCEP prae nuntia *separauit Palmerius* ꝑnuntia *ex* ꝑnuntia D² pronuntia E 14 INPRAESENTI A abeat *ex* habeat P *In* G *uerba* ꝑuiſum eſt ne in ꝑ *ultima sunt folii* 46 : *finis comoediae cum initio Heautontimorumenu deest* 15 UORSURAM A, *corr. rec.* uorsuram BCDEFP soluis D 16 GE *nota, quae illius* Geta *loco in* F *erat, erasa est* abi||t D ||abiit P abit E 18 huius *Bothius* senis *Palmerius* orationem *ex* grationem C

8. possit: Donat. in lemm. 15. uorsuram solues: Donatus *bis.* — Eugraphius: Hac in re uersaris ‚uorsuram' soluens, creditorem mutans. — Lactant. Instit. II 8, 24 „in eodem luto haesitans uersuram soluis gesta" (*sic cod. Bonon.*). — *Cf.* Id. VII 2, 3 in eodem luto, sicut comicus ait, haesitauerunt. — Schol. Bembin.: aes alienum acceptum mutuo sol(ues).

Digitized by Google

Z DEMIPHO SENEX *B* NAUSISTRATA MULIER

DE. Age dum, út soles, Nausístrata, fac illa út placetur nóbis, V 3
Vt suá uoluntate íd quod est faciúndum faciat. NA. Fáciam. 785
DE. Paritér nunc opera me ádiuues, ac ré dudum opitulâta es.
NA. Factúm uolo: ac pol mínus queo uiri cúlpa, quam me dígnumst.
DE. Quid aútem? NA. Quia pol meí patris bene párta in- 5
diligénter
Tutátur: nam ex eis praédiis talénta argenti bína
Statím capiebat: uír uiro quid praéstat! DE. Binan quaéso? 790
NA. Ac rébus uilióribus multó talenta bína. DE. Hui.
NA. Quid haéc uidentur? DE. Scílicet. NA. Virúm me natum uéllem:
Ego osténderem, DE. Certó scio. NA. quo pácto.. DE. Parce 10
sódes,

V 3 *E* DEMIPHO SENEX *II* NAVSISTRATA MVLIER **D** *Tres figurae pictae sunt in* **CFP** DEMIPHO SENEX NAVSISTRATA MVLIER CHREMES SENEX **PC** *Nomina om.* **F** DEMIPHO NAVSISTRATA CHR̃ **E** *Sequentem scaenam cum hac coniungunt* **BCEFP** 1 nobis *om.* **F**^{1}, *add. schol.* 2 Ut sua *ex* ac sua **D**^{2} 3 me *ex* mea **D** adiuuas, ua *in ras.*, **D** adiuuaṣ **E**, *corr. rec.* adiuuas **BCFP** ac *ex* hac **D** dudum re **BCEP** 4 cupa **P** dignū ō *add.* **D**^{2} *in marg.* 5 pa||ta **D** 6 nā || his **D**^{1}, ex iis **D**^{2} *in marg.* IIS **AC**^{1} his **BC**^{2}**EF** ||is praedis **P** ARGENTITIBINA **A** 7 Capiebat statim *secundum Nonium Bentleius* STATIMCAPIEBAT **A** *cum rell.* UIR **A**, em *add. corr. rec.* hem uir **BCDEF**^{2}**P** (uir *in ras.* **D** hem *om.* **F**^{1}) qd *ex* qđ **D**^{2} bina **BCDEP** binaṅ **F** 8 ac de rebus **F** MULTOTAMEN **A** *cum rell.*, multo *deleuit Bentleius*, tamen *Fleckeisenus* duo talenta **BCDEFP** 9 NATUELLEM **A**, um *add. corr. rec.* natam **BCEFP** uelim **D**, *corr.* **D**^{2} 10 Certę **D**, *corr.* **D**^{2}

V 3. 3. dudum re: Donat. in lemm. 6. 7. Non. p. 254 „nam ex his praedis latent argenti moeniae nam statim capiebat" (*sic Wolf. Leid. Geneu.*). — Id. p. 393 Statim producta prima syllaba a stando perseueranter et aequaliter significat. T. „bina talenta Capiebam statim." — Statim capiebat: Donat. in lemm. 7. Non. p. 371 „uir—praestat."

Digitized by Google

Vt póssis cum illa, né te adulescens múlier defetíget.
NA. Faciam út iubes: sed meúm uirum abs te exíre uideo.

B NAUSISTRATA *E* CHREMES *Z* DEMIPHO
MULIER SENES II

CH. Ebem, Démipho,
Iam illí datum est argéntum? DE. Curaui ílico. CH. Nollém datum.
Ei, uídeo uxorem: paéne plus quam sát erat. DE. Cur nollés, Chremes?
CH. Iam réctc. DE. Quid tu? ecquíd locutu's cum ístac, quam obrem hanc dúcimus?
CH. Transégi. DE. Quid aít tándem? CH. Abduci nón potest. DE. Qui nón potest?
CH. Quia utérque utrique est córdi. DE. Quid istuc nóstra? CH. Magni: praéterhac
Cognátam comperi ésse nobis. DE. Quíd? deliras. CH. Sic erit:
Non témere dico: rédii mecum in mémoriam. DE. Satin sánus es?
NA. Au óbsecro, uide ne ín cognatam pécces. DE. Non est. CH. Né nega:
Patris nómen aliut díctum est: hoc tu errásti. DE. Non norát patrem?

11 possis, *ultima* s *in ras.*, P ne *ex* nec D adhulescens F mulier adulescens D defatiget E, *corr.* E² 12 *Indicem personarum toti uersui praemittit* A *Nouam scaenam incipit etiam* D *II* NAVSISTRATA MVLIER E DEMIPHO SENEX O CHREMES IDEM 12 hem BCEP 13 ilico, il *in ras.*, P 14 s' uideo D Chreme BCP 15 tu || ec quid P tu ec quid F LOCUTUS (*om.* es) A locutus cum ista es BCDEFP 17 uterque at utrique D, *corr.* D² est utrique F praeter haec BCDEFP 18 Qui d F 19 REDI A *cum rell.* (redime cum C) *Z notam ab* A¹ *omissam ante* SATINE *add. corr. rec.* sat insanus es BD 20 Au *om.* E caue ne CDEP caue (*om.* ne) B caue||| in F 21 DVCTVM A, *corr.* A¹

20. Arusian. p. 238 „uide in ‚cognatam' pecces."

Digitized by Google

CH. Norát. DE. Cur aliut díxit? CH. Numquamne hódie concedés mihi
Neque intélleges? DE. Si tú nihil narras? CH. Pérdis.
NA. Miror quíd siet.
DE. Equidem hércle nesció. CH. Vin scire? at íta me seruet Iúppiter,
Vt própior illi, quám ego sum ac tu, némost. DE. Di uestrám fidem:
Eámus ad ipsam: una ómnis nos aut scíre aut nescire hóc uolo. CH. Ah.
DE. Quid ést? CH. Itan paruam míhi fidem esse apút te! DE. Vin me crédere?
Vin sátis quaesitum mihi ístuc esse? age, fíat. quid? illa fília
Amíci nostri quíd futurumst? CH. Récte. DE. Hanc igitur mittimus?
CH. Quid ni? DE.Ílla maneat? CH. Sic. DE. Ire igitur tíbi licet, Nausístrata.
NA. Sic pól commodius ésse in omnis árbitror, quam ut coéperas,
Manére hanc: nam perlíberalis uísast, cum uidí, mihi. —

22 *II notam ante* norat *add.* **D²** concedas **C**, *corr.* **C²** 23 intelleges **D**, *corr.* **D²** intelliges **B** intellegis **CEF** intellegis **P** narres **BCDEFP** PERDIS **A** perdis **D**, *corr.* **D²** pergis **BCEFP** *Ante* miror *II ex* ϵ *corr.* **D²** quid siet *Fleckeisenus* QUIDKOCSIET **ADF** quid hoc est **BCEP** 24 *suo loco in* **A** *omissus, sed post ultimum uersum folii, qui est* 30, *additus atque iam a prima manu signis iam fere euanidis* (**K P** *post exitum us.* 23., **K S** *in ima pagina legit A. Michaelis*) *in suam sedem reuocatus est.* ϵ *notam om.* **D¹**, *add.* **D²** seruet **D**, *corr.* **D²**, *ut uidetur* serues Iupiter **E** 25 *In* **A** *notam B. praefixit corr. rec.* homo nemo est **BCDEF¹P** (nemost **D**, *corr.* **D²** nemo **F**) 26 uno **P** oc, oc *in ras.*, **P** ha **D** 27 Itane **BCDEFP** parum **CEF²** (ã *erasa*) **P** uis me hoc credere **BCDEP** uin me hoc credere **F** 29 futurū ˜ *ex* futurus ẽ **D** 30 CH. Sic—Nausistrata *in marg. habet* **F** 31 omnis **C**, *corr.* **C²**

22. Non. p. 269 „numquam me hoc die' concedes mihi Neque intelleges." 28. Donatus: Vin satis quaesitum) Hoc totum pro una persona quidam legunt.

Digitized by Google

DE. Quid istúc negotist? CH. Iámne operuit óstium? DE. Iam.
CH. O Iúppiter,
Di nós respiciunt: gnátam inueni núptam cum tuo fílio.
DE. Hem,
Quo pácto [id] potuit? CH. Nón satis tutus ést ad narrandum híc locus.
DE. At tu íntro abi. CH. Heus, ne fílii quidem hoc nóstri resciscánt uolo.

B ANTIPHO ADULESCENS

V 4 Laetús sum, ut meae res sése habent, fratri óptigisse quód uolt.
Quam scítumst, eius modi ín animo paráre cupiditátes,
Quas, cúm res aduersaé sient, pauló mederi póssis!
Hic símul argentum répperit, curá sese expediuit:
Ego núllo possum rémedio me euóluere ex his túrbis,
Quin, si hóc celetur, ín metu, sin pátefit, in probró sim.
Neque mé domum nunc réciperem, ni mihi ésset spes osténta

33 negotii est, otii est *in ras.*, D OPPERUIT A pro Iuppiter D o Iupiter EF 35 id *om.* A tutus *ex* tutum C tuus F, *corr. rec.* tutus ē *om.* D¹, *add.* D² hic *om.* C¹P (*add.* C²) locus *ex* locum C 36 FILI A nostri hoc BCEP reciſcant E

V 4 *Γ* ANTIPHO ADVLESCENS *I* PHORMIO PARASITVS D, *in quo quinta scaena huic iuncta est* ANTIPHO ADVLESCENS PC ANTIPHO EF 1 ut ut BCDEP me F 2 ſitum F ē semp D, semp *induxit* D² huiusmodi E PARE A re *add. corr. rec.* parare in animo BCDEFP 3 Quam P Quib; F aduersae *om.* D ſcient F 4 reperit E exdiuit P 5 nullo modo possum F ex istis BCEP 6 in metu *om.* E¹, *add.* E² *in marg.* SIEM A *cum rell.* 7 Neque P, *corr.* P² niſi F ostenta D¹, ꝛ ostentata *schol.* ostentata P, ta *add.* P²

V 4. 2. parare in animo: Donat. in lemm. 2. 3. Prisc. II p. 273 „Quam—possis." — Arusian. p. 246 Medeor illas res. T. P. „‚in amico' cupiditates—possis" (fient.). 3. Prisc. I p. 385 „Quas—‚minus' mederi possis" (sint *uel* sunt *codd.*). 6. siem: Donat. in lemm. 7. Prisc. II p. 61 „ni mihi esset spes ‚ostentata.'" 7. 8. Seru. in Georg. I 248 Ab

Digitized by Google

Huiúsce habendae. séd ubi nam Getam ínuenire póssim, [ut]
Rogém, quod tempus cónueniundi pátris me capere iúbeat?

Y PHORMIO PARASITUS *B* ANTIPHO ADULESCENS

PH. Argéntum accepi, trádidi lenóni: abduxi múlierem, V 5
Curáui propria ut Phaédria poterétur: nam emissást manu. 830
Nunc úna mihi res étiam restat quae ést conficiunda, ótium
Ab sénibus ad potándum ut habeam: nam áliquod hos sumám dies.
AN. Sed Phórmiost: quid aïs? PH. Quid? AN. Quid nam núnc 5 facturust Phaédria?
Quo pácto satietátem amoris aít se uelle absúmere?
PH. Vicíssim partis tuás acturus ést. AN. Quas? PH. Vt fugitét patrem. 835
Te suás rogauit rúrsum ut ageres, caúsam ut pro se díceres.

8 habundae P Γ ubi nā D, *corr.* D² possum BCDEFP UT *ab initio sequentis us. habent* AFP, *induxit Bentleius* 9 *Proscripsit uersum Fleckeisenus* SUADEAT A suadeat D¹, ꝛ iubeat D² iubeat BCEFP

V 5 PHORMIO ANTIPHO PARASITVS ADVLESCENS PC PHORMIO ANTIPHO E *Nomina om.* F 1 leoni (n) F, *corr.* F² 2 Curaui *om.* D¹, *add. schol.* propria (ea) phedria ut D, ea *add.* D² propria ea Phaedria ut BCEFP poteretur (i) C poteretur, *prior* e *in ras.*, P potiretur BDEF 3 mihi una F una res restat mihi quae est etiam BCEP CONFICIENDA A conficienda (u) D, *corr. schol.* 4 Asenib (b) D, *corr.* D² A senibus B sumam *ex* summam CP *In uoce* aliquot *desinit Q. XVIII codicis Ambrosiani: Phormionis exitus deest* 5 PH. quid ~ B nc̄ ẽ facturus D, nc̄ *add.* D² FACTURUS PKAEDRIA (est *om.*) A, *in quo uersus dissectus est post* NUNC 6 ABSUMERE A, AB *deleuit corr. rec.* ·/. con absumere C, *corr.* C² 7 partis (e) CD, *corr.* C¹D² 8 SUAS (m) A, *corr. rec.* suam BCDEP & (t ut) pro E, *corr.* E²

eo quod est ‚ostendor' ueteres participium ‚ostentus,' non ‚ostensus' dicebant. T. in Eun. (III 5, 57)., in Ph. „Neque me ‚nunc domum'—‚ostentata' Huiusce habendae."

V 5. 2. propria ea Phaedria : Donat. in lemm. — Curaui propria ut potiretur : Eugraph. in lemm. — Seru. in Verg. Ecl. 7, 31 „Curaui propria ut potiretur." 8. Donatus : Te suam rogauit. .) ‚Partem' iterum subaudiamus.

Digitized by Google

Nam pótaturus ést aput me. ego me íre senibus Súnium
Dicam ád mercatum, ancíllulam emptum dúdum quam dixít
Geta:
Ne cum híc non uideant mé conficere crédant argentúm suom.
Set óstium concrépuit abs te. AN. Víde, quis egreditúr.
PH. Getast. 840

A GETA SERUOS *B* ANTIPHO ADULESCENS *Y* PHORMIO PARASITUS

V 6 GE. Ó Fortuna, o Fórs Fortuna, quántis commoditátibus,
Quám subito meo ero Ántiphoni ope uéstra hunc onerastís
diem!
AN. Quíd nam hic sibi uolt? GE. nósque amicos eius exonerastís
metu!
Séd ego nunc mihi césso, qui non úmerum hunc onero pállio
Ádque hominem propero ínuenire, ut haéc quae contigerínt
sciat. 845
AN. Núm tu intellegís, quid hic narret? PH. Núm tu? AN. Nihil.
PH. Tantúndem ego.
GE. Ád lenonem hinc íre pergam: ibi núnc sunt. AN. Heus, Geta.
GE. Ém tibi.

9 SENIBUSUNIUM A 10 mercandū (tum) D QUAMDUDUM A dudum quam *rell.* 11 SUUM A 12 hostium E increpuit (con) D, *corr.* D² QUIEGREDITUR A quis egrediatur BCDEP

V 6 *B* GETA SERVVS *Γ* ANTIPHO ADOLEC̄ *Z* PHORMIO IDEM D GETA SERVVS ANTIPHO ADVLESCENS PHORMIO PARASITVS PC GETA ANTIPHO PHORMIO E 2 ero meo BCDEP (hero B ſero C²) 4 Sed mihi nunc ego CDEP Sed mihi ego nunc B humerum BE ſumerum D, *corr.* D² 5 CONTIGERIT A 6 NUNC (m) A, *corr. rec.* intelligis B KICQUIDKIC A quid hic BCDP num P tantumdem P ||| ego D 7 hem tibi BCEP (PHO.)

9. Prisc. I p. 475 „nam potaturus apud me est." 11. Non. p. 269 „Cum hic—suum." 12. Non. p. 255 „sed hostium concrepuit ‚nihil ad te.'" —
V 6. 1. Varro Epist. ad Fufium ap. Non. p. 117: Quintiporis Clodiant foriae (Clodi Antipho fies: Riese Varr. Sat. p. 106) ac poemata eius gargaridians dices „O Fortuna, o Fors Fortuna": et ib. p. 425: dices „O Fors Fortuna quantis commoditatibus hunc diem." — Querol. I 2 in. „O Fortuna o Fors Fortuna." — Prisc. I p. 188 T. in F. „O Fortuna o Fors Fortuna" — Donat. in Hec. III 3, 26 Forsfortuna] ipse „O Fors Fortuna."

Digitized by Google

Núm mirum aut nouóm est reuocari, cúrsum quom institeris?
AN. Geta.
GE. Pérgit hercle: númquam tu odio tuó me uinces. AN. Nón manes?
GE. Vápula. AN. Id quidem tibi iam fiet, nísi resistis, uérbero.
GE. Fámiliariórem oportet ésse hunc: minitatúr malum.
Sét isne est quem quaero án non? ipsus est. cóngredere actutúm. AN. Quid est?
GE. O ómnium, quantúm est qui uiuont, hómo hominum ornatíssime:
Nám sine controuérsia ab dis sólus diligere, Ántipho.
AN. Íta uelim: sed quí istuc credam ita ésse mihi dicí uelim.

8 Nam E REUOCARE AD¹ QUOINSTITUERIS A institeris P instituerís DE *Totum uersum Antiphoni dedit Bothius* 9 PERGIT A, *corr. rec.* Pergit, t *in ras.*, P 10 UAPULA A, *corr. rec.* uapula CP (uapulabo si remansero *schol.* C) uapulabo B uapulabis DE RESTITIS A *In nonnullis codd. recentioribus et edd. antiquis hic uersus interpolationibus auctus est in hunc modum:*

GE. Vapulabis. curialis uernula est qui me uocat.
AN. Id tibi quidem iam fiet, nisi resistis uerbero.

11 FAMILIARIOREM A, *corr.* A¹ hunc esse C hunc esse B MITATUR A, *corr. rec.* *In* A *initium sequentis uersus* SETISNEEST *huic annexum est* 12 ipse est BCDEP CONGREDIARE A I *in* E *corr.*, A *induxit corr. rec.* comgredere C *Haec* congredere actutum *Phormioni assignant* BCP 13 O *om.* E uiuant hominum homo BCDEP ORNATISSIME A, onoratissime *effecit corr. rec.* honoratissime BCDP honorastime E, *corr. rec.* 14 conusia D, *corr.* D² contrauersia E dis D, *corr.* D² DILIGERE A, s *add. corr. rec.* 15 QUIDISTUC A dicas mihi D, *corr.* D² dici michi E dic uelim P

9. Donatus : Pergit hercle) Potest distingui hic „Pergit." et coniuncte legi „Hercle numquam tu odio tuo me (tu hodie me *Ed. pr.*) uinces." 10. Festus p. 372: ‚Vapula Papiria' in prouerbio fuit antiquis.. Plautus in Feneratrice ... uapula Papiria ... Aelius hoc loco ‚uapula' positum ait pro ‚dole,' Varro pro ‚peri' teste Terentio in Phormione „Num tu [*desunt circa* 12 *litterae*) resipis uerbero." — Vapulabis. id tibi (tibi *om. Ed. pr.*) quidem iam fiet: Donat. in lemm. — Vapulabere: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

GE. Sátine est si te délibutum gaúdio reddo? AN. Énicas.
PH. Quín tu hinc pollicitátiones aúfer et quod férs cedo. GE. Oh,
Tú quoque aderas, Phórmio? PH. Aderam: séd tu cessas?
GE. Áccipe, em:
Út modo argentúm tibi dedimus áput forum, rectá domum
Súmus profecti: intérea mittit érus me ad uxorém tuam.
AN. Quam óbrem? GE. Omitto próloqui: nam níhil ad hanc
rem est, Ántipho:
Úbi in gynaeceum íre occipio, púer ad me accurrít Mida,
Póne adprehendit pállio, resupínat: respició, rogo
Quam óbrem retineát me: ait esse uétitum intro ad eram
accédere.
'Sóphrona modo frátrem huc' inquit 'sénis introduxít
Chremem'
Eúmque nunc esse íntus cum illis: hóc ubi ego audiui, ád
fores
Súspenso gradú placide ire pérrexi, accessi, ástiti,
Ánimam compressi, aúrem admoui: ita ánimum coepi atténdere,
Hóc modo sermónem captans. PH. Eú, Geta. GE. Hic
pulchérrimum

16 SATINE A Satin *rell.* DILIBUTUM A enicas C, *corr.* C² enecas, *altera* e *ex corr.*, P enecas B 17 pollicitationis D, *corr.* D² pollicitationes E, *corr.* E² AUFER A, s *add. corr. rec.* ho E 18 hic aderas BCEP Γ tu D tu *om.* BCEP em D, *corr.* D² hem BE 21 Γ *notam ex* Z *corr.* D 22 Ubin C gineceū D gynaeceum eum ire E accepi D, *corr.* D² accurrit *ex* adcurrit C occurrit EP 23 Pone me adprehendit CDP REPREHENDIT A, *corr. rec.* apphendit B adprendit E resopinat D 24 a|it D AITSESE A, esse *effecit corr. rec.* 25 fratrem hunc E chremē hem D, hem *induxit* D² 26 euq; u *in ras. a corr.*, D cum illis intus P 27 SUSPENSU A ASSTITI A, S *expunxit* A¹ aſſtiti B adstiti CP 28 conpressi CP ammoui B animam coepi P adtendere CEP 29 *Antiphoni haec* Eu Geta *tribuunt* BCDEP eu *ex* heu E heu B

16. delibutum: Donat. et Eugraph. in lemm. 17. aufer: Eugraph. in lemm. 22. occipio: Eugraph. in lemm. 26. 27. Non. p. 386 „hoc—perrexi."

Digitized by Google

Fácinus audiui: ítaque paene hercle éxclamaui gaúdio.
AN. Quód? GE. Quod nam arbitráre? AN. Nescio. GE. Átqui
mirificíssimum:
Pátruos tuos est páter inuentus Phánio uxorí tuae.
AN. Quíd aïs? GE. Cum eius consuéuit olim mátre in Lemno
clánculum.
PH. Sómnium: utin haec ignoraret suóm patrem? GE. Aliquid
crédito,
Phórmio, esse caúsae: sed me cénsen potuisse ómnia
Íntellegere extra óstium, intus quae inter sese ipsi égerint?
AN. Átque ego quoque ináudiui illam fábulam. GE. Immo etiám
dabo
Quó magis credas: pátruos interea índe huc egreditúr foras:
Haúd multo post cúm patre idem récipit se intro dénuo:
Aït uterque tíbi potestatem éius adhibendaé dari:
Dénique ego sum míssus, te ut requírerem atque ad-
dúcerem.

30 poene **B** hercle pene **E** ex$^{s.\,\bar{p}.}$ gaudio **D**, *corr. schol.* ANT. quod *in fine huius us. habet* **P** 31 *Z* quod, *nota personae in ras.*, **D** PHO. quod **C** arbitrare^{ris} **E**, *corr. rec.* adqui **C** 32 PATRUUSTUUS **A** pater est **BCDEP** ANT. hem quid ais **BCDEP** 34 UTIN **A**, N *induxit corr. rec.* ut ||| hęc **P** ut^{in} haec **E**, *corr. rec.* SUUM **A** 35 MEN CENSEN **A** censen me **D** 36 Intelligere **B** ipsi *om.* **D** ipsi egerint, ipsi eg *in ras.*, **P** 37 PHO. Atque **CDP** Atque hercle ego quoque illam audiui **BCDEP** INAUDIUI **A**, IN *deleuit corr. rec.* immo quoque etiam **E** 38 PATRUUS tuus **A**, tuus *add. corr. rec.* 39 Hauț^{d} **C**, *corr.* **C**^{2} IDEMINDERECIPIT **A** denuo *om.* **P**^{1}, *add.* **P**^{2} ḍeṃpḥo^{denuo} **C**, *corr.* **C**^{2} 40 uterque eius tibi **E** huius **D**^{1} *t* ei' **D**^{2} *in marg.* ADḲIBENDAE **A**, abendae *effecit corr. rec.* habendae **BCDEP** dare **BCD**^{2}**EP** eius habendi se dare *Bentleius* 41 MISSUSSUM **ABCEP** sum mi^{s}sus$^{\wedge}$ **D**, *corr.* **D**^{2} ut te **D** ANT. em quin **CD**^{1}**P** ANT. hem quin **BD**^{2}**E**

31. Prisc. I p. 92 „Quod nam—atquin' mirificissimum" (*alii* munificissimum). 32. pater est: Donat. in lemm. 34. Arusian. p. 219 Consueuit ‚in' illa. T. Ph. „cum—Lemno." 37. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam: Donatus in lemm., *addens* Plautus in Milite glorioso „Nam os (hoc *Ed. pr.*) columnatum poëtae esse ‚inaudiui' (mandaui *Ed. pr.*) barbaro."

Digitized by Google

AN. Quín ergo rape mé: quid cessas? GE. Fécero. AN. O mi Phórmio,
Vále. PH. Vale, Antiphó. bene, ita me dí ament, factum. gaúdeo.

Y PKORMIO
PARASITUS

V 7 Tantám fortunam de ínprouiso esse hís datam!
Summa éludendi occásiost mihi núnc senes
Et Phaédriae curam ádimere argentáriam,
Ne quoíquam suorum aequálium suppléx siet.
Nam idem hóc argentum, ita út datumst, ingrátiis
Ei dátum erit: hoc qui cógam, re ipsa répperi.
Nunc géstus mihi uoltúsque est capiundús nouos.
Sed hínc concedam in ángiportum hoc próximum,
Inde hísce ostendam me, úbi erunt egressí foras.
Quo me ádsimularam ire ád mercatum, nón eo.

42 r pape C *B.* o mi KEUSPKORMIO A, *corr. rec.* O mi Phormio BCDEP 43 ament *in ras.* D factū & gaudeo D

V 7 *Non est noua scaena in* BCDEP gaudeo tantam *iungunt* CD 4 QUOIQUAM (*sic*) A supplex e iet C fiat D¹, ᵉ siet D² 5 ingratis BDE 5. 6 ingratis sis | Datum erit P, *prior* s *in* sis *in ras.* ingrati si is datum erit C 6 His datum, His *in ras.*, D His B Iis E cogam, c *in ras.*, P ipsa *ex* ipsam CP reperi D 7 uultus. qi E, *corr.* E² est *om.* E CAPIENDUS A 8 hic n D, *corr.* D² hic B c̄cedā, ā *in ras.*, D 9 ꝉisce C isce P egresi C 10 assimularam BE ad forum E mercatū non, tū n *in ras.*, D

V 7. 5. 6. Eugraphius: Hoc dicitur: Argentum quod datum est ingratiis, inuitis arripietur.' 8. Prisc. I p. 262 hic angiportus et hoc angiportum. T. in Ad. [IV 2, 39] „Id—peruium." Idem in Ph. „Sed—hunc proximum."

Digitized by Google

Z DEMIPHO SENES *E* CHREMES II *Y* PHORMIO PARASITUS

DE. Dis mágnas merito grátias habeo átque ago, V 8
Quando éuenere haec nóbis, frater, próspere. 895
Quantúm potest, nunc cónueniundus est Phórmio,
Prius quám dilapidat nóstras trigintá minas
Vt aúferamus. PH. Démiphonem sí domist 5
Visam, út quod.. DE. Ad nos ád te ibamus, Phórmio. 900
PH. De eadem hác fortasse caúsa? DE. Ita hercle. PH. Crédidi:
Quid ád me ibatis? DEM. Rídiculum... PH. Verebámini
Ne nón id facerem quód recepissém semel?
Heus, quánta quanta haec méa paupertasést, tamen 10
Adhúc curaui unum hóc quidem, ut mihi essét fides. 905
DE. Estne íta uti dixi líberalis? CH. Óppido. 896
PH. Idque ádeo uenio núntiatum, Démipho,
Parátum me esse: ubi uóltis, uxorém date.

V 8 *E* DEMIPHO SENES *O* CHRE|MES DVO *Z* PHORMIO PARASITVS **D**, *sed per totam scaenam O in C correctum est* DEMIPHO SENES PHORMIO PARASITVS CHREMES II **P** DEMIPHO SENEX PHORMIO PARASITVS CHREMES .II. **C**, *nomina falsis imaginibus ascripta a* C¹ *corr. manus satis recens.* DEMIPHO CHREMES PHORMIO **E** 1 MAGNAGNAS **A** merito magnas **BCP** merito gratias magnas **E** 2 uenere **E** 3 $\overline{\text{uc}}$ *om.* **D**¹, *add.* **D**² conueniundus Phormio est **BCDEP** 4 dilapidat **C** dilapidet **BDEP** 6 ad **C** at, t *ex corr.*, **P** *Verba* DEM. at nos *ultima sunt uicesimi quaternionis codicis Riccardiani: finis Phormionis deest* 8 *Totum uersum Phormioni dant* **BCDP** an uere|ba|mini **D**, *uncos add.* **D**² an ueremini **BCP** 10 Heus heus quanta haec **BCDP** 11 quidem ut semper **P** 12 uti *Bentleius* UT **A** *cum rell.* dixti **B** dixi dudum liberalis **D** Oppido **D** *Chremetem interrogantem, Demiphonem respondentem habent* **BCDP** *Ceterum uersum ab initio scaenae posuit Bothius, tertium esse uoluit Fleckeisenus* 13 IDQUEADEOUENIOADUOS **A** Idque ad uos uenio **D** Itaque ad uos uenio **BCP** 14 me *om.* **BCP**

V 8. 1. magnas merito: Eugraph. in lemm. 4. Donatus: dilapidet) Disperdat. — Eugraph.: dilapidet) Perdat, consumat. — Eutych. p. 179 „Priusquam—minas" (dilapidat).

Digitized by Google

Nam omnís posthabui míhi res, ita uti pár fuit,
Postquam íd tantopere uós uelle animaduérteram.
DE. Ad híc dehortatus ést me, ne illam tíbi darem:
'Nam quí erit rumor pópuli, inquit, si id féceris?
Olím cum honeste pótuit, tum non ést data:
Eam núnc extrudi túrpest': ferme eadem ómnia
Quae túte dudum córam me incusáueras.
PH. Satís superbe inlúditis me. DE. Quí? PH. Rogas?
Quia ne álteram quidem íllam potero dúcere:
Nam quó redibo ore ád eam quam contémpserim?
CH. 'Tum autem Ántiphonem uídeo ab sese amíttere
Inuítum eam' inque. DE. Tum aútem uideo fílium
Inuítum sane múlierem ab se amíttere.
Sed tránsi sodes ád forum atque illút mihi
Argéntum rursum iúbe rescribi, Phórmio.
PH. Quodne égo discripsi pórro illis quibus débui?
DE. Quid ígitur fiet? PH. Sí uis mihi uxorém dare,
Quam déspondisti, dúcam: sin est út uelis

15 omnis C, *corr.* C² ut D, *corr.* D 16 tanto opere id C tanto opere id P tantopere id BD TANTOPEREUOLUELLE A, UOL *induxit corr. rec.* animum aduerteram BCDP 17 deortatus D 18 rumor, inquit, id si féceris: *Fleckeisenus* 20 EAMNUNCEXTRUDI (uiduam *om.*) A Nunc uiduam extrudi BCDP extrudi, xt *in ras.*, D & ferme D 22 SATIS A, *corr. rec.* Satin BD Sat in sup be C Sat insuper be P inludis D, *corr.* D² inluditis *ex* inludisti B 23 dicere D, *corr.* D² NAMQUOREREDIBOADEAM A, *ut* REDIBOA *a corr. rec. erasis superscriptum,* o *post* QUO *addita sit ab eodem* 26 *In* D *post* inque *erasum est* dic 28 ILLUMIKI A, T *add.* A¹ 29 Rescribi argentum D rescribi, re *in ras.*, P 30 describi D, *corr.* D² perscripsi BCP 32 SIEST A, *corr.* A¹ sine est C

22. Satin: Donat. in lemm. 25. 26. Eutych. p. 189 „Tum autem uideo filium ab sese amittere inuitum inque." — Prisc. I p. 496 „Tum—inque." 26. Phoc. p. 350 Lind. „inque" apud Terentium lectum est. 28. 29. Acron in Hor. Serm. II 3, 75 „Sed—Phormio." — Seru. in Aen. VII 422 „Argentum illud denuo rescribi iube Phormio." — 30. Ne ego praescripsi: Donat. in lemm. *Tum idem:* Ne ego perscripsi) Multis per scripturam reddidi, multis dedi, ut apud Vergilium „Diditur' hic subito Troiana per agmina rumor."

Digitized by Google

Manére illam aput te, dós hic maneat, Démipho.
Nam nón est aequom mé propter uos décipi,
Cum ego uéstri honoris caúsa repudium álterae
Remíserim, quae dótis tantundém dabat.
DE. In ín malam rem hinc cum ístac magnificéntia,
Fugitíue? etiam nunc crédis te ignorárier
Aut túa facta adeo? PH. Inrítor. DE. Tune hanc dúceres,
Si tíbi daretur? PH. Fác periclum. DE. Vt filius
Cum illa hábitet aput te, hoc uéstrum consiliúm fuit.
PH. Quaesó quid narras? DE. Quín tu mihi argentúm cedo.
PH. Immo uéro uxorem tú cedo. DE. In ius ámbula.
PH. Enim uéro si porro ésse odiosi pérgitis..
DE. Quid fácies? PH. Egone? uós me indotatís modo
Patrócinari fórtasse arbitrámini:
Etiám dotatis sóleo. CH. Quid id nostrá? PH. Nihil.
Hic quándam noram, cuíus uir uxorem CH. Hém. DE. Quid est?
PH. Lemni hábuit aliam: CH. Núllus sum. PH. ex qua fíliam
Suscépit: et eam clam éducat. CH. Sepúltus sum.
PH. Haec ádeo ego illi iám denarrabo. CH. Óbsecro,
Ne fácias. PH. Oh, tune ís eras? DE. Vt ludós facit.
CH. Missúm te facimus. PH. Fábulae. CH. Quid uís tibi?
Argéntum quod habes cóndonamus te. PH. Aúdio.

33 hic omnis maneat **BC** hic maneat oms **P**, oms *in ras.* 34 me *om.* P¹, *add.* P² *post* decipi pter **D** 35 altere|| **D** alteri **BCP** 36 tantumdem **P** 37 IINMALAMREMKINC **A** In hinc in malam rem **CP** I hinc in malam rem **BD** ISTANC **A**, N *del. corr. rec.* 38 etiam nunc, nunc *in ras.* **D** 39 irritor **B** TUEKANC **A** tun **CDP** 40 data esset **BCDP** PERICULUM **A** *cum rell.* 41 KABITAPUT **A**, *corr. rec.* 42 narras *ex* narres **P** 43 tu uxorem **BCP** 44 INIUSENIMUERO **A** *cum rell.* In ius? *sustulit Bentleius* odiosi|| **P** 45 facis *ex* facies **P** 47 id *om.* **D** 50 educat **D**, *corr.* D² 51 ADEOILLI (ego *om.*) **A** 52 Ho **D** O **BCP** tune **D** tun **BCP** *Z. notam inter lineas add.* A¹ 54 Argento||, o *in ras.*, **DP** te *in ras.* **B**

39. Non. p. 31 Inritare dictum est proprie prouocare... T. F. „inrito" (*sic*) (44. Donatus : „Enimuero" principium est aliquid per iracundiam dicturi). 52. Donat. in Eun. V 4, 41 Obsecro an is est) Insultantis ut in Ph. „Hoccine (l. Ho tune) is eras." 53. 54. Quid uis tibi? Argentum quod habes? condonamus te (tibi *Ed. pr.*) „Vis" iterum subaudiendum est, ut sit „uis argentum quod habes?" et est *ἀσυνδέτως* inferendum „condonamus te" (tibi *Ed. pr.*). — Id. in Eun. prol. 17 „Argentum—te." — Arusian.

Digitized by Google

Quid uós malum ergo mé sic ludificámini
Inépti uestra púerili *inconstántia*?
Noló uolo: uolo nólo rursum: cápe cedo:
Quod díctum, indictumst: quód modo erat ratum, ínritumst.
CH. Quo pácto aut unde haec híc resciuit? DE. Néscio,
Nisi mé dixisse némini certó scio.
CH. Monstri, íta me di ament, símile. PH. Inieci scrúpulum.
DE. Hem,
Hicíne ut a nobis hóc tantum argenti aúferat
Tam apérte inridens? émori hercle sátius est.
Animó uirili praésentique ut sís para.
Vidés tuom peccátum esse elatúm foras
Neque iam íd celare pósse te uxorém tuam:
Nunc quód ipsa ex aliis aúditura sít, Chremes,
Id nósmet indicáre placabílius est.
Tum hunc ínpuratum póterimus nostró modo
Vlcísci. PH. Attat, nísi mihi prospicio, haéreo.
Hi gládiatorio ánimo ad me adfectánt uiam.
CH. At uéreor ut placári possit. DE. Bóno animo es:
Ego rédigam uos in grátiam, hoc fretús, Chremes,
Cum e médio excessit únde haec susceptást tibi.
PH. Itane ágitis mecum? sátis astute adgrédimini.

55 LUDIFICABAMINI A 56 Inepta D, *corr.* D² pueri P puerili inconstantia *Fleckeisenus* PUERILISENTENTIA A *cum rell.* 57 cedo cape BCP 58 QUODICTUM A, *corr.* A¹ id inritum est CP¹ id irritum est BDP² 59 hic haec BCDP 59 *et* 60 *unum uersum faciunt in* P 60 dixisse id nemini BCP nemini id certe D, *corr.* D² 61 Monstri *ex* Monstra B 62 tantum hoc BCDP 63 irridens B irrides D, *corr.* D² 65 tuum peccatum *uulgo* PECCATUMTUUM A *cum rell.* peccatum tuum hoc esse *Bentleius* 66 id iam BCDP 67 AUDITURAST A sit, i *in ras.*, C CKREME A *cum rell.* 68 nosmet ipsos indicare CDP 70 attatat *Bentleius* 71 cladiatorio P ad me *om.* D¹, *add.* D² affectant B 73 CKREME A *cum rell.* 75 satis me astute D ADSTUTE A adgedimini C, *corr.* C² aggredimini astute B

p. 219. Condonatur illam rem. T.. Ph. „Argentum—te." 55. sic me: Donati *Ed. pr.* in lemm. 61. Seru. in Aen. VI 238 T. „inieci scrupulum" (u. Ad. II 2, 20).

Digitized by Google

Non hércle ex re istius me ínstigasti, Démipho.
Ain tu? úbi quae libitum fúerit peregre féceris
Neque huíus sis ueritus féminae primáriae,
Quin nóuo modo eĭ fáceres contuméliam,
Veniás nunc precibus laútum peccatúm tuom?
Hisce égo illam dictis íta tibi incensám dabo,
Vt né restinguas, lácrimis si extilláueris.
DE. Malúm quod isti dí deaeque omnés duint.
Tantáne adfectum quémquam esse hominem audácia!
Non hóc publicitus scélus hinc asportárier
In sólas terras! CH. Ín id redactus súm loci,
Vt quíd agam cum illo nésciam prorsum. DE. Égo scio:
In iús eamus. PH. Ín ius? huc, siquíd lubet.
CH. Adséquere, retine, dúm ego huc seruos éuoco.
DE. Enim néqueo solus: áccurre. PH. Vna iniúriast
Tecúm. DE. Lege agito ergo. PH. Álterast tecúm, Chremes.
CH. Rape húnc. PH. Sic agitis? énim uero uocést opus:

76 NONNEKERCLE A ex *om.* D¹, *add.* D² demipo^{h} C, *corr.* C² 77 Ain tu tandem ubi q^{d}; tibi libitū D, qđ *ex* q; *fecit* D² Ain tu tandem ubi peregre tibi quod libitum fuit feceris BCP 79 contumelias BCDP 80 Veneas B¹C²P Venia^{e}s D, *corr.* D² nunc mihi precibus BCDP TUUM A 81 His ego BCDP 83 OMNIS A *Versum, qui idem est atque Plauti Mostell. III* 1, 123, *proscripsit Gulielmus* 84 affectum BD 85 Nonne hoc BCP deportarier BCP depor^{tarier} D, *corr.* D² 87 AGAMILLO (*om.* cum) A agam cū$^{t\ ex}$ illo D, *corr.* D² agam ex illo, ex *in ras.*, P prorsum^{f} B prorsus D 88 inius || eamus, s *erasa,* C IUBET A 89 *Demiphoni dant,* 90 *et* 91. *Chremetem ei substituunt* BCDP 89 Assequere B ac retine BCDP dum hinc ego seruos uoco BC dum ego hinc seruos uoco P 90 ENIMNEQ.OSOLUSACCURRERE A Enim solus neq^{ueā}; occurere huic^{huc} D, *corr.* D² Enim solus nequeo accurre huc BCP 91 est tecū, t tecū *in ras.,* P CKREME A *cum rell.* 92 DE. rape hunc BCDP Itane agitis BCDP *Post hunc uersum noua scaena orditur in* D *sic inscripta* E MVLIER ET IDEM. Z. Є. O., *sed* E *et hic et per totam scaenam in* N *mutatum est*

85. Charis. p. 214 ‚Publicitus' T. quoque in Ph. „nonne hoc publicitus": ubi CELSUS [antiqui et ‚publicitus] et claritus,' inquit, nos ‚publice clare-' que dicimus. 85. 86. Seru. in Aen. XI 545 T. „Nonne hunc abici oportet in solas terras" (*Al.* Nonne hunc (s. hinc) publicitus scelus hinc deportarier in solas terras"). 90. Enim solus: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Nausístrata, exi. CH. Os ópprime: inpurúm uide
Quantúm ualet. PH. Nausístrata, inquam. DE. Nón taces?
PH. Taceám? DE. Nisi sequitur, púgnos in uentrem íngere.
PH. Vel óculum exculpe: est úbi uos ulciscár probe.

B NAUSISTRATA *E* CHREMES *Z* DEMIPHO *Y* PHORMIO
MULIER SENES II PARASITUS

V 9 NA. Qui nóminat me? hem, quíd istuc turbaest, óbsecro, 990
Mi uír? PH. Ehem, quid nunc óbstipuisti? NA. Quís hic homost?
Non míhi respondes? PH. Hícine ut tibi respóndeat,
Qui hercle úbi sit nescit? CH. Cáue isti quicquam créduas.
PH. Abi, tánge: si non tótus friget, me énica.
CH. Nihil ést. NA. Quid ergo? quíd istic narrat? PH. Iám scies: 995
Auscúlta. CH. Pergin crédere? NA. Quid ego óbsecro
Huic crédam, qui nihil díxit? PH. Delirát miser
Timóre. NA. Non pol témerest, quod tu tám times.

93 EXIT A *Haec* Inpurum—ualet *Demiphoni, tum u.* 94 Non taces *Chremeti dant* BCDP 94 nausistra[ta] CD, *corr.* C^2D^2 95 UENIREM[t] A, I *in* T *mutauit corr. rec.* uent||rem C uentrem, m *in ras.*, P 96 EXCULPE A exclude BCDP exlide *Fleckeisenus In* D *haec* Vel oculū exclude *Demiphoni continuantur, tum* For. *in rasura est* ulciscar locus BD uolciscar locus CP

V 9 NAVSISTRATA DEMIPHO CHREMES PHORMIO
MVLIER EIDEM II PARASITVS PC, *nisi quod* NAVSTRA[IS TA] C 1 *Totum uersum Nausistratae dat* A, *ante* hem *corr. rec. add.* A *notam Interiectionem* hem *Chremeti dant* BCDP 2 KEM A opticuisti P obticuisti BCD, cuisti *in ras.* D 3 mi[hi] D, *corr.* D^2 tibi nunc respondeat D 4 *Demiphonem Chremeti substituit* B creduas *Faërnus* CREDAS A *cum rell.* 5 tange *om.* B enica[e] C, *corr.* C^2 eneca[i] D, *corr.* D^2 eneca[e] B 6 Quid ergo est quod CDP quid ergo est quid B? narrat[e] D, *corr.* D^2 narret *ex* narrat C narret BP 7 quid ergo BC *In* A *uersus exit in* KUIC

96. Prisc. II p. 98 „Vel oculum ‚excludito': est ubi uos ulciscar locus."
V 9. 1. Quis: Donat. in lemm. — Qui: Eugraph. in lemm. 2. Donat. in Eun. V 1, 4 Obticemus quorum nos pudet, ut in Ph. „heu quidnam obtices?" 5. Non. p. 110 „Abi tange—enica."

Digitized by Google

CH. Egon tímeo? PH. Recte sáne: quando níhil times,
Et hoc níhil est quod ego díco, tu narrá. DE. Scelus,
Tibi nárret? PH. Ohe tu, fáctumst abs te sédulo
Pro frátre. NA. Mi uir, nón mihi dices? CH. Át.. NA.
Quid 'at'?
CH. Non ópus est dicto. PH. Tíbi quidem: at scito huíc opust.
In Lémno DE. Hem, quid aïs? CH. Nón taces? PH. clam te
CH. Eí mihi.
PH. uxórem duxit. NA. Mí homo, di meliús duint.
PH. Sic fáctumst. NA. Perii mísera. PH. Et inde fíliam
Suscépit iam unam, dúm tu dormis. CH. Quíd agimus?
NA. Pro di ímmortales, fácinus miserandum ét malum.
PH. Hoc áctumst. NA. An quicquam hódiest factum indígnius?
Qui mihi, úbi ad uxores uéntumst, tum flúnt senes.
Démipho, te appéllo: nam cum hoc ípso distaedét loqui:
Haécine erant itiónes crebrae et mánsiones diútinae
Lémni? haecine erat éa quae nostros mínuit fructus útilitas?
DE. Égo, Nausistrata, ésse in hac re cúlpam meritum nón nego:

10 egon timeo *om.* C¹, *add.* C² 11 hoc *om.* D¹, *add.* D² 12 eho BCP h|||eo D, *corr.* D² a te BCP 13 mihi narras BCDP ad^{t} C 14 ESTODICTO A, O *expunxit* A¹ ad^{t} C 15 *Chremetem et Demiphonem sede mutata habent* BCDP em D quid agis BCP 16 di^{i} melius dunit D 17 PERI A 18 $\bar{i}$am $\bar{s}$uscepit B 19 IMMORTALIS A facinus indignum et BCDP (fac||^{in}nus D) 20 *Demiphoni haec* Hoc actum est *tribuunt, Phormioni* An—senes BCDP factum D 21 Qui|| D MIKIAD (ubi *om.*) A fia^{u}nt D, *corr. schol.* 22 ap^{o}llo D, *corr.* D² NAM^{me}CUMKOCIPSO A, me *add* , IPSO *sustulit corr. rec.* nam me cum hoc ipso BCDP 24 fructus minuit CP u̇tilitas D 25 MERITUM A, *corr. rec.* meritam CDP

18. Donatus: quid agimus] Facete additum (*ut Phormione continuasse uideatur.*). 21. Schol. Bemb. in Heaut. III 1, 98 „Qui mihi—senes." 22. Charis. p. 198 ‚Dis' pro ‚ualde'.. T. in Ph. „cum hoc po disis tędet loqui" (*sic Neap.*). 23. Donat. in Eun. III 5, 34 ‚Haec' pluraliter pro ‚hae,' ut in Ph.: „‚Haec illae' erant itiones." 25. 26. Seru. in Georg. IV 489 (*ex Guelf. I*) „culpam ‚conūtam' ‚non ego' Sed ea quae sit ignoscenda."

Digitized by Google

Séd ea quin sit ignoscenda... PH. Vérba fiunt mórtuo.
DE. Nám neque neclegéntia tua néque odio id fecít tuo.
Vínolentus fére abhinc annos quíndecim muliérculam
Eám compressit, únde haec natast: néque postilla umquam áttigit.
Éa mortem obiit, é medio abiit: quí fuit in re hac scrúpulus.
Quam óbrem te oro, ut ália facta túa sunt, aequo animo hóc feras.
NA. Quíd ego aequo animo? cúpio misera in hác re iam defúngier.
Séd quid sperem? aetáte porro mínus peccaturúm putem?
Iám tum erat senéx, senectus sí uerecundós facit.
Án mea forma atque aétas nunc magis éxpetendast, Démipho?
Quíd mihi hic adfers, quam óbrem exspectem aut spérem porro nón fore?
PH. Éxsequias Chreméti quibus est cómmodum ire, em témpus est.
Síc dabo: age nunc, Phórmionem quí uolet lacéssito:

26 ea quae sit **BCDP** QUIN A, N *induxit corr. rec. In* **BC** *u.* 28 Vinolentus *praecedit uersum* 27 Nam neque: *sed in* **C** *signo ∴ addito ordo est restitutus, in* **B** *nota* DE. *ante* Nam *erasa praeposita est uoci* Vinolentus 27 neq. *om.* **D**', *add.* **D**^{2} neglegentia **CDP** negligentia **B** 28 Vinulentus **C**'**DP** sedecim **D**, τ quindecim **D**^{2} 29 conpressit **C** postillaunquam, u *in ras.*, **P** post illam **BCD** 30 MORTE **AB** DEMEDIO A, E *ex* DE *fecit corr. rec.* qui fit. **P** in hac re **D** 31 te *om.* **D**', *add.* **D**^{2} te oro *om.* **P** animo hoc A feras **D** 32 Quid ego aequo animo ego cupio **C**, *corr.* **C**^{2} 33 Sed *in marg.* **D** Sed qui **P** Sequi **C** qui **D** AETATEM **A** PUDEM A, *corr. rec.* 34 uerecundo s **D** 35 MAGISQUAMTUNC A, *glossema deleuit corr. rec. In* **A** *us. dissectus est post* NUNC 36 Quid mihi hic affers **D**, *corr.* **D**^{2} Quid mihi nunc adfers **BCP** (affers **B**, adfers *in ras.* **C**^{2}) 37 Y *notam om.* A', *add. corr. rec.* cremeti **C** ire hem tempus **B** ire iam tempus **D** 38 age nunc age **BCP** *A. u.* 39 *ultimum folium incipit codicis Parisini, in quo scriptura ita est obliterata ut nonnulla non bene legi potuerint.*

26. Donatus : Verba fiunt mortuo) Non est passus parasitus ut totam sententiam senex explicaret. 28. abhinc annos XVI : Eugraph. *bis.* 29. Arusian. p. 256 Postilla i. e. postea. T. Ph. „Eam—attigit." 31. equo animo ut feras : Donati *Ed. pr.* 36. Quid mihi hic affers : Donat. in lemm. 37. Arusian. p. 229 „Exequias—tempus est" (em. *om.*). 38. age nunc Phormionem : Donat. in lemm. — Id. in Hec. V 4, 38 „age nunc Phormionem qui uolet lacessito."

Digitized by Google

Fáxo tali eúm mactatum atque híc est infortúnio.
Rédeat sane in grátiam: iam súpplici satis ést mihi.
Hábet haec eī quód, dum uiuat, úsque ad aurem oggánniat.
NA. Át meo merito crédo: quid ego núnc commemorem, Démipho,
Síngulatim, quális ego in hunc fúerim? DE. Noui aeque ómnia
Técum. NA. Merito hoc meó uidetur fáctum? DE. Minime géntium:
Vérum iam quando áccusando fíeri infectum nón potest,
Ígnosce: orat cónfitetur púrgat: quid uis ámplius?
PH. Énim uero prius quam haéc dat ueniam, míhi prospiciam et Phaédriae.
Heús Nausistratá, prius quam huic respóndes temere, audí.
NA. Quid est?
PH. Égo minas trigínta per falláciam ab illoc ábstuli:
Eás dedi tuo gnáto: is pro sua amíca lenoní dedit.
CH. Hém, quid aïs? NA. Adeón indignum hoc tíbi uidetur, fílius
Hómo adulescens sí habet unam amícam, tu uxorés duas?
Níhil pudere? quo óre illum obiurgábis? respondé mihi.
DE. Fáciet ut uolés. NA. Immo ut meam iám scias senténtiam,
Néque ego ignosco néque promitto quícquam neque respóndeo
Príus quam gnatum uídero: eius iudício permitto ómnia.

39 FAXOTALISITMACTATUS A tali ||| D, *corr.* D² 40 GRATIAM SUPPLICII A (iam *om.*) 41 ogganiat D, *corr.* D² obganniat BCP (obgonnat? P) 42 At D, *corr.* D² An BCP nunc commemorem D, *corr.* D² NUNCEACOMMEMOREM ABCP, EA *del. corr. rec.* A 43 Singillatim BCDP 44 MERITO A, N *add.* A¹ meriton BCDP 45 quando iam BCDP *In* A *u.* 47 *dissectus est post* PROSPICIAM, *u.* 48 *post* TEMERE 49 fallaciā *ex* fallaciaſ D ab illo BCDP 50 cognato D 51 Em D ais *ex* agis C adeo BCP indignum hoc *Bentleius* KOC INDIGNUM AD hoc *om.* BCP 52 unamicam C 54 meã D, *corr.* D² iam meã C, *corr.* C² iam meam BP 55 nec respondeo D

39. Donati *Ed. pr.*: Faxo tali eum mactatum. ‚ſumo' ꝑeo quod est ‚eum.' sic frequenter ueteres. Ennius „omnes corde patrem ‚praebent' animoque benigno ‚Circumſuntui' (im *scriptum fuisse coniecit Palmerius*, sum *Ilbergius*). — Schol. Bembinus: mactatus] affectus. 41. Eugraphius: ad aurem obganniat) Frequenter in aurem dicat ‚ignosce': (*ut* „hic" *legisse uideatur*). 53. Schol. Iuuenal. 14, 56 „quo ore illum obiurgabis ‚dic' mihi."

Digitized by Google

Quód is iubebit fáciam. PH. Mulier sápiens es, Nausístrata.
NA. Sátin tibi est? PH. *Satis*? ímmo uero púlchre discedo ét probe
Ét praeter spem. NA. Tú tibi nomen díc quid est. PH. Mihin? Phórmio:
Véstrae familiae hércle amicus ét tuo summus Phaédriae.
NA. Phórmio, at ego ecástor posthac tíbi quod potero quód uoles
Fáciamque et dicám. PH. Benigne dícis. NA. Pol meritúmst tuom.
PH. Vín primum hodie fácere quod ego gaúdeam, Nausístrata,
Ét quod tuo uiro óculi doleant? NA. Cúpio. PH. Me ad cenám uoca.
NA. Pól uero uoco. PH. Eámus intro hinc. NA. Fíat: set ubi est Phaédria
Iúdex noster? PH. Iam híc faxo aderit. *ω*. Vós ualete et plaúdite.

57 *Phormioni h. u. Demiphonem, sequenti Chremetem substituit Bentleius* es *om.* P 58 Satis **BCP** Y. IMMO (*om.* satis?) **A** PH. immo **BCDP** *Ante* immo *inserendum commendat Kraussius* Mihin? *uel* Satis? 59 TUTUUMNOMEN **A** *cum rell.* tu tibi nomen *Bentleius ex Regio* QUIDEST **A** quod est **BCDP** mihi phormion **P**, *ut uidetur* 61 ego ego **P** POSTKACQUODPOTEROQUODUOLES **A** (tibi *et* et *om.*) et quę **D**, *corr.* D^2 et quae uoles **BCP** 62 benignjdicis **C**, *corr.* C^2 TUUM **A** 65 *Demiphoni haec* Eamus intro hinc *tribuunt* **BCP** (*notam personae om.* **D**), *sequentia Chremeti* **BCDP** 66 *ω*. UOSUALETEETPLAUDIT (*sic*) **A** *ω* uos ualete et plaudite **BCP**, *tum* calliopius recensui **P** *ω* uos ualete & pladite **D**

TERENTI
PKORMIO FINITUS **A**

TERENTII AFRI EXPLICIT
COMOEDIA PHORMIO FELICITER **B**
CALLIOPIO BONO SCHOLASTICO

TERENTI AFRI EXPLICIT
COMOEDIA PHORMIO
FELICITER CALLIOPIO **C**
BONO SCHOLASTICO
HRODGARIUS SCRIPSIT

P. TERENTII AFRI
PHORMIO EXPLIC INCIPIT EIUSDEM HEAU **D**
TONTIMORVMENOS

TERENTI AFRI EXPLICIT
COMEDIA PHORMIO
FELICITER CALLIOPIO **P**
|||IO SCHOLAS|||||
..no scolastico feliciter calliopio
In nomine sce unitatis et indiuidue trinitatis.

59. tu tuum nomen dic: Donat. in lemm. 63. Arusian. p. 232 „Vin—Nausistrata. 64. Arusian. p. 222 „tuo—doleant." 65. Donatus: Sed ubi est Iudex (enim *add. Ed. pr.*)... Per εἰρωνείαν ridicule dicitur ab ea quae irata erat.... Vides igitur hic omnino sublatam (hic consultam *Ed. pr.*) uxoris iracundiam.

Digitized by Google

HECYRA

Digitized by Google

INCIPIT TERENTI HECYRA
ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEXTO IULIO CAESAR
CN CORNELIO DOLABELLA AEDILIB CURULIB
MODOS FLACCUS FLACCVS CLAUDI TIBIS PARIB
TOTA GRAECA MENANDRU FACTA EST .V.
ACTA PRIMO SINE PROLOGO DATA SECUNDO
CN OCTAUIO TITO MANIO COS
RELATA EST LUCIO AEMILIO PAULO
LUDIS FUNERALIB. NON EST PLACITA
TERTIO RELATA EST .Q. FULUIO
LUC MARCIO AEDILIB. CURULIB EGIT
LUC AMBIBIUS LUC SERGIUS TURPIO. PLACUIT

Sic A: *u.* 7 *utrum* MANIO *sit an* MANLO *discerni non poterat*

INCIPIT HECYRA
ACTA LUDIS. MEGALENSIBUS. SEX. IUL. CAES. CN. CORNELIO
AEDILIBUS. CORULIBUS. NON EST PERACTA; MODOS FECIT
FLACCUS. CLAUDI. TIBIIS. PARILIBUS
CN. OCTAUIO. T. MANLIO. COS. RELATA EST. ITERUM
L. AEMELIO. LUDIS. FUNEBRIBUS. RELATAS TERTIO
Q. FULUIO. L. MARTIO. AEDIL. CURUL.

Sic C: *u.* 2 MEGALENSIBUS *et u.* 3 PERACTA *fortasse a* C¹, *reliqua a* C² *correcta sunt. Ceteri codices in his discrepant:* 1, HECYRA FELICITER P HECHIRA FELICITER F ECHIRA E 2, LUDIS ROMANIS BEF LUDIS MEGALENSIBUS DP SEXTO IULIO CÈS. E GNEO. GN. CORNELIO F G. CORNELIO E 3, AEDILIB: F EDILIB: E CURULIB: EF N EST E PERACTA TOTA BEF TOTA *om.* DP 4, GLAUD. D CLADITIBIIS E PARILIB: F PARILIBUS TOTAM DP 5, G. OCTAUIO E CNEO P, EO *a corr.* TICIO P, ICIO *a corr.* COS. BD COS^{t} P CONSULIB: F CSULIB; E RELATA —*u.* 6 FUNEBRIBUS *om.* E: F *habet in margine* RELATA EST ITERUM LUDIS FUNEBRIB; — ITERU B ITERU D 6, L. AEMELIO *om.* B L. EMILIO PAULO D LYCIO AEMILIO PAULO P, YCIO *a corr.* FUNERIBUS B RELATAS P RELATA EST BD RELATA E TERCIO F RELATA..CIO... FULUIO E 7, L. MARCIO P L. MARCO F .L. MAR†CO D LUCIO MARCO (?) E AEDILIBUS CURULIBUS P, IBUS *bis a corr.* EDIL. CURULIB. F EDILIB; CURULIB; E *In* D *didascalia sequitur prologum*

Digitized by Google

PERSONAE.

PHILOTIS MERETRIX
SYRVS ANVS
PARMENO SERVOS
LACHES SENEX
SOSTRATA MVLIER
PHIDIPPVS SENEX
PAMPHILVS ADVLESCENS
MYRRHINA MVLIER
SOSIA SERVOS
BACCHIS MERETRIX.

Personarum indicem non habent libri. Undecim pictae sunt in tabulis antefixis in **CP**: *undecimae quae est* p r o l o g i *in* **C** *subscriptum est* SILOTIS MERETRIX. *In* **F** *nulla est aedicula.*

G. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Vxórem ducit Pámphilus Philúmenam,
Cui quóndam ignorans uírgini uitium óptulit,
Cuiúsque per uim quém detraxit ánulum
Dederát amicae Bácchidi meretrículae.
Defn profectus Ímbrum est: nuptam haut áttigit.
Hanc máter utero gráuidam, ne id sciát socrus,
Vt aégram ad sese tránsfert. reuenit Pámphilus:

ARGUMENTUM IN HECYRA **D** ARGUMENTUM **BCEFP** 1 duxit **BDEF** pamphil||us **D** Pamphilumenam **C** phylumenam **F** 2 qu̇ondam **F** optulit **D** *cum* **A** 3 Eiusque **BCDEFP** 4 bachidi **EF** 5 DEN **A** Deinde **E** INIMBRUM **A** *cum rell.* (Imbum **C**) haut **C** *cum* **A** 6 GRAUIDAMCUMCOMPERIT **A** (ne id sciat socrus *om.*) (GRAUIDAMCOMPERIT *legerunt A. Michaelis et W. Studemund*) 7 Ut uidit ut aegram **C** ad se **BCDEFP** reuertit **D**, *corr.* D^2 reuertitur **EF**

Digitized by Google

Deprehéndit partum: célat: uxorém tamen
Recípere non uolt. páter incusat Bácchidis
Amórem. dúm se púrgat Bacchis, ánulum
Matér uitiatae fórte adgnoscit Mýrrhina.
Vxórem recipit Pámphilus cum fílio.

9 REICERENONUOLT A Recipere noluit BCDEFP BACCHIDEM A bachidis EF 10 bachis EF 11 adgnoscit CD agnoscit BEFP mirrhina E myrrina F 12 recepit BCDEFP

Digitized by Google

PROLOGVS.

Hecyrá est huic nomen fábulae: haec cúm datast
Nouá, nouom interuénit uitium et cálamitas,
Vt néque spectari néque cognosci pótuerit:
Ita pópulus studio stúpidus in funámbulo
Animum óccuparat. núnc haec planest pró noua:
Et ís qui scripsit hánc ob eam rem nóluit
Iterúm referre, ut íterum possit uéndere.
* * * * * * * *
Aliás cognostis éius: quaeso hanc nóscite.

PROLOGUS **CDEF** *In* **P** *in superioribus marginibus folii* 125', *quod praeter Argumentum et prologi imaginem tres priores prologi uersus continet, et folii* 126' PROLOGUS *scriptum est. In* **B** *personae nomen, ut fere, omissum est. In* **A** *deest fol. LXXVII in quo prior prologus et alter usque ad u.* 30 *scripti erant.* 1 Hecyra est **BCDP** Haecira est **E** Hechira est **E** Hecyrae huice nomen fabulaest *Ritschelius* 2 Noua nouum **BCDEFP** Noua, ei nouum *Bentleius* 5 planest **D**, e *corr.* **D²** 6 is *ex* his **E** uoluit **F** 7 posset *T. Faber et Bentleius Lacunae post h. u. significatae nullum est uestigium in libris: hic inserendos esse Heautont. prol.* 7. 8. 9. *suspicatus est C. Dziatzko* 8 cognoſtis, t *in ras.*, **D** quaeso hanc **F** quaeso nunc hanc **BCDP** cognoscite **D** cognoscite **F**

Eugraphius: Prologus inducitur duplex. Prol. I. 1. Donatus: Hecyra est huic nomen fabulae) Nominatiuo casu figurauit, cum in usu sit ut datiuo dicamus. — Arusian. p. 241 Nomen illi Virgilius est. T. H. „Hecyra est huic nomen fabulae." — Seru. in Aen. I 267 Dicimus autem et ‚nomen mihi est Cicero,' ut „Hecyra est huic nomen fabulae." 1. 2. Prisc. de metr. Ter. p. 423 „Hecyra est—calamitas (Noua nouum). 2. Donatus: *σύλληψις* prima. deest enim ‚huic.' et est figura *παρονομασία* ‚noua nouum.' — noua nouum: Eugraph. in lemm. 5. Donat. in Ad. III 2, 48 „nunc plane est pro noua" (*om. Ed. pr.*). 7. possim: Eugraph. in lemm. — posset: Donat. in lemm. 8. quaeso hanc noscite (agnoscite *Ed. pr.*): Donat. in lemm. — quaeso hanc cognoscite: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

L. AMBIVIVS PROLOGVS.

Orátor ad uos uénio ornatu prólogi:
Sinite éxorator sim, eódem ut iure utí senem
Liceát, quo iure sum úsus adulescéntior,
Nouás qui exactas féci ut inueterásceret,
Ne cúm poëta scríptura euanésceret.
In eís, quas primum Caécili didicí nouas,
Partím sum earum exáctus, partim uíx steti.
Quia scíbam dubiam fórtunam esse scaénicam,
Spe incérta certum míhi laborem sústuli.
Easdem ágere coepi, ut áb eodem alias díscerem
Nouás, studiose, né illum ab studio abdúcerem.
Perféci ut spectaréntur: ubi sunt cógnitae,
Placitaé sunt. ita poëtam restitui ín locum
Prope iám remotum iniúria aduersárium

L. AMBIBIUS PROLOGUS **D** prologus *in marg.* **P** noscite. s. incipit plogus. orator **C**, s. incipit *add. schol.* Orator *ab initio noui uersus* **B** Orator *maiore initiali* **F** uerba sunt calliopii **E** *in marg.* 2 eodum **D** 3 adolescencior **E** 5 uanesceret **F** 6 eis *ex* iis **P** iis **BC** ||iis **D** his **EF** t quã quas **D**, *corr.* **D**^{2} quã **F** quas, s *ex corr.* **P** primꝭ **C** Caecili **BCDE** i Cecili **F** Caecilii, lii *ex corr.*, **P** 8 sciebam **BCDFP** scebam **E** ∧ cẽ *in ras.*, **D** scenicam **DF** 10 ut *in ras.* **D** 11 b astudio **D** ∧ 12 spectarentur, c *a corr. in ras.*, **D** ubi s̄ cognitae **D** ∧

Prol. II. Donatus: ..totiens expulsa fabula quo modo honeste reuocar potuit in proscaenium, nisi... actor peritissimus ipse Ambiuius (habilius *Ed. pr.*) probaret et poëtam et comoediam...?... hic autem L. Ambiuius histrio fuit actor comoediarum. — Eugraphius: Hic prologus dicitur ab Ambiuio Turpione. 1. 2. Donat. in Andr. prol. 24 „Orator—exorator sim." — Lact. Placid. in Stat. Theb. I 666 „Orator ad uos uenio. Sinite exorator ‚siem.'" — Fest. p. 182 oratores .. alias pro deprecatoribus, ut T. „orator uenio, facite exorator sim." 2. Sinite exorator siem uel sim: Eugraph. in lemm. 3. Isidor. Orig. XI 3, 25 „quo iure ‚sumus' adulescentior." 6. In his: Donat. in lemm. 8. sciebam: Donat. in lemm. 11. ab studio: Donat. *bis* in lemm. 12. 13. Seru. in Aen. X 106 „ubi—Placitae sunt." 13. (Donati *Ed. pr.*: ubi sunt placitae] Nota participium sine uerbo.). — Arusian. p. 259 „ita—locum." 14. Donatus: remotum) Geminauit M (M *om. Ed. pr.*) secundum antiquos. — Non. p. 495 „Prope—‚ab' iniuria aduersarium."

Digitized by Google

Ab stúdio atque ab labóre atque arte música.
Quod sí scripturam spréuissem in praeséntia
Et in déterrendo uóluissem operam súmere,
Vt in ótio esset pótius quam in negótio:
Detérruissem fácile, ne alias scríberet.
Nunc quíd petam, mea caúsa aequo animo atténdite.
Hecyram ád uos refero, quám mihi per siléntium
Numquam ágere licitumst: íta eam oppressit cálamitas.
Eam cálamitatem uéstra intellegéntia
Sedábit, si erit adiútrix nostrae indústriae.
Cum prímum eam agere coépi, pugilum glória,
Funámbuli eodem accéssit expectátio:
Comitúm conuentus, strépitus, clamor múlierum
Fecére ut ante témpus exirém foras.
Vetere ín noua coepi úti consuetúdine,
In éxperiundo ut éssem: refero dénuo.
Primo áctu placeo: cum ínterea rumór uenit
Datum íri gladiatóres: populus cónuolat,
Tumúltuantur clámant pugnant dé loco:
Ego intérea meum non pótui tutarí locum.

15 ab studio atq. ac labore atque ab arte **D**, *corr.* D^2 atque ab arte **BCEFP** 16 scriptorem *Bentleius* 17 inde terrendo **D** id deterrendo **E** id deterrendo **F** fumere **F** 20 adtendite **CF** 21 Hechiram **E** Haecyram **F** quia **F** 22 calamitas infortuniū **D** 23 uostra **D**, *corr.* D^2 intelligentia **B** 24 Sedabit **D** Seda||bit **F** 25 pugi||lū **D** pugil|lum **C** pugillū **F** 26 Funambuli *bis* **E** Fu|nambuli **D** expextatio, xta *in ras.*, **D** accedens *Bentleius In suspicionem uocauit uersum Grautoffius* 29 coepi *ex* coepit **F** 30 *Ab hoc uersu codicis Bembini fol. LXXVIII incipit* experiendo ut ēem, m *in ras.*, **F** 32 Datū, ū *in ras. a corr.*, **D** 33 clamat pugnat **D** pugnat clamant **F**

15. A studio atque labore : Donati *Ed. pr.* in lemm. — Idem : atque arte musica] ‚Ab' in tertio commode subaudiendum est. (habetur intentio cōmolę audiendum est *Ed. pr.*). 25. pugillum : Donat. et Eugraph. in lemm. 26. Porphyr. in Horat. Serm. I 10, 28 Pedius Publicola et Messalla adeo curasse dicuntuf ne graeca latinis uerbis immiscerent, ut Messalla primus ‚funambulus' dixerit, ne σχοινοβάτην diceret. Post hunc T. dixit „Funambuli—expectatio." 31. Schol. Bembin. in Eun. prol. 22 „Primo actu placeo."

Digitized by Google

Nunc túrba non est: ótium et siléntium est:
Agéndi tempus míhi datum est: uobís datur
Potéstas condecorándi ludos scaénicos.
Nolíte sinere pér uos artem músicam
Recídere ad paucos: fácite ut uestra auctóritas
Meae auctóritati faútrix adiutríxque sit.
Si núnquam auare státui pretium arti meae
Et eum ésse quaestum in ánimum induxi máxumum,
Quam máxime seruíre uestris cómmodis:
Sinite impetrare mé, qui in tutellám meam
Studiúm suom et se in uéstram commisít fidem,
Ne eum círcumuentum iníque iniqui inrídeant.
Mea caúsa causam accípite et date siléntium,
Vt libeat scribere áliis mihique ut díscere
Nouás expediat pósthac pretio emptás meo.

35 turba nulla est **BCD²EFP** (turba non est **D¹** *cum* **A**) 36 datumst **D**, *corr.* **D²** 37 scenicos **F** 38 autem **D**, *corr.* **D²** musicam *in ras.*, **D** musicam **E¹**, metricam *schol.* 39 RECCIDERE **A** Recedere *ex* Recidere **P** ad **E** actoritas **D** 40 antoritati **P** faustrix **C** 41 pretium statui **BCDEFP** (precium **BE** praetium **P**) 42 Et *om.* **A** eum *om.* **E** esse *in ras.* **D** QUESTUM **AE** indixi **F** INDUXIMEUM **A** maximum **BCDEFP** 43 maxume **BCDEFP** 44 q' **D** tutelam **BCDEFP** 45 SUUM **A** in se **F** uostram **D¹F**, uestram **D²** *cum rell.* 46 irrideant **BE** 47 causam hanc **BCEFP** accipite **DF**, *corr.* **D²F¹** occipite **E** ac date **D**, *corr.* **D²** ac date **F** 48 alias **D**, *corr.* **D²** aliis *om.* **F**, *add. schol.* 49 EMPTAESTMEO **A**

35 turba non est: Donat. *ter* in lemm. — turba nulla est: Eugraph. in lemm. 47. causam hanc accipite: Donat. et Eugraph. in lemm. — et date: Donat. in lemm. — ac date: Eugraph. in lemm. 48. alias: Donat. in lemm.

Digitized by Google

B PHILOTIS *Γ* SYRA
MERETRIX ANUS

PH. Per pól quam paucos réperias meretrícibus I 1
Fidélis euenire amatorés, Syra.
Vel hic Pámphilus iurábat quotiens Bácchidi,
Quam sáncte, ut quiuis fácile posset crédere,
Numquam illa uiua dúcturum uxorém domum!
Em dúxit. SY. Ergo própterea te sédulo
Et móneo et hortor, né cuiusquam misereas,

I 1 PKOLOTIS A *Δ* PHILOTIS MERETRIX *B* SYRA ANVS LENA **D** PHILOTIS SYRA *corr. rec.* **P** MERETRIX LENA P^2 PKILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS LENA **C** PHILOTIS MERETRIX SIRA **E** *In* **F** *per totam fabulam nomina a m. recenti addita sunt: quae non enotabuntur* 1 repperias **FP** meretrib' **E** *In* **P** *u.* 1 *et* 2 *unum efficiunt* 2 Fidelis **CDP**, *corr.* $C^2D^2P^1$ sira **E** 3 *Versus in marg. additus in* **F** hic *om.* D^1, *add.* D^2 bachidi **E** 4 SANCTAE A utquiſ **D**, *corr.* D^2 uti **E** possit **F**, *corr.* F^2 possit **BCP** 5 UIUASEDUCTURUM A uxorem ducturum **BCEP** 6 EXDUXIT A, *corr. rec.* Em **F**, *corr.* F^2 Hem **BEP** sedulo *om.* A 7 ortor **C** cui' usquā **E** te misereat **DEF** misereat **BC** misereat te **P**, te *add.* P^2 MISEREAS te A, *corr. rec.*

I 1. 1. 2. Martian. Cap. V § 517 K. „Per pol quam paucos repperias (reperies *Monac.*)—Syra." 1. Donat. in Andr. III 2, 6. Seru. in Aen. I 644. Eugraph. in lemm. „Per pol quam paucos." — Donatus: Quidam non „paucos," sed „paucis" legunt. sic enim Apollodorus: *ὀλίγαις ἑραστὴς γέγονʼ ἑταίραισιν, Σύρα, βέβαιος* (*sic em. Bentleius. graeca om. Ed. pr.*). 3. 4. Donat. in Eun. III 1, 7 „Vel—sancte." 5. uxorem ducturum *et* ducturum uxorem: Donat. in lemm. — Idem. in I 2, 24 „Numquam—uxorem ducturum." 6. Donatus: En duxit) „En" aduerbium demonstrantis est. 7. Donatus: ne cuiusquam misereat) (misereatur *Ed. pr.*) Deest ‚te.' — ne

Digitized by Google

Quin spólies mutiles láceres, quemque nácta sis.
PH. Vtín eximium néminem habeam? SY. Néminem:
Nam némo illorum quísquam, scito, at té uenit,
Quin íta paret sese, ábs te ut blandítiís suis
Quam mínimo pretio suám uoluptatem éxpleat.
Hiscíne tu amabo nón contra insidiábere?
PH. Tamén pol eandem iniúrium est esse ómnibus.
SY. Iniúrium autem est úlcisci aduersários?
Aut quá uia te cáptent eadem ipsós capi?
Eheú me miseram, cúr non aut istaéc mihi
Aetás et forma est aút tibi haec senténtia?

A PARMENO SERUOS *B* PHILOTIS MERETRIX *Γ* SYRA ANUS

I 2 PA. Senéx si quaeret mé, modo isse dícito
Ad pórtum percontátum aduentum Pámphili.

8 QUEMQ. A quēq: F quemquem BCEP quēquā D, *corr.* D² naącta C nacta D, *corr.* D² nancta P 9 Ut ineximium D 10 quisquam illorum BCDEFP 11 paret E, *corr. rec.* SE A 12 pretio *ex* praetio C uoluntatem D 13 AMABOCONTRA (non *om.*) A 14 EANDEMPOL A ut iuriū D, *corr.* D² 15 est autem F 16 capient D, illi *add.* D² captent illi BCEFP eǫdem C, *corr.* C² 17 heu F ſtec F, *corr.* F²

I 2 *A* PARMENO SERVVS *E* PHILOTIS MERETRIX *B* SYRA LENA ANVS D PARMENO *corr. rec.* P PHILOTIS SYRA P² PARMENO SERVVS PHILOTIS MERETRIX SYRA ANVS C PARMENO SERVVS PHILOTIS MERETRIX SYRA E 1 ISDICITO A, *corr.* A¹

cuiusquam te misereat. Eugraph. in lemm. 8. Cledon. p. 1908 ‚Quisquis' ita declinandum est ... quemquem ... apud T. „quemquem nacta sis quin spolies mutiles (n.) laceres." — Pompeii Comm. p. 207 „‚Quia' spolies mutiles ‚lateres' quemquem nancta sis." 10. nemo quisquam: Donat. in lemm. — Idem in Phorm. I 2, 30 „Nam nemo quisquam illorum." 10—12. Donat. in Eun. II 2, 9 „Nam—expleat." (10. illorum quisquam aduenit. — 11. ut abste. *om.* suis). 14. pol eandem: Donat. in lemm. 15. Iniurium est autem: Eugraph. in lemm. — 15. 16. Donat. in Verg. Aen. XI 109 „ulcisci—capi" (captent illi). 16. qua te uia captent illi: Donat. in lemm.

I 2. 1. quaerat: Donat. *quinquiens* in lemm. — quaeret: Eugraph. in lemm. 2. Donatus: Et „percunctatum" et „percontatum" scribitur.

Digitized by Google

Audín quid dicam, Scírte? si quaerét me, uti
Tum dícas: si non quaéret, nullus díxeris,
Aliás ut uti póssim causa hac íntegra.
Sed uídeon ego Philótium? unde haec áduenit?
Philótis, salue múltum. PH. O salue, Pármeno.
SY. Salué mecastor, Pármeno. PA. Et tu edepól, Syra.
Dic mihi, úbi, Philotis, te óblectasti tám diu?
PH. Minime équidem me oblectáui, quae cum mílite
Corínthum hinc sum profécta inhumaníssimo:
Biénnium ibi perpétuom misera illúm tuli.
PA. Edepól te desidérium Athenarum árbitror,
Philótium, cepísse saepe et té tuom
Consílium contempsísse. PH. Non dicí potest,
Quam cúpida eram huc redeúndi, abeundi a mílite
Vosque híc uidendi, antíqua ut consuetúdine

3 AUDIM A s||ir||e CP scyrte DE fyrte F syre B me uti | uti D me ut id E 3. 4 me ut itum B uti *ab initio uersus quarti habent* FP 5 ALIASUTI (*om.* ut) A Alius ut uti DP, *corr.* D^2P^1 6 uideo nego D Philotum P Philocium F, *corr.* F^2 8 mi castor E sira E 9 PKILOTISUBI A *cum rell.* ubi Philotis *Donatus* 11 Corintum F chorinthum B carintam D, *corr.* D^2 ab athenif hinc F profecta, ec *in ras.*, F 12 PERPETUUM A 13 SYR. C, *corr. schol.* athenararum D 14 Philotum P cępisse D coepisse P et tuum C TUUM A 15 CONTEMSISSE A, *corr.* A^1 contemsisse D PH. hoc dici E, *corr. rec.* 16 Quī F REDEUNDIAMILITE A, abeundi *add. corr. rec.* abeundi *add.* D^1 *in marg.* et abeundi F 17 uidendi *ex* uiuendi P antiqua ut F

3. Donatus: Syre (*sic ter Ed. pr.*): Conuenit nomen seruo puero παρὰ τὸ σκιρτᾶν (*graeca om. Ed. pr.*), quod est gestire et ludere. 4. Seru. in Georg. I 125 „Si non ‚quaerit,' nullus dixeris." — Charis. p. 207. Donat. in Andr. II 2, 33. in Eun. II 1, 10. Iul. Rufinian.? de schem. lex. p. 58 H. „nullus dixeris." 4. 5. Eugraph. in Eun. II 1, 10 „nullus—integra." 7. Donatus: Syra) „Sura" (Supra *Ed. pr.*) ueteres legerunt, U pro Y ponentes (pponentes ut missus Syrius *Ed. pr.*). 9. ubi Philotis: Donat. in lemm. 10. Donatus: Minime me equidem] „Me" acutius proferendum est. 16. abeundi a milite: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Agitárem inter uos líbere conuíuium:
Nam illi haúd licebat nísi praefinitó loqui
Quae illí placerent. PA. Haúd opinor cómmode
Finém statuisse orátioni mílitem.
PH. Sed quíd hoc negoti est, módo quod narrauít mihi
Hic íntus Bacchis? quód ego numquam crédidi
Fore, ut ílle hac uiua pósset animum indúcere
Vxórem habere. PA. Habére autem? PH. Eho tu, an nón habet?
PA. Habét: sed firmae hae uéreor ut sint núptiae.
PH. Ita dí deaeque fáxint, si in rem est Bácchidis.
Sed quí istuc credam ita ésse, dic mihi, Pármeno.
PA. Non ést opus proláto: hoc percontárier
Desíste. PH. Nempe ea caúsa, ut ne id fiát palam?
Ita mé di amabunt, haúd propterea té rogo,
Vt hoc próferam, set ut tácita mecum gaúdeam.
PA. Numquám tam dices cómmode, ut tergúm meum
Tuam ín fidem commíttam. PH. Ah noli, Pármeno:
Quasi tú non multo mális narrare hóc mihi
Quam ego quaé percontor scíre. PA. Vera haec praédicat,

18 l bibere D 19 ILLIC A *cum rell.* haut D 22 negoti P (*cum* A) modo quae BCDEFP 23 c bachis F bachis E 24 posset uiua F uiua ut posset C 25 autem *om.* B tu;am non P, *separauit* P^2 n non F, *in quo us. exit in* PA. habet 26 hę *ex* hęc E 27 bacchidis E bachidis F 28 ẽe ita E 29 opus *om.* E^1, *add. corr. rec.* 30 causa *om.* F^1, *add.* F^2 ut *ex* aut C 31 DIAMENT A di bene ament BCDEFP (dii DF) haut C haud pptea D pterea E 32 UTI A d set F 33 Numquid F 35 non tu DF hoc *in ras.* D 36 e pcontor D perconter BCEFP

19. Donatus : illic) Legitur et „illi," ut sit circumflexus accentus et significet ‚illic.' — illic : Eugraph. in lemm. 20. placebant : Eugraph. in lemm. 22. Donatus : quae narrauit) „Quae" legendum est, ut sit qualis et quanta. 24. hac ille : Eugraph. in lemm. 26. hae : Donat. et Eugraph. in lemm. 29. 30. Donatus : Non est opus prolato hoc percunctarier Desiste) Incerta distinctio. utrum ‚prolato hoc' an ‚hoc percunctarier.' 31. Donatus : Ita me di bene (me *Ed. pr.*) amabunt) Pro ‚ament.' 32. Eugraph. in Eun. III 5, 5 „sed—gaudeam." — Seru. in Aen. I 502 „ut ‚mecum tacita' gaudeam." 35. tu non : Donat. in lemm.

Digitized by Google

Et illút mihi uitiumst máximum. si mihi fidem
Das té tacituram, dícam. PH. Ad ingeniúm redis.
Fidém do: loquere. PA. Auscúlta. PH. Istic sum. PA. Hanc Bácchidem
Amábat, ut cum máxime, tum Pámphilus,
Cum páter uxorem ut dúcat orare óccipit
Et haéc communia ómnium quae súnt patrum,
Sesé senem esse dícere, illum autem únicum:
Praesídium uelle sé senectutí suae.
Ille prímo se negáre: sed postquam ácrius
Pater instat, fecit ánimi ut incertús foret,
Pudórin anne amóri obsequeretúr magis.
Tundéndo atque odio dénique effecit senex:
Despóndit ei gnatam huíus uicini próximi.
Vsque illud uisum est Pámphilo ne utiquám graue,
Donéc iam in ipsis núptiis, postquám uidet
Parátas nec moram úllam quin ducát dari,
Ibi démum ita aegre túlit, ut ipsam Bácchidem,
Si adésset, credo ibi éius commiserésceret.
Vbicúmque datum erat spátium solitúdinis,
Vt cónloqui mecum úna posset: 'Pármeno,
Perií, quid ego egi? in quód me coieci malum!

39 maxumū st D Das *in finem huius uersus assumsit* P 38 das *om.* D¹, *add.* D² 39 hanc ||| || bacchidem P *In* F *us. exit in* sum 40 AMABATCUM (*om.* ut) A 42 omnium communia DF 43 Se senem BCDEFP illum esse unicum D illum autem esse unicum BCEFP 44 PRAESIDIAM A psidia D senectuti F senectutis D 45 Ille *in ras.* F SEPRIMO A 46 Patter C fecit D, *corr.* D² facit F 47 PUDOREINANEAMORI A Pudori || E Pudori B 50 pamphylo neutiq: F grauí C, *corr.* C² graue *ex* grauem F 51 Donec tum in E, *corr. rec.* 52 nec *om.* D¹, *add.* D² ullum D, *corr.* D² 53 egre ita E 54 commiseresceret P 56 CUMLOQUI A colloqui BEF 57 egi |||| in, gi *et* in *in ras.*, P conieci BCDEFP

38. redit: Donati *Ed. pr.* in lemm. 40. Donatus: „cummaxime" una pars orationis est. 43. Se senem: Donat. in lemm. 44. Praesidium: Donat. et Eugraph. 45. primo se: Donat. et Eugraph. 46. Arusian. p. 242. Donat. in Phorm. I 4, 10 „fecit—foret." 47. Pudori anne: Donat. *bis* in lemm. 48. Seru. in Aen. IV 448 „Tundendo—senex" (*om.* denique).

Digitized by Google

Non pótero ferre hoc, Pármeno: periî miser.'
PH. At té di deaeque *fáx*int cum isto odió, Laches.
PA. Vt ad paúca redeam, uxórem deducít domum.
Nocte ílla prima uírginem non áttigit:
Quae cónsecutast nóx eam, nihiló magis.
PH. Quid aïs? cum uirgine úna adulescens cúbuerit
Plus pótus, sese illa ábstinere ut pótuerit?
Non uéri simile dícis nec uerum árbitror.
PA. Credo íta uideri tíbi: nam nemo at té uenit
Nisi cúpiens tui: ille inuítus illam dúxerat.
PH. Quid deínde fit? PA. Diébus sane paúculis
Post Pámphilus me sólum seducít foras
Narrátque, ut uirgo ab se íntegra etiam túm siet,
Seque ánte quam eam uxórem duxissét domum
Sperásse eas toleráre posse núptias.
'Sed quám decrerim mé non posse diútius
Habére, eam ludíbrio haberi, Pármeno,
Quin íntegram itidem réddam, ut accepi á suis,
Neque honéstum mihi neque útile ipsi uírgini est.'

58 hoc ferre **F** hoc ferre **P** KOCDIUTIUSPARMENO **A** peri **P** 59 Ad **CF** faxint *Bentleius* PERDUINT **A** *cum rell., nisi quod* pdent **F**[1] CUMODIOISTO **A** cum isto odio **BCEP** cum isto hodie **F** cum istoc odio **D** 60 At ad **F** ducit **BC** 62 nihil **BCP** 63 ais *ex* uis **E** agit **F** 64 potuf || fe, *prior* f *ex* i, *ut uidetur*, **D** potı|sse **CP** potisse **B** at potus potis se **E**, *corr. rec.* potis se **F**, *corr.* **F**[2] 65 uerisimile| **C** neq: nec **D**, *corr.* **D**[2] neque **BCEP** 69 Postquam **F** DEDUCIT **AE** 71 quam in eam **E** 72 tollerare **F** 73 SEDPOSTQUAM **A**, POST *induxit corr. rec.* decreuerim **BCDEFP** 74 heberi **D**, *corr.* **D**[2] 75 reddam *om.* **F** ab suis **D**

59. Acr. in Hor. Serm. I 7, 6 „cum istoc' odio Laches." — cum odio: Donat. in lemm. 61. 62. Donat. in III 1, 23 „Nocte illa p. u. n. a. q. c. e. n. e. n. magis ... Quid i. i. n. a. b. c." 62. nihilo: Donat. in lemm. 63. 64. Priscian. I p. 484 „Quid—potus." 63—65. Donat. in Ad. III 4, 24 „cum uirgine—neque uerum." (63. ut cubuerit. 64. se abstinere ut potuerit *Ed. pr.*). 64. Arusian. p. 216 Abstinet se illa re. T. H. „Plus ‚potuisse' illa abstinere ut potuerit." 65. nec uerum: Eugraph. in lemm. 66. Diomed. p. 389 „Credo—tibi." (68. fiet *et* paucis: Donat. in lemm.). 69. educit: Donati *Ed. pr.* in lemm. 73. decreuerim: Donat. et Eugraph. in lemm. 75. a suis: Donatus.

Digitized by Google

PH. Pium ác pudicum ingénium narras Pámphili.
PA. 'Hoc égo proferre incómmodum mihi esse árbitror:
Reddí patri autem, cui tu nihil dicás uiti,
Supérbum est: sed illam spéro, ubi hoc cognóuerit
Non pósse se mecum ésse, abituram dénique'.
PH. Quid? intérea ibatne ad Bácchidem? PA. Cottídie:
Set út fit, postquam hunc álienum ab sesé uidet,
Maligna multo et mágis procax facta ílico est.
PH. Non édepol mirum. PA. Atque éa res multo máxime
Diiúnxit illum abílla, posquam et ípse se
Et íllam et hanc quae dómi erat cognouít satis,
Ad exémplum ambarum móres earum exístimans.
Haec, íta uti liberáli esse ingenió decet,
Pudéns modesta, incómmoda atque iniúrias
Viri ómnis ferre et tégere contumélias.
Hic ánimus partim uxóris misericórdia
Deuínctus, partim uíctus huius i niúiis

77 *E nota erasa in* D et pudicum (B?)CDEFP 78 proferre *ex* proferoe P 79 tu *om.* P UITII A 80 Superum F 81 POSSE MECUM (*om.* se) A abituram D, *aspirationem add.* D² 82 Bachidem P cotidie BCEFP 83 ab se BCEFP 85 ATQUI A atque *rell.* 86 Diiunxit C, *corr.* C² Disiunxit B Diſiunc ſit F ILLANAMPOSQUAM A postquam BCDEFP ipse sese BCEF 87 QUAEDEMODIERAT A 88 *Spurium iudicauit h. u. Guyetus* 89 ita *omissum add.* D¹ uti *om.* F¹, *add.* F² UT A, i *add. corr. rec.* ingenio ee ingenio F, *corr.* F² ingenio esse BCEP 90 Pudens & modesta D Pudens et modesta F 91 fere D 93 huiuſce F iniuriis D, *corr.* D² iniuria BCEFP

77. Donat. in III 3, 18: „Pium et—Pamphili." 78. Donatus: Hoc ego proferre [Hoc ergo profert *Ed. pr.*]: Verba Pamphili sunt, non, ut quidam putant, ad personam Parmenonis referentes. — Eugraphius: Ex amore (*l.* more) Parmenonis interposuit narrationem (*l.* narrationi) hoc esse quod fieri non debeat diu fuisse cum marito uirginem et Pamphilo non contactam. 82. Donat. in III 1, 23 *et* IV 1, 24 „Quid—quotidie." 83. ab sese: Eugraph. in lemm. — ab se: Donat. in lemm. 84. Maligna multo: Donat. in lemm. — Non. p. 23 „Maligna multo—ilico est." 85. Donatus: Atqui ea res) „Atqui" immo.' Legitur et „atque." (Atq; ea res. immo legitur et acq; *Ed. pr.*). — atqui: Eugraph. in lemm. 86. Disiunxit: Eugraph. in lemm. 93. iniuria: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Paulátim elapsust Bácchidi atque huc tránstulit
Amórem, postquam pár ingenium náctus est.
Intérea in Imbro móritur cognatús senex
Horúnc. ea ad hos redíbat lege heréditas.
Eo amántem inuitum Pámphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre híc uxorem: nám senex
Rus ábdidit se, huc ráro in urbem cómmeat.
PH. Quid adhúc habent infírmitatis núptiae?
PA. Nunc aúdies. primós dies complúsculos
Bene cónueniebat sáne inter eas. ínterim
Miris modis odísse coepit Sóstratam:
Neque lítes ullae intér eas, postulátio
Numquám. PH. Quid igitur? PA. Síquando ad eam accésserat
Confábulatum, fúgere e conspectu ílico,
Vidére nolle: dénique ubi non quit pati,

94 ELAPSUSBACCKIDI A elapsus bachide E bacchide BCP bachide F huic BCDEFP TRASTULIT A 95 nactus D, *corr.* D² nanctus C, *corr.* C² nanctus P 96 KORUNCCEAADKOSDELEGEREDIEBATKEREDITAS A, *prius* C *induxit corr. rec.* Horunc ea, c *ex corr.*, D Horum ea C, *corr.* C² Horum ea P Horum (*om.* ea) BEF redi||bat F rediebat BCDEP 99 Relinquid F Reliquid C, *corr.* C² Reliquit BEP 100 se D sese BCEP 102 PRIMOS A, S *deleuit corr. rec.* primo D primum BCEFP CUMPLUSCULOS A conplusculos BCE 103 interim *om.* A¹, *add. corr. rec.* 105 *In* F *us. exit in* numquam 107 ETCONSPECTU A 108 non quit, t *in ras.*, D non quiuit CEP non qui ųiuit F, *corr.* F² non uult B

94. elapsus est: Donat. et Eugraph. in lemm. — Bacchidi: Eugraph. in lemm. 94. 95. Arusian. p. 229 Elapsus hac re. T. H. „Paulatim elapsus est ‚Bacchide' atque ‚hanc' transtulit Amorem." 97. Horū. ea ad hos redibat p legē hereditas: Donati *Ed. pr.* in lemm. 98. Donat. in II 2, 18 „Eo—pater" (Eo amantem *om. rell. Ed. pr.*). — excludit: Eugraph. in lemm. 99. Donatus: Relinquit) ‚Inertia' (Ineptia *Ed. pr.*) praesentis temporis. Legitur et „Reliquit." 99. 100. Donat. in II 1, 27 „senex Rus abdidit se." — 100. abdidit sese: Donat. in lemm. — Incert. in Anal. Vindob. p. 206 „‚hic'—commeat." 102. Prisc. I p. 104 „primum dies complusculos." 102. 103. Lex. Maii p. 152. 354 „primum dies conplusculos conueniebat" (dies *om.* p. 152). 104. Cledon. p. 1915 „Miris modis odisse ‚aiunt adulescentem Sostrata.'" 108. non quit: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Simulát se ad matrem accérsi ad rem diuínam, abit.
Vbi illíc dies est complúris, accersí iubet:
Dixére causam túm nescio quam. iterúm iubet:
Nemó remisit. póstquam accersunt saépius,
Aegram ésse simulant múlierem. nostra ílico
Id uísere ad eam: admísit nemo. hoc úbi senex
Resciuit, heri ea caúsa rure huc áduenit,
Patrém continuo cónuenit Philúmenae.
Quid égerint intér se, non dum etiám scio:
Nisi sáne curae est, quórsum euenturum hóc siet.
Habés omnem rem: pérgam quo coepi hóc iter.
PH. Et quídem ego: nam constítui cum quodam hóspite
Me esse íllum conuentúram. PA. Di uertánt bene
Quod agás. PH. Vale. PA. Et tu béne uale, Philótium.

109 a|| matre D a matre CEFP accerſiꝝ F abit D abiit BCEFP
110 conpluris BC conplures F acceſſi F 111 *Versus omissus a* B¹C¹P¹, *additus in marg. a scholiastis* Dixere, *ultima* e *a corr. in ras.*, D tum causam P tunc causam BE ſic causam C tunc F 112 accessunt E accersiuit C 113 NOSTRAM A 114 Id *ex* It D (*cum* A) Ut F It BCEP Resciuit *in huius uersus exitum asciuit* P 115 heri le_acausa C 116 Patrem D aduenit E PKILUMINAE A 118 Ni sane P curę mihi ē DF 119 *Codicis Decurtati fragmenta ex Hecyra seruata foliis* 58 *et* 59 *incipiunt a uerbis* om nē rē. p. — iter *in ras.* D 120 *E nota inter lineas* D Equidem BCDEFP constitui—hospite F² *in ras.* 121 qđ D¹, ꝙ qd D² agis P *Post u.* 122 F. I. A. E

109. abiit: Donatus. 111. causam tunc: Donat. in lemm. 112. Donatus: accersunt) Subaudimus ‚nostri.' 113. 114. Donat. in III 2, 4 „nostra ilico it u. a. a. n." 114. Macrob. de diff. 19, 31 (I p. 268 Ian.) „It ad eam uisere." — Incert. de uerbo 6, 14 (p. 293 Ian.) „‚Adeamus' uisere." — Id uisere: Donati *Ed. pr. bis* in lemm. 115. 116. Donat. in II 2, 9 „heri ea causa r. h. a. p. c. c." 119. Non. p. 318 T. ‚Heautont.' „Habes — iter." — Arusian. p. 255 „pergam quo ‚occepi' hoc iter." 120. 121. Diomed. p. 390 „nam—conuenturam" (conuenturum pꝯ). 122. agas: Donat. in lemm.

Digitized by Google

B LACHES *Φ* SOSTRATA
SENEX MULIER

II 1 LA. Pro deum átque hominum fidém, quod hoc genus est, quae haéc est coniurátio!
Vtin ómnes mulierés eadem aeque stúdeant nolintque ómnia
Neque déclinatam quícquam ab aliarum ingenio ullam réperias! 200
†Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus.
Viris ésse aduersas aéque studium est, símilis pertinácia est.
In eódemque omnes míhi uidentur lúdo doctae ad málitiam:

II 1 *A* LACHES SENEX *E* SOSTRATA MVLIER **D** LACHES SENEX SOSTRATA MVLIER **PC** LACHES SOSTRATA **E** SENEX MVLIER LACHES SOSTRATA **G** 1 Per deum **F**, *corr.* F^2 etq: ē hęc **F** coniuratio, coniu *in ras.*, **D** *In* **A** *uersus dissectus est post* GENUSEST 2 Utin **CD** Ut **BEF** ęq., ę *in ras.*, **D** studerant **F** nollint **C** 3 illam **F** ullum **C**, *corr.* C^2 REPPERIAS **ABF** 4 ITAQ IDEO **A**, *corr. rec.* Ita adeo **E** OMNESSOCRUSODERUNTNURUS **A** *cum rell., nisi quod* nurus **B** nurus **P** 5 aduersas **D** 6 In eodem **F** militiam **D**

II 1. 1. est haec: Donat. in lemm. 2. Arusian. p. 260 „‚Ut' omnes mulieres ‚eademque' studeant nolintque omnia." — Ut: Donat. in lemm. — Utin: Eugr. in lemm. 4. Donatus: Itaque adeo) Necessaria sententiae *ἀμφιβολία* ad describendam utramque personam. — S. Hieron. adu. Iouinian. p. 317 uol. II Vall.: illud .. Terentii, quod consulto ambigue extulit „quid est hoc? omnes socrus oderunt nurus." — Id. in Michaeam c. 7 T. in H. „quid hoc est?" inquit, „omnes socrus oderunt nurus": quod quanquam ambiguum sit, tamen propemodum naturale est, ut nurus socrum et socrus oderit nurum. — Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus: Eugr. in lemm. — Donat. in II 3, 1 „itaque uno animo o. s. o. n." — Idem. in IV 2, 24 „omnes socrus oderunt nurus." 6. Arusian. p. 223

Digitized by Google

Ei lúdo, si ullus ést, magistram hanc ésse satis certó scio.
SO. Me míseram, quae nunc quam óbrem accuser néscio. LA. Hem,
Tu néscis? SO. Non, ita mé di bene ament, mí Laches,
Itaque úna inter nos ágere aetatem líceat. LA. Di mala próhibeant.
SO. Meque ábs te inmerito esse áccusatam póst modo resciscés. LA. Scio.
Te inmérito? an quicquam pro ístis factis dignum te dicí potest?
Quae me ét te et familiám dedecoras, fílio luctúm paras.
Tum autem éx amicis ínimici ut sint nóbis adfinés facis,
Qui illúm decrerunt dignum, suos cui líberos commítterent.
Tu sóla exorere, quae perturbes haéc tua inpudéntia.
SO. Egon? LA. Tu inquam mulier, quaé me omnino lápidem, non hominém putas.

7 Et ei ludo **BCDEFGP** 8 NUM **A** accuser **C**, *corr.* C^2 9 ita **D** ita **F** non *om.* **E** di bene ament **D** di bene ament **F** di bene ament **G** DIAMENT **ABCEP** 10 agere *om.* D^1, *add.* D^2 malã **P**, *ut uidetur* 11 inmerito **D** esse *om.* **G** postmodum **BCDEFG**^{1}**P** p̄ modō (*sic*) **G** *ex corr.* post modo *separauit Lachmannus* reſcif ces **G** reſciſſces **F** scio *Sostratae continuant Guyetus et Bentleius* 12 isti **D** quicquid **F** dignum te **P**, *corr.* P^2 dignum de te **F** 13 me *om.* F^1, *add.* F^2 FAMILIAMOMNEMDEDECORAS **A** decoraſ **F**, *corr.* F^2 dedeꝛ coraſ **G** 14 aut ex **D**, ex *add.* D^2 affines **BEF** 15 decreuerunt **EFG** COMMIRENT **A**, *corr. rec.* 16 exorere, rere *in ras.*, **D** exorere **FP** exorrere **B** pturbaſ **G** *In* **A** *ascitum est in exitum uersus* Φ EGONE 17 Egone **BCDEFGP** quę me **D** l||pidem **C**, *corr.* C^2

„In eodemque—militiam.'" 7. Et ei: Donat. et Eugraph. in lemm. 8. Seru. in Aen. I 410 „Me—quam ob causam accuser nescio." 9. Non ita me di bene ament *bis*, Non ita me dii ament *bis* Donat. in lemm. (*addens* Animaduertendum ueteres non minus εὐφημισμὸν in uerbis quam κακέμφατον neglexisse: uelut hic (*adde* Non) ita me di bene ament). 10. Donat. in Andr. III 3, 18 „Itaque—liceat." — Id. in Hec. IV 3, 1 „Di mala prohibeant." 11. post modum: Donat. et Eugraph. in lemm. 15. Seru. in Aen. X 532 „Qui illum dignum decreuerint'—committerent." — decreuerunt: Eugraph. in lemm. — cui suos: Donat. in lemm. 17. Donat. in IV 1, 10. Eugraph. in Heautont. V 3, 1 „Tu—putas." —

Digitized by Google

An, quía ruri esse crébro soleo, néscire arbitrámini
Quo quísque pacto hic uítam uostrárum éxigat?
Múlto melius híc quae fiunt quamílli ubi sum' adsidué scio:
Ídeo quia, ut uos míhi domi eritis, proínde ego ero famá foris.
Iám pridem equidem audíui cepisse ódium tui Philúmenam:
Mínimeque adeo est mírum, et ni id fecísset, magis mirúm foret.
Séd non credidi ádeo, ut etiam tótam hanc odissét domum:
Quód si scissem, illa híc maneret pótius, tu hinc issés foras.
Át uide, quam inmerito aégritudo haec óritur mihi abs te, Sóstrata:
Rús habitatum abií, concedens uóbis et rei séruiens,
Súmptus uestros ótiumque ut nóstra res possét pati,
Meó labori haud párcens praeter aéquom atque aetatém meam.
Nón te pro his curásse rebus, néquid aegre essét mihi!

18 RURICREBROESSE A E ruri crebro esse F NESCIREMEARBITRAMINI A harbitramini F 19 UOSTRARUM A ūrarū G ūrorum *ex* ūrarum D uestrorum B C E F P 20 quae D hicq. G FIUT A, *corr. rec.* ILLIC A *cum rell.* assidue B D E F 21 QUIAAUTEOS (*sic*) A, *corr. rec.* proinde *om.* F¹, *add.* F² ego p fama C 22 equidē *ex* aequidē C ęquidem F coepisse P philomenam E 23 adeo ē D, ē *expunxit* D² est *om.* B C E F P MIRUMUM A, *corr. rec.* ni *ex* nq; E ni, i *in ras.*, F 25 Qđ ficiſſē G potius *om.* A tu *om.* C¹, *add.* C² ISSES A, cx *add. corr. rec.* 26 AUTUIDE A, AT *effecit corr. rec.* At quidem E, *corr. rec.* ABSE A, *corr. rec.* *In* A *uersus dissectus est post* MIKI 27 habii B abii *ex* iui, *ut uidetur* P condens D, *corr.* D² 28 SUMPTOS A possit C, *corr.* C² *In* F *hic uersus post u.* 30 *positus est. Guyetus eum transponebat post u.* 29 29 haut C 30 *Hic uersus non est in* A ēē F, *corr.* F²

18. ruri crebro esse: Donat. in lemm. 19. Donatus „uestrorum" pro uestrum. 23. adeo mirum: Donat. in lemm. 26. Donat. in Eun. III 3, 23 „‚Ac' uide—Sostrata." — Et uide: Engraph. in lemm. 28. *Et* Vestros sumptus *et* Sumptus uestros: Donat. in lemm. 30. *enarratur ab utroque interprete.* — Arusian. p. 212 „ne—mihi."

Digitized by Google

SO. Nón mea opera néque pol culpa euénit. LA. Immo máxime:
Sóla hic fuisti: in te ómnis haeret cúlpa sola, Sóstrata.
Quae híc erant curáres, cum ego uos cúris solui céteris.
Cúm puella anúm suscepisse ínimicitias nón pudet?
Íllius dices cúlpa factum? SO. Haud équidem dico, mí Laches.
LA. Gaúdeo, ita me dí ament, gnati caúsa: nam de té quidem
Sátis scio peccándo detriménti nihil fierí potest.
SO. Quí scis an ea caúsa, mi uir, me ódisse adsimuláuerit,
Vt cum matre plús una esset? LA. Quíd aïs: non signi hóc sat est,
Quód heri nemo uóluit uisentem ád eam te intro admíttere?
SO. Énim lassam oppidó tum esse aibant: eo ád eam non admíssa sum.
LA. Tuós esse ego illi móres morbum mágis quam ullam aliam rem árbitror,

31 me a opera neque F euenit D e uenit F 32 CULPASOSTRATA AD¹G (sola *add.* A D²) Sostrata sola E A 33 ut curares F NOS A solui curis BCDEFGP 35 haut C KICOMIKILACKES A 36 di i D, *corr.* D² ganati D nam de te P 37 detrimenti qd nihil P 38 uir me F odisse se DG, *corr.* D²G¹ odisse se EFP odisse sese BC ADSIMULARIT A assimulauerit BG assimulauit E 39 una plus F ais *in ras.* D agiſ aiſ F agis BCEG hoc *om.* BCEFP ſaḍ t F 40 uiſcentem F ad t, eam F te ad eam DG intromittere ad D, *corr.* D² intromittere G ammittere B 41 AIEBANT A laſſam oppido aiebant tum esse G lassa eā opido aiebant tū || || eo, D, eā *add.* D² lapsam oppido tum aiebant esse B lassam eam oppido tum || || aiebant CP lassam eam oppido tum aiebant (*om.* esse) F lassam eam oppido tum agebant (*om.* esse) E 42 ego D ego *om.* BCEFP mores ad morbum P, ad *a* P² agis m C, *corr.* C² magis *om.* P ullam *inter lineas* D²F ullam *om.* G *In* A *uersus dissectus est post* ULLAM

31. Donat. in II 2, 29 „Non—pol c. e." — uenit: Idem in lemm. 32. Donatus solaa So. (*sic Ed. pr.*)] Optime geminauit „sola," more irascentium. nondum nomen posuit. 33. *Et* solui uos *et* uos solui: Donat. in lemm. 35. Dices illius: Donat. in lemm. 39. esset plus una: Donat. in lemm. — plus una: Eugraph. in lemm. 41. *Et* Enim eam lassam oppido *et* Enim lassam eam oppido: Donat. in lemm. — Enim lassam oppido dicebant: Eugr. in lemm. — (*Huc refert Bentleius* Paul. Festi ep. u. adfatim: Terentius „ad fatim" dixit pro eo quod est ad lassitudinem). 42. esse ego illi: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Ét merito adeo: nám uostrarum núlla est, quin gnatúm uelit
Dúcere uxorem: ét quae uobis plácita est condició datur:
Vbi duxere inpúlsu uestro, uéstro inpulsu easdem éxigunt.

A PHIDIPPUS SENES *B* LACHES II *Φ* SOSTRATA MULIER

II 2 PH. Etsí scio ego, Philúmena, meum iús esse, ut te cógam
Quae ego ímperem facere: égo tamen patrio ánimo uictus fáciam,
Vt tíbi concedam, néque tuae libídini aduersábor.
LA. Atque éccum Phidippum óptime uideo: hínc iam scibo hoc quíd sit.
Phidíppe, etsi ego meis me ómnibus scio esse ádprime obsequéntem,
Sed nón adeo ut facílitas mea corrúmpat illorum ánimos:

44 placita condicio ẽ **DF** placida c̃dicio ẽ **G** 45 duxerit **G** uestro (uestro) **F**

II 2 *A* LACHES SENEX *B* PHIDIPPVS IDEM *E* SOSTRATA MVLIER **D** PHIDIPPVS LACHES SENES II SOSTRATA MVLIER **P** PHIDIPPVS SENEX. LACHES. II. SOSTRATA MVLIER **C** SENEX IDEM MVLIER LACVS PHIDIP|PVS SOSTRATA **G** PHIDIPPVS LACHES **C** 1 philomena **DG** (m)eum **CF**, *corr.* C¹F² 2 animo (uictuf) intuf **F**, *corr.* F² uinctuf **G** fa(c)giam (^) **C**, *corr.* C² 3 neq; ||| tuae **P** l̨(u di)bini (^) **D**, *corr.* D² 4 optũme **G** (ex hoc) KINC A, *corr. rec.* ex hoc iam scibo quid **FG** ex hoc iã cibo qd̃ **D** iam scibo ex hoc quid **BCEP** SIET **A** *cum rell.* 5 EGO MEISOMNIBUSCIOMEESSEADMPRIME **A** me meis **DG** 6 FACILITASMEA **ADG** (facil(l)itas **D**, *corr.* D²) (mea) facilitas **F** mea facilitas **BCEP**

44. placita est condicio: Donat. in lemm.
II 2. 1. Claud. Sacerd. p. 23 „Etsi—filumena." — ego *om.* Eugr. in lemm. 4. Donatus: ex hoc iam scibo) Legitur et „hinc" locale aduerbium. — quid siet: Donat. in lemm. 5. 6. Charis. p. 229 Item ‚etsi' ut ait C. Iulius Romanus, *ἀναχόλουθον* est, quotienscumque *τῷ* ‚etsi' non reddimus ‚tamen,' ut Terenti illud in Hecyra est „etsi—ut ‚facilitas mea' corrumpat animum." 5. meis me omnibus scio esse: Eugraph. in lemm. — scio esse: Donat. in lemm. — Arusian. p. 214 „omnibus adprime scio esse obsequentem." 6. mea facilitas: Donat. *bis* in lemm. — facilitas mea: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Quod tú si idem facerés, magis in rem et uéstram et nostram id ésset.
Nunc uídeo in illarúm potestate ésse te. PH. Heia uéro.
LA. Adíi te heri de fília: ut ueni, ítidem incertum amísti.
Haud íta decet, si pérpetuam uis ésse adfinitátem hanc,
Celáre te iras. síquid est peccátum a nobis, prófer:
Aut éa refellendo aút purgando uóbis corrigémus
Te iúdice ipso. sín east retinéndi causa apút uos,
Quia aégra est: te mihi iniúriam facere árbitror, Phidíppe,
Si métuis satis ut meaé domi curétur diligénter.
At íta me di ament, haút tibi hoc concédo, etsi illi páter es,
Vt tú illam saluam mágis uelis quam ego: id ádeo gnati caúsa,
Quem ego íntellexi illam haúd minus quam se ípsum magnificáre.
Neque ádeo clam me est, quam ésse eum grauitér laturum crédam,

7 si tu **BCDEFGP** et nram et uostrā **DFG** (uǫstrā **D**, *corr.* D^2) de esset **F**, *corr.* F^2 rem in *Bentleius* id *tollit Kraussius* 8 id esse **E** heia **D** eia **E** hehia **BCP** 9 ADI **A** haeri **F** filia || **D** incertum me **D** incertum me **G** amisti **G** AMISISTI **ABCDFP** dimisisti **E** 10 hanc *post* perpetuam *ponunt* **BCDEFGP** perpetem *Bentleius* affinitatem **BEF** 11 CELERA **A**, *corr. rec.* Siquid ẽ *ex* siquidem **E** siqđ || ||e, đ *ex* u, **D** 12 Ut **E**, *corr. rec.* reffellendo **F** 13 CAUSA RETINENDI **A** *cum rell.* retinendi causa *Bentleius* 14 egrast **D**, *corr.* D^2 te **G** 15 Simotuis **G** satis ut **C** satis ne ut **BG** 16 di **D** aut **C**, *aspirationem add.* C^2 haud ibi **D**, *corr.* D^2 pater es **E**, *corr. rec.* 17 id—18 ego *om.* E^1, *add. corr. rec. in marg.* 18 si **C**, *corr.* C^2 MAGNIFICARE **A**, *corr. rec.* magnificare **DF**, *corr.* D^2F^2 magni facere **BCP** *In* **A** *uersus dissectus est post* SE, *u.* 19 *post* LATURUM

7. si tu *et* in rem uestram et nostram: Eugraph. in lemm. 8. eia uero: Donatus. 9. Heri adii te: Eugraph. in lemm. — Donatus: amisti) Pro ‚amisisti.' *συγχοπή* (amisti] pro dimisisti, *sequente lacuna Ed. pr.*). — amisti: Eugraph. in lemm. 10. adfinitatem hanc: Eugraph. in lemm. 13. causa retinendi: Donat. (causa est *Ed. pr.*) et Eugraph. in lemm. 15. Donatus: ut: ne non. — Et iungendum est „satis diligenter." non enim „metuis satis." 17. magis saluam: Eugraph. in lemm. 19. Donat. in III 5, 47 „Neque—resciuerit." — Eugraph. ib. „Neque—credam."

Digitized by Google

Hoc si rescierit: eó domum studeo haéc prius quám ille ut rédeat.
PH. Lachés, et diligéntiam uéstram ét benignitátem
Noui ét quae dicis ómnia esse ut dícis animum indúco,
Et te hóc mihi cupio crédere: illam ad uós redire stúdeo,
Si fácere possim ulló modo. LA. Quae rés te facere id próhibet?
Eho, númquid nam accusát uirum? PH. Minimé: nam postquam atténdi
Magis ét ui coepi cógere ut redíret, sancte adiúrat
Non pósse aput uos Pámphilo se apsénte perduráre
Aliút fortasse aliís uiti est: ego sum ánimo leni nátus:
Non póssum aduorsarí meis. LA. Hem, Sóstrata. SO. Heu me míseram.
LA. Certúmne est istuc? PH. Núnc quidem ut uidétur: sed numquíd uis?
Nam est quód me transire ád forum iam opórtet. LA. Eo tecum úna.

20 f||i F UT eo *om.* C¹, *add.* C² at eat eo E, *corr. rec.* studeo, o *in ras.*, D ILLEREDEAT A, *corr.* A¹ ille h c utredeat D, huc *ex* ut *effecit* D² ille huc redeat BCEFP 21 *Post* benignitatem *in* E *interpolata sunt quae* P² *in marg. habet:* quam exhibetis erga meam filiam. 22 UT DICISINANIMUMINDUCOMEUM A 23 mihi hoc DFG crederes C ad uos D, *corr.* D² 24 lo ulmodo D FACEREIDPROKIBET ADG id facere prohibet BCEFP 25 Eho, ho *in ras. a corr.*, D Eo G accussat D accusat uirum C¹, at accusaturū C² *in marg.* adtendi E *In* A *uersus dissectus est post* MINIME 26 UTCOGERE A, UI *ex* UT *effecit corr. rec.* 27 phamphilo D 28 ALIISUITHEST AG alii|| D alii *om.* E¹, *add. corr. rec.* alii BCFP uici i F, *corr.* F² lenitatus n C natus D² *in ras.* 29 aduerfarif F ehem D EMSOSTRATA. Φ. KEMME A 30 istud E Γ *in rus.* D SEDQUIDUIS A 31 ad forjum transire F *Post* OPORTEAT (*sic*) *uersus dissectus est in* A

20. Arusian. p. 260 „studeo—ille redeat" (*om.* ut). — ille huc redeat: Donat. in lemm. 23. hoc mihi: Donat. *bis* in lemm. 24. possum: Donat. et Eugraph. in lemm. 26. et coepi agere ut redeat: Eugraph. in lemm. — Donat. in III 5, 1 „sancte adiurat Non posse illic P. s. a. — Seru. in Aen. XII 616 „adiurat ‚se' non—perdurare." 28. Donatus: Mollius dixit „aliis," quam si ‚tibi' dixisset. 29. Hem *et* Heu me: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Φ SOSTRATA
MULIER

SO. Édepol ne nos súmus inique aeque ómnes inuisaé uiris II 3
Própter paucas, quae ómnes faciunt dígnae ut uideamúr malo.
Nam íta me di ament, quód me accusat núnc uir, sum extra nóxiam.
Séd non facile est éxpurgatu: ita ánimum induxerúnt, socrus
Ómnis esse iníquas: haud pol mé quidem: nam numquám secus
Hábui illam ac si ex mé esset nata: néc qui hoc mihi eueniát scio:
Nísi pol filiúm multimodis iam éxpeto ut redeát domum.

II 3 SOSTRATA MVLIER **D** *in marg.* SOSTRATA MVLIER **P** SOSTRATA MVLIER **CG** SOSTRATA **E** 1 sumus mulieres inīq, ęq. **D** sumus mulieres inique aeque **P**, *corr. schol.* sumus mulieres aeque **BCEFG** INIQUAEAEQ.OMNINOOMNES **A**, OMNINO *deleuit corr. rec.* INUISE **AG** inusē **D**, *corr.* D^2 3 di **D** ACCUSANT **A** noxam **E** *Post* UIR *uersus dissectus est in* **A** 4 expurgatū **D** expurgatu, tu *in ras.*, **G** excusatu purgatu **F**, *corr.* F^2 5 haut **C** pole**m** || quidem **D** 6 si**ex** me **F** me *om.* **G** nata**g** **D**, *corr.* D^2 gnata **BCF** eueniat mi**hi** **F** eueniet **BCEP** 7 MULTISMODIS **A** *cum rell.* (multis**modis** **P**, *corr.* P^2) multimodis *Faërnus* EXPECTO **A**(B?)**CDEFG** exspecto **P** expeto *Bentleius Post u.* 7 F. II. **A E**

II 3. 1. nos sumus mulieres c. o. o. inuise: Donati *Ed. pr.* in lemm. — Idem: inique (que *Ed. pr.*) aeque] comicum *παρόμοιον*. 6. hoc qui mihi Donat. in lemm. 7. multis modis: Donat. in lemm. — Idem: iam expecto ut redeat domum) Quia nihil mirum in matre est ‚expectare' filium, idcirco additum „multis modis."

Digitized by Google

A PAMPHILUS ADULESCENS *B* PARMENO SERUOS

III 1 PAM. Némini plura acérba credo esse éx amore homini úmquam oblata
Quám mihi. heu me infelícem, hancine ego uítam parsi pérdere!
Hácine causa ego erám tantopere cúpidus redeundí domum! *hui*,
Quánto fuerat praéstabilius úbiuis gentium ágere aetatem
Quam húc redire atque haéc ita esse míserum me rescíscere! 285
Nám nos omnes quíbus est alicunde áliquis obiectús labos,

III 1 *A* PAMPHILVS ADVLESC̄ *B* PARMENO SERVVS D PAMPHILVS ADVLESCENS PARMENO SERVVS PC PAMPHILVS PARMENO E PAMPHILVS. PARMENO. ADVLESCENS. SERVVS G

1 NEMINIPLURAEC̣ERBA A, *corr. rec.* Nemini ego plura DFG plura ego acerba BCEP homine G *In* A *us. dissectus est post* KOMINI 2 hanccine FP 3 Hacine, cine *in ras.*, D Hancine G Haccine F tanto opere BCDFP hui *in exitu h. u. scripsit Fleckeisenus* (ah *Bentleius*), CUI *ab initio sequentis* A *cum rell.* 5 ita haec ita P rescire D, *corr.* D² 6 nos *om.* D¹G, *add.* D² omnis C, *corr.* C² om̄is E, *corr. rec.* aliunde E

III 1. 1. *Et* Nemini ego plura acerba *et* Nemini plura acerba : Donat. in lemm. — Nemini plura e. a. : Idem in u. 14. — Nemini ego plura: Eugraph. in lemm. 2. Prisc. I p. 509 „heu me—perdere." — Diomed. p. 368 „egone uitam parsi perdere." — Claud. Sac. p. 7. Donat. in IV 4, 94 „hancine—perdere." 6. Donatus : nam nos omnes) Deest ‚apud' aut ‚penes' aut quid tale.

Digitized by Google

Ómne quod est intérea tempus príus quam id rescitúmst lucrost.
PAR. Ác si citius quí te expedias hís aerumnis réperias!
Sí non rediissés, haec irae fáctae essent multo ámpliores:
Séd nunc aduentúm tuom ambas, Pámphile, scio réuerituras.
Rém cognosces: íram expedies: rúrsum in gratiám restitues.
Léuia sunt, quae tú pergrauia esse ín animum induxtí tuom.
PAM. Quid cónsolare me? án quisquam usquam géntiumst aequé miser?
Prius quam hánc uxorem dúxi, habebam alibi ánimum amori déditum:
Tamén numquam ausus sum recusare eám quam mihi obtrudít pater:
Iam in hác re, ut taceam, cuíuis facile scítu est quam fuerím miser.
Vix me illim abstraxi atque ínpeditum in ea éxpediui animúm meum,
Vixque húc contuleram: em nóua res ortast, pórro ab hac quae me ábstrahat.

8 ACSICITIUS A (SIC, *corr. rec. enotauit A. Michaelis*) Atsi citius D, *corr.* D² At sic citius *ex* sit citius BC² At sic citius EP Atsit citius FG ERUMNIS A repperias F 9 REDISSES A *cum rell.* haec *Guyetus et Bentleius* KAE A *cum rell.* (herę F, *corr.* F²) 10 TUUM A Pamphile scio F reuerituroſ G 11 RESTIES A, *corr. rec.* restues C, *corr.* C² 12 EUUM (*sic*) A 13 uṣquą̄ D usquam *om.* BCEFP (*add.* F *in marg.*) meser D, *corr.* D² 14 dixi F habeā G animum alibi E 15. 16 *sic ordinati sunt in* A: *in reliquis et uulgo u.* 16 Iam *prior est* 16 Iā *om.* D¹, *add.* D² inac G CUIUS A, *corr. rec.* cui F, *corr.* F² scitu || quā D est scitu EF (ſitu F) scitum est P 17 illim *Bothius* ILLI A, c *add. corr. rec.* illinc BCDEFGP abtraxi F abstraxiṭ C abstraċxi G impedi ||| tū D 18 CONTULERAMMEEM A tem D, *corr.* D² hem BEF ortast D, *corr.* D² *Post* KAC *us. dissectus est in* A

8. Donatus: At sic) Sed sic. 13. quisquam usquam (uq̄ *Ed. pr.*): Donat. in lemm. 17. me illinc extraxi: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Tum mátrem ex ea re me aút uxorem in cúlpa inuenurum
árbitror:
Quod cum íta esse inueneró, quid restat nísi porro ut fiám
miser?
Nam mátris ferre iniúrias me, Pármeno, pietás iubet:
Tum uxóri obnoxiús sum: ita olim suó me ingenio pértulit,
Tot meás iniuriás quae numquam in úllo patefecít loco.
Sed mágnum nescio quíd necesse est éuenisse, Pármeno,
Vnde íra inter eas íntercessit, quaé tam permansít diu.
PAR. Haud quidem hércle paruom [est]: sí uis uero uéram rationem
exsequi,
Non máxumas, quae máxumae sunt ínterdum irae, iniúrias
Faciúnt: nam saepe est, quíbus in rebus álius ne iratús
quidem est,
Cum de eádem causa est íracundus fáctus inimicíssimus.
Pueri ínter sese quám pro leuibus nóxiis irás gerunt!

19 mę D me *om.* (B?) CEFP aut uxorē *in marg. add.* C¹ in culpa *om.* D¹G, *add.* D² 20 porro nisi DFG 22 ingenio me E PERPLIT A, *corr. rec.* 23 me C numquam || ullo D numquam ullo E loco *ex* locum C 24 MAGNO A, *corr. rec.* magiſ G sit D sit est E EST TEUENISSE A 25 Inde F Undira P 26 Haut C Haud quidē hercle *in ras.* F PARUOMSI ABCP (*omisso* est) PARUOM, O *induxit corr. rec.*, A Aut quidem hercle paruom, si *Bentleius* NATIONEM A 27 Non maxumę D sunt *om.* F¹, ſt *add.* F² *super* quae INURIAS A Non maxumae—iniuriae *Bentleius* 28 in quib; D, *corr.* D² in quibus rebus FG ne iratus quidem F, *corr.* F² 29 inimiciſſimuſ *ultima uox est Codicis Decurtati: cuius ultima pagina* (*fol.* 59ᵛ) *litteras satis pallidas habet, sed ita ut praeter h. u.* de (*an* ex?) *cuncta dignosci potuerint* 30 quam pluribus F, *corr.* F²

20. *Et* porro nisi *et* nisi ut fiam porro : Donat. in lemm. 22. 23. Donatus : Aliam uim habet quod dixit „me pertulit," aliam quod adiecit „iniurias meas"... non dixit ‚quas,' sed „quae," ut ad omnia, non ad iniurias referatur extrema conclusio. 26. Haud quidem hercle paruum est: Donat. in lemm. — Idem: parum] Subaudiendum ‚necesse est euenisse' uel ‚euenit.' 27. Donatus: Non maximas, quae maximae sunt interdum irae, iniurias Faciunt) Iniuriae faciunt iras (nō iras *Ed. pr.*), non irae iniurias. Sed hic „faciunt" *ὑπαλλαττικῶς* dixit secundum superiorem rationem increpans errorem Pamphili, qui de irae magnitudine aestimet iniuriae quantitatem. Alii „faciunt" ‚probant' ‚ostendunt' intelligunt. 29. *Et* in quibus *et*

Digitized by Google

Quaprópter? quia enim qui eós gubernat ánimus [eum] infirmúm gerunt.
Itidem íllae mulierés sunt ferme ut púeri leui senténtia:
Fortásse unum aliquod uérbum inter eas íram hanc conciuísse, *ere.*
PAM. Abi, Pármeno, intro ac mé uenisse núntia. PAR. Hem, quid hoc ést? PAM. Tace.
Trepidári sentio ét cursari rúrsum prorsum. PAR. Age dum, 35
ád fores 315
Accédo propius. ém, sensistin? PAM. Nóli fabulárier.
Pro Iúppiter, clamórem audiui. PAR. Túte loqueris, mé uetas.
MY. Tace óbsecro, mea gnáta. PAM. Matris uóx uisast Philúmenae.
Nullús sum. PAR. Qui dum? PAM. Périi. PAR. Quam obrem? PAM. Néscio quod magnúm malum
Prospécto: Parmenó, me celas. PAR. V́xorem Philúmenam 320 40

31 PROPTER (*om.* Qua) A Qu||a propter F EUMINFIRMUM A ẹụṃ infirmum D (eum *in ras.*) eum *om.* BCEF¹GP gerụnt D, *corr.* D² gerant F 32 pueriḷị leui D 33 aliquid E, *corr.* E² conciuisse *Donatus*, ere *add. Bentleius* CONCLUSẸṚIṬ A, conciuisset *efficiebat corr. rec.* c̄ciuerit *in ras.* D conciuerit BCEFP 34 Par. he P *In* A *uersus dissectus est post* NUNTIA 35. 36 *Sic personas distribuit* A *In* D *etiam* agedū—ppius *continuantur Pamphilo. In* (B¹)CEFP *haec omnia* Trepidari—sensistin *Parmenonis sunt* (*Ante* Trepidari *spatium est in* B, *ante* hem *schol. add.* PAR.) 35 RURSUM (*om.* prorsum) A sursum prorsum B sursum ꝑsum C, *corr.* C² agịdum C, *corr.* C² 36 Accedọ D, *corr.* D² Accede (B?)CEFP PROPRIUS A EM A em D, *corr.* D² hem BCEFP 37 iupiter E audio (B?)CEFP 38 *MY.* TACE A mọx C, *corr.* C² uisast D, *corr.* D² 39 PA perii F, q,ʿ *add.* F² PAM. quia perii BCDEP *In* A *us. dissectus est post* QUAM OBREM 40 PROSPECTO A Profecto BCDEFP celant, nt *in ras.*, D celant BCEFP

quibus in: Donatus. 33. Donatus 1, Sic Plautus: „fortasse te Amare suspicarier." nam ueteres infinitiuo modo adiungebant ‚fortasse.' — 2, Conciuerit) Commonuerit. — 3, Iram hanc consciuerit) Legitur et „consciuisse." et ‚rem (rem *om. Ed. pr.*) consciuisse' est ‚rem nouam fecisse.' — 4, Consciuerit) Decreuerit, fecerit. 35. Donatus: sursum prorsum] „Rursum" proprie ‚retro.' 39. quia perii: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Pauitáre nescio quíd dixerunt: íd si forte est néscio.
PAM. Intérii: cur id míhi non dixti? PAR. Quía non poteram una ómnia.
PAM. Quid mórbi est? PAR. Nesció. PAM. Quid? nemon médicum adduxit? PAR. Néscio.
PAM. Cesso hínc ire intro, ut hóc quam primum, quídquid est, certó sciam?
Quo nám modo, Philúmena mea, núnc te offendam adféctam? 325
Nam si periclum ullum ín te inest, perísse me una haud dúbium est. —
PAR. Non úsus facto est míhi nunc hunc intró sequi:
Nam inuísos omnis nós esse illis séntio:
Heri némo uoluit Sóstratam intro admíttere.
Si fórte morbus ámplior factús siet, 330
Quod sáne nolim, máxime eri causá mei:
Seruom ílico intro *iu*isse dicent Sóstratae,
Aliquíd tulisse cómminiscentúr mali
Capiti átque aetati illórum, morbus qui aúctus sit,
Era in crímen ueniet, égo uero in magnúm malum. 335

41 qd *ex* qđ F² id si D, *corr.* D² 42 Interi D, *corr.* D¹ cur *inter lineas* F MIKIIDNON A id n mihi DF id mihi non BCEP PAR. ha quia F 43 quid neñ F, nemon *in marg.* necio F, *corr.* F² 44 ||ire D, i *in ras.* quicquid BCDEFP certo D certum BCEFP 45 QUONAD MODO A mea *om.* A filumena ea C, *corr.* C² te nunc P affectam BF 46 PERICULUM AEF ULLUMINEST (*om.* in te) A ullū in te ẽ D, *corr.* D² 47 mẹ D, *corr.* D² hunc *om.* F¹, *add. schol.* 48 omnis D, *corr.* D¹ 49 intro ꝺdmittere DF intromittere BCEP (m *in ras.* P) 50 mor||bus D 51 QUODISANE A nollim C nollim BP heri P, h *a corr.* 52 Seruom D, *corr.* D² INTROISSE A *cum rell.* 53 intulisse F comniscentur P 54 Capiat_que D, *corr.* D² mor||bus D AUTUS A SIET A *cum rell.* 55 hera F

40. 41. Seru. in Aen. I 92 „uxorem tuam pauitare aiunt." — Donat. in Eun. IV 2, 14 „uxorem—nescio ‚qui' dixerunt".. 46. periculum ullum in te inest : Donat. in lemm. 47. *Et* Non usus est facto *et* facto ẽ: Donat. in lemm. 52. introisse (introire ilico *Ed. pr.*) : Donat. in lemm.

Digitized by Google

Φ SOSTRATA MULIER Γ PARMENO SERUOS B PAMPHILUS ADULESCENS

SO. Nesció quid iam dudum aúdio hic tumúltuari mísera: III 2
Male métuo ne Philúmenae magis mórbus adgrauéscat:
Quod te, Aésculapi, et té, Salus, ne quít sit huius óro.
Nunc ád eam uisam. PAR. Heus, Sóstrata. SO. Hem.
PAR. Iterum ístinc excludére.
SO. Ehem Pármeno, tun hic eras? perií, quid faciam mísera? 340 5
Non uísam uxorem Pámphili, cum in próximo hic sit aégra?
PAR. Non uísas? ne mittás quidem uiséndi causa quémquam.
Nam quí amat cui odio ípsus est, [eum] bis fácere stulte dúco:
Labórem inanem ipsús capit et illí molestiam ádfert.
Tum fílius tuos íntro iit uidére, ut uenit, quíd agat. 345 10
SO. Quid aïs? an uenit Pámphilus? PAR. Venít. SO. Dis gratiam hábeo.
Hem, istóc uerbo animus míhi redit et cúra ex corde excéssit.
PAR. Iam eá te causa máxime nunc hóc intro ire nólo:
Nam sí remittent quíppiam Philúmenae dolóres,

III 2 E SOSTRATA MVLIER B BARMENO SERVVS A PAMPHILVS ADVLESC̄ D SOSTRATA MVLIER PARMENO PAMPHILVS SERVVS ADVLESCENS PC SOSTRATA PARMENO PAMPHILVS E 1 iã dubiũ audio ||| hic D 2 metuo meae philumenae E filomenę D aggrauescat B ag ingrauescat D, *corr.* D² 3 esculaphi F 4 uisã, u *in ras. a corr.*, D heu BCE'FP itẽ t iſtinc iſtic F, *corr. schol.* *In* A *post* ITERUM *us. dissectus est* 5 TUKIC A tu n hic F tun || hic P 8 ESTEUMBISFACERESTULTE IUDICO A eum *om.* rell. 9 affert BEF 10 Tunc BCP TUUS A 11 gratiã *ex* gratiaſ F gratias BCEP 12 Ehem E eh Em D, *corr.* D² Em P ISTUC A rediit BCDEFP cura : ex corde D, *corr.* D² 13 *In* A *Parmenonis nota ad initium us.* 14. *aberrauit* NAMQ.ETEATECAUSA A huc BCDEFP 14 quipiam DF philumenę ā D, *corr.* D² PKILUMENAM A(B?)CEFP

III 2. 3. Donat. in Eun. I 2, 122 „nequid—oro." 4. iterumne istinc: Donat. in lemm. 8. Donatus: Deest ‚eam' uel ‚eum.' 12 Arusian. p. 228 Excessit ex hoc. T. H. „et—excessit." — Donatus: ex corde excessit) Geminauit praepositionem. 14. Diomed. p. 515 (cf. p. 518. = Rufin.

Digitized by Google

Omném rem narrabít, scio, contínuo sola sóli,
Quae intér uos interuénerit, unde órtumst initium frae.
Atque éccum uideo ipsum égredi: quam trístis est! SO. O mi gnáte.
PAM. Mea máter, salue. SO. Gaúdeo uenísse saluom. sáluan Philúmena est? PAM. Meliúscula est. SO. Vtinam ístuc ita di fáxint.
Quid tu ígitur lacrimas? aút quid es tam trístis? PAM. Recte, máter.
SO. Quid fuít tumulti? díc mihi: an dolór repente inuásit?
PAM. Ita fáctumst. SO. Quid morbiést? PAM. Febris. SO. Cotídiana? PAM. Ita áiunt.
I sódes intro, cónsequar iam té, mea mater. SO. Fíat.
PAM. Tu púeris curre, Pármeno, obuiam átque eis onera adiúta.
PAR. Quid? nón sciunt ipsí uiam, domúm qua ueniant? PAM. Céssas?

15 narrabit *om.* C¹, *add.* C² contio P, *corr.* P² 16 interuenit ||||, it *in ras.*, D interuenit BCEFP inde F ortū D, ∼ *add.* D² 17 hec cū F GNATAE A 18 uenisse ſaluuan ||||, uan *in ras.*, F SALUOMSALUAM A 19 Philumenast D, *corr.* D² ISTUNC A di D, *corr.* D² dii faxint ita E 20 PAM quid C aud E est tam C ESNUNC TAM A 22 cottidiana D, *corr.* D² cotidiana C, *corr.* C² cotidianan BEFP 23 ||ā te D, *corr.* D² 24 *Versus bis scriptus est in* A: *in priore nota persona om.* pameno F is C, *corr.* C² his *ex* eis P his BF iis DE honera F 25 quam CDE redeant BCDEFP PAM. cessas *om.* A

de metr. com. p. 378 Gaisf. et p. 383.) Septenarium uersum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur „Nam—Philumenae dolores." — Donatus : remittent ... Philumenae dolores) Verbum actiuum quasi neutrum posuit. — Philumenae : Eugraph. in lemm. 16. Donatus : Quae inter uos interuenit) Melius sic, quam si diceret ‚quae illi feceris.' 24. Arusian. p. 213 „Tu—his honera adiuta." 25. redeant : Donat. *bis* in lemm.

Digitized by Google

B PAMPKILUS ADULESCENS

Néqueo mearum rérum initium ullum ínuenire idóneum, III 3
Vnde exordiár narrare, quaé nec opinanti áccidunt,
Pártim quae perspéxi his oculis, pártim quae accepi aúribus:
Quá me propter éxanimatum cítius eduxí foras.
Nám modo intro mé ut corripui tímidus, alio súspicans
Mórbo me uisúrum adfectam ac sénsi esse uxorem: ei mihi,
Póstquam me aspexére ancillae aduénisse, ilico omnés simul
Laétae exclamant 'uénit', id quod mé repente aspéxerant,
Séd continuo uóltum earum sénsi inmutari ómnium,
Quía tam incommode íllis fors optúlerat aduentúm meum.
Vna illarum intérea propere praécucurrit núntians
Mé uenisse: ego eius uidendi cúpidus recta cónsequor.
Póstquam intro adueni, éxtemplo eius mórbum cognouí miser:
Nám neque ut celári posset témpus spatium ullúm dabat,
Néque uoce alia ac rés monebat ípsa poterat cónqueri.
Póstquam aspexi, 'o fácinus indignum' ínquam et corripui ílico
Me índe lacrimans, íncredibili re átque atroci pércitus.

III 3 *A* PAMPHILVS ADVLESCENS **D** PAMPHILVS ADVLESCENS **PC** PAM̃ **F** *In* **E** *post* cessas *rasura est trium uel quatuor litterarum* 2 EXORIAR **A** opinati (n) **D**, *corr.* **D**^{2} 3 perspexi (his), i *in ras.*, his *a corr. rec.*, **E** hisce **D** PERCEPI (A) **A** 4 ociuf **F**^{1}, *t* ciciuf **F**^{2} 5 NAMMODOMEINTROCORRIPUI **A** *In* **D** ut corripui—*u.* 6. Morbo me *omissa et a corr. in ima pagina suppleta sunt* 6 affectam **BF** uxorem esse **BCEFP** 7 omnes ilico (*om.* simul) *dubitanter Bentleius* 8 ∴ quod (id) me ∴ repente (de) **D**, *corr. schol.* me derepente **BCEFP** 9 uoltū (u) **D**, *corr.* **D**^{2} 10 incomode **C** illuc **D** illuc (is) **P**, *corr.* **P**^{2} optulerat **BCDP** *cum* **A** 11 illarum forte interea **BCDEFP** ppere *in marg.* **D** PRAECURRIT **ACDEFP** (praecucurrit **B**) 12 ei (us) **C**, *corr.* **C**^{2} 13 intro aduenī (ii) **D**, *corr.* **D**^{2} intro ii **BCEFP** extimplo **E** 14 cęlari **D** caelari **P** nǫn dabat **D** 15 uice (o) **F**

III 3. 3. accepi: Eugraph. in lemm. 5. me intro ut corripui: Donat. in lemm. — modo me intro ut corripui: Eugraph. in lemm. 6. esse uxorem: Donat. in u. 11. — Idem: hei mihi) Mire ‚interposuit' *σχετλιασμὸν* (*graecum om. Ed. pr.*). 8 me repente: Donat. in lemm. 11. Priscian. I p. 533 „Una—praecucurrit." 12. eius uidendae: Donatus.

Digitized by Google

Máter consequitúr: iam ut limen éxirem, ad genua áccidit
Lácrimans misera: míseritumst. profécto hoc sic est, út puto:
Ómnibus nobis út res dant sese, íta magni atque humilés sumus. 390
Hánc habere orátionem mécum principio ínstitit:
'Ó mi Pamphile, ábs te quam obrem haec ábierit causám uides:
Nám uitium est oblátum uirgini ólim ab nescio quo ínprobo.
Núnc huc confugít, te atque alios pártum ut celarét suom.'
Sét cum orata huiús reminiscor, néqueo quin lacrimém miser. 395
'Quaéque fors fortúna est' inquit 'nóbis quae te hodie óptulit,
Pér eam te obsecrámus ambae, sí ius, si fas ést, uti
Áduersa eius pér te tecta tácitaque aput omnés sient.
Si úmquam erga te animo ésse amico sénsisti eam, mi Pámphile,
Síne labore hanc grátiam te ut síbi des pro illa núnc rogat. 400
Céterum de rédducenda id fácias, quod in rem sít tuam,
Párturire eám nec grauidam esse éx te solus cónscius:
Nam áiunt tecum póst duobus cóncubuisse ménsibus.

18 LIMEM A accędit D, *corr.* D² 19 ut puto *om.* A 20 Ómnibus nobís ut res dant se *Lachmannus* humilis F sum' *ex* sū D² 21 a principio BCDEFP 24 CONFUGITATQ. A, te *add. corr. rec.* confugite F aliās E, *corr.* E² SUUM A 25 eius BCDEFP lacrimam E 26 fors *om.* F¹, *add.* F² fortunast D, *corr.* D² inquid DF¹ optulit DP *cum* A obstulit C 27 SIUIS A, ius *ex* UIS *effecit corr. rec.* 28 omnis D, *corr.* D² 29 terga te C 30 labore tuo E uti sibi DEFP p illa D illa F, *corr. schol.* pro *om.* E NUNCOBSECRAT A 31 redducenda *Faërnus* REDUCENDA A *cum rell.* 32 neque DF 33 concubuisse eam BCDEFP

18. iam cū l. e.: Donati *Ed. pr.* in lemm. 20. sese: Donatus. 23. Seru. in Aen. X 687 T. etiam mulierem post partum uirginem uocat. [„Nam —improbo"] 25. eius: Donat. in lemm. 27. Donatus: Per eam te ‚obtestamur' (obsecro *Ed. pr.*) ambae [*bis*]) Obtestatio est precatio cum mentione earum rerum per quas petimus, ut „Per euersae, genitor, fumantia Troiae Excidia ‚obtestor'" — obsecramus: Eugraph. in lemm. 32. neque: Eugraph. in lemm. 33. Arusian. p. 251 „aiunt—‚cum' (*l.* eam) mensibus." — concubuisse eam: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Túm, postquam at te uénit, mensis ágitur hic iam séptimus:
Quód te scire ipsa índicat res. núnc si potis est, Pámphile,
Máxime uoló doque operam, ut clam éueniat partús patrem
Átque adeo omnis. séd si id fieri nón potest quin séntiant,
Dícam abortum essé: scio nemini áliter suspectúm fore,
Quín, quod ueri símilest, ex te récte eum natúm putent.
Cóntinuo exponétur: hic tibi níhil est quicquam incómmodi,
Ét illi miserae indígne factam iniúriam contéxeris.'
Póllicitus sum, et séruare in eo cértumst quod dixí fidem.
Nám de redducénda, id uero ne útiquam honestum esse árbitror:
Néc faciam, etsi amór me grauiter cónsuetudoque eíus tenet.
Lácrumo, quae posthác futura est uíta cum in mentém uenit
Sólitudoque. ó Fortuna, ut númquam perpetuo és bona!
Séd iam prior amór me ad hanc rem exércitatum réddidit,
Quém ego tum consílio missum féci: idem hunc operám dabo.

34 agitur hic iam **BCDFP** IAMKICAGITUR **A** hic agitur iam **E** 36 partus eueniat **DF** 37 omnis **C**, *corr.* C^2 id *om.* **BCEP** 38 dic amabor tum **C** abortum **D**, t auortum *schol. in marg.* 39 POTENT **A** putant **C**, *corr.* C^2 40 EXPONETUR **A**, *ut tertia littera* S *imperfecta sit* 41 INDIGNAE **A** factum **E** 42 certust **D**, *corr.* D^2 43 REDUCENDA **A** *cum rell.* onestum **C** 44 ETSIAMORCONSUETUDOQ. EIUSGRAUITER TENET **A** me amor **DF** consuetudo eius **D** eius *om.* **BCEP** 45 post (*om.* hac) **E** futurast **D**, *corr.* D^2 46 SOLITUDOQUE **A**, QUE *induxit corr. rec.* es perpetuo **BE** est perpetuo **CP** PERPETUOEST **A** 48 QUAM **A** tu **F**, *corr.* F^2 consilio ||| missum **P** || missū **D** feci missum **F** IDEMNUNCKUICOPERAM **ABDEF** (KUIC **A**, I *induxit corr. rec.*) item nunc huic operam **P** item nunc huc operam **C**, *corr.* C^2 item hunc operam dabo *Bothius*

36. eueniat partus: Donat. in lemm. — uti clam eueniat partus: Eugraph. in lemm. 37. si hoc fieri: Eugraph. in lemm. 40. Donat. in IV 4, 83 „Continuo exponetur." — nihil erit: Eugraph. in lemm. 41. indigne: Donat. in lemm. 44. Etsi me amor grauiter consuetudoque: Donat. in lemm. 46. Acron in Hor. C. I 34, 14 „o fortuna, ut numquam es perpetuo bona." — Donatus 1, o fortuna) Hic fortunam pro bona posuit. 2, Ut numquam perpetuo es bona) Legitur et „data." nam et sic pro bona intelligitur necessario. 48. Donatus: Idem nunc huic operam dabo) Si „idem," id est ‚ego' (Idem nunc huic ego id est quia idem ego *Ed. pr.*): si „eidem," hoc est ‚amori.'

Digitized by Google

Adest Pármeno cum púeris: hunc minimést opus
In hác re adesse: nam ólim soli crédidi,
Eá me abstinuisse ín principio, cúm data est:
Vereór, si clamorem éius hic crebro aúdiat,
Ne párturire intéllegat. aliquó mihi est
Hinc áblegandus, dúm parit Philúmena.

A PARMENO *B* SOSIA *Γ* PAMPHILUS
SERUI II ADULESCENS

III 4 PAR. Ain tú tibi hoc incómmodum euenísse iter?
SO. Non hércle uerbis, Pármeno, dicí potest
Tantúm, quam re ipsa náuigare incómmodumst.
PAR. Itane ést? SO. O fortunáte, nescis quíd mali
Praetérieris, qui númquam es ingressús mare.
Nam aliás ut mittam míserias, unam hánc uide:
Diés triginta aut plús eo in nauí fui,
Cum intérea semper mórtem exspectabám miser:
Ita úsque aduersa témpestate usí sumus.
10 PAR. Odiósum. SO. Haud clam me est: dénique hercle aufúgerim

51 datast (e) D, *corr.* D² data fit F¹, t ⌣ F² 52 exaudiat BCDEFP 53 intellegat (i) CF, *corr.* C²F¹ intelligat B mihist (e) D, *corr.* D² 54 ABLIGANDUS A filumena F

III 4 *Γ* PARMENO SERVVS *Δ* SOSIA IDEM *A* PAMPHILVS ADVLESC̄ D PARMENO SERVI SOSIA II PAMPHILVS ADVLESCENS P PARMENO SERVVS SSOSIA II PAMPHILVS C PARMENO SOSIA PAMPHILVS E *In* CFP *quatuor figurae pictae sunt, a sinistra Parmeno et Sosia inter se colloquentes, a dextra Pamphilus Parmenonem ablegans: huic Parmenoni repetito recens illa m. codicis* F *ascripsit* ORLANDO 1 AINTIBI A (*om.* tu) 2 Parmeno uerbis F 3 TANTUMQUANTUM A 4 o *om.* E 6 omittam EF 7 Dies xxx F plus ego in E 9 UISI SUMUS A 10 ODIDIUM (os), *corr. rec.*, A *in exitu us.* 9 *habet* odiosum est E ⁺aut C, *corr.* C² aut fugeri, I *in ras.* C

53. 54. Non. p. 32 „aliquo—Filumena" (*om.* hinc.). — Lex. Maii p. 297 „aliquo—ablegandus."

III 4. 1—3. Non. p. 325 „Ain tu—incommodum est." (2. Parmenon. 3. quantum). 1. Ain tu hoc: Donat. in lemm. — Ain tu: Eugraph. in lemm. 3. Donatus: Tantum quam (qntū (ω) *Ed. pr.*) ἀνακόλουθον quartum· non enim intulit ‚quantum.' 6. omittam: Donat. in lemm. 7. Prisc· I p. 344 „Dies—plus ‚ego' in naui fui." 10. Donatus.. „Odiosum" pro

Digitized by Google

Potiús quam redeam, si eó mihi redeundúm sciam.
PAR. Olím quidem te caúsae impellebánt leues,
Quod núnc minitare fácere ut faceres, Sósia.
Sed Pámphilum ipsum uídeo stare ante óstium:
Ite íntro: ego hunc adíbo, siquid mé uelit. —
Ere, étiam tu hic stas? PAM. Ét quidem te expectó.
PAR. Quid est?
PAM. In árcem transcurso ópus est. PAR. Cui hominí? PAM. Tibi.
PAR. In árcem? quid eo? PAM. Cállidemidem hóspitem
Mycónium, qui mecum úna uectus est, cónueni.
PAR. Perií. uouisse hunc dícam, si saluós domum
Redísset umquam, ut me ámbulando rúmperet.
PAM. Quid céssas? PAR. Quid uis dícam? an conueniám modo?
PAM. Immo quód constitui me hódie conuentúrum eum,
Non pósse, ne me frústra illi exspectét. uola.
PAR. Ad nón noui hominis fáciem. PAM. At faciam ut nóueris:
Magnús, rubicundus, críspus, crassus, caésius,
Cadáuerosa fácie. PAR. Di illum pérduint.

11 siam C, *corr.* C² sciam, iam *in ras.*, D (*ex* siet?) 13 ministrare C 14 UIDEOANTE (stare *om.*) A hostium BF 15 ITE A, TE *induxit corr. rec.* nunc C, *corr.* C² 16 etiam tu *Guyetus et Bentleius* ETIAMNUNCTU A *cum rell. Γ.* qd ē *add.* D² 17 transcusso E 18 opitem F 19 Miconium DEF adfectus st D, *corr. schol.* aduectus est BCEFP 22 UISNUNTIEM A, *corr. rec.* 23 constitutum est hodie me E 24 me ne E ILLIC ABCD² EFP ille D¹ 25 At, t *in ras.*, D faciam ego ut F 27 PAR. Cadauerosa facies. di BCEFP facie D, *corr.* D² dii || D² *in ras.* perdunt D, *corr.* D²

'odiose.' Haud clam me est) *οἶκ ἔλαθέ με τοῦτο· λιτότης* pro 'ego maxime intelligo quam odiosum sit.' nam qui iungunt et sic legunt [Odiosum haud clam me est], errant et non intelligunt. 13. equidem te expecto : Donat. *bis* in lemm. 18. 19. Prisc. I p. 247 „Callidemidem hospitem Miconium." — 19. aduectus est : Donat. in lemm. 21. Non. p. 382 „ut—rumperet." 22. nuntiem : Donatus. 24. Non. p. 414 „ne frustra illic expectet uola." 25. 26. Donatus : Magnus — C. f. : *συναθροισμός.* (properatio. archaismos *Ed. pr.*). 27. facie : Donat. in lemm.

Digitized by Google

Quid, sí non ueniet? máneamne usque ad uésperam?
PAM. Manéto: curre. PAR. Nón queo: ita deféssus sum. —
PAM. Ille ábiit. quid agam infélix? prorsus néscio
Quo pácto hoc celem, quód me orauit Mýrrhina, 445
Suae gnátae partum: nám me miseret múlieris.
Quod pótero faciam, támen ut pietatém colam:
Nam mé parenti pótius quam amori óbsequi
Opórtet. attat éccum Phidippum ét patrem
Videó: hórsum pergunt. quíd dicam his, incértus sum. 450

B LACHES SENES *A* PHIDIPPUS II *Γ* PAMPHILUS ADULESCENS

III 5 LA. Díxtin dudum illám dixisse, se éxpectare fílium?
PH. Fáctum. LA. Venisse áiunt: redeat. PA. Quám causam dicám patri,
Quam óbrem non reddúcam, nescio. LA. Quém ego hic audiuí loqui?
PA. Cértum offírmare ést uiam me quám decreui pérsequi.

28 *Ante* Quid *nomen erasum in* **B** QUISI **A**, *corr. rec.* Quod **E** MANEBO **A** uesperam **C** uesperum **BDP** 31 caelem **P** Mirrhina **BE** Mirrina **F** Myrhina **P** 32 nam te **D** me *om.* **BC** 33 colat **D**, *corr.* **D²** 35 atat **E** hec cū **F** 36 ORSUM **A** his ce **D**, *corr.* **D²** hisce **BCEFP** KISCERTUS **A**, *corr. rec.*

III 5 *B* LACHES SENES *Γ* PHIDIPPVS II *A* PAMPHILVS ADVLESC̄ **D** LACHES PHIDIPPVS SENES II PAMPHILVS ADVLESCENS **P** LACHES PHIDIPPVS PAMPHILVS **C** LACHES PAMPHILVS PHIDIPPVS **E** 1 se *om.* **BCEFP** (filium ſe **F**) 2 aut̄ aiunt **F** ||redeat **D** quam causam **BCDEFP** CAUSAMQUAM **A** (*transpositionis signa ‚uel a corr. primo uel a corr. rec.' superaddita esse enotauit R. Kekule*) 3 REDUCAM **A** *cum rell.* 4 Certū ē offirmare est me uiā **D**, *corr.* **D²** est obfirmare **EF** obfirmare **BCP** est me uiam me **P**

28. uesperum : Eugraph. in lemm. 33. Donatus : tamen) Pro ‚ita tamen.' — ..... Sunt tamen qui manente eadem sententia totum hoc iungunt: „Quod potero, faciam tamen, ut pietatem colam": hoc est ‚in quantum potero, dabo operam aduersus amorem, ut omisso eo pietatem colam.'

III 5. 1. se *om.* Donat. in lemm. — sese exspectare : Eugraph. *bis* in lemm. 4. Certum obfirmare est : Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

PH. Ípsus est de quo hóc agebam técum. PA. Salue, mí pater.
LA. Gnáte mi, salué. PH. Bene factum te áduenisse, Pámphile:
Átque adeo, id quod máxumumst, saluom átque ualidum.
PA. Créditur.
LA. Áduenis modo? PA. Ádmodum. LA. Cedo, quíd reliquit Phánia
Cónsobrinus nóster? PA. Sane hercle hómo uoluptati óbsequens
Fúit, dum uixit: ét qui sic sunt, haút multum heredém iuuant,
Síbi uero hanc laudém relinquont 'uíxit, dum uixít, bene.'
LA. Túm tu igitur nihil áttulisti huc plús una sententia?
PA. Quídquid est id, quód reliquit, prófuit. LA. Immo óffuit:
Nám illum uiuom et sáluom uellem. PH. Inpúne optare istúc licet:
Ílle reuiuiscét iam numquam, et támen utrum malís scio.
LA. Héri Philumenam ád se adcersi hic iússit. dic iussísse te.
PH. Nóli fodere. iússi. LA. Sed eam iám remittet. PH. Scílicet.

5 *Phidippo Lachetem substituunt* BCDEFP hoc *om.* C¹, *add.* C² hic DF (o *denuo erasum in* D) agebā D aiebam E 6 *In* A *ſ.* CREDITUR *ex sequenti uersu illapsum post* PAMPKILE *deleuit corr. rec.* 7 Et adeo quod BCDEFP MAXUMUST A 8 Aduenisse F CREDO A, R *induxit corr. rec.* c||edo E 9 Consobrinos C herche D 10 haut F *cum* A 11 reliquont D, *corr.* D² uix dū D, uixit *fecit* D² 12 Tum F adtulisti D ATTULISTIPLUSUNA A, hac *add. corr. rec.* una plus *uel* plus una hac *Bentleius* 13 Quicquid *ex* Quidquid D Quicquid BCEFP ~ D *in ras.* est F reliquid C *B.* IMMOOFFUIT | PROFUIT A, *h. e.* PROFUIT *ab* A¹ *in margine positum et signis in suam sedem reuocatum deleuit corr. rec. et suo loco inter lineas add.* obfuit F 14 PHI. Inpune F obtare D 15 REUIUESCET ACFP reuiuiscet BDE 16 accersi BCDEFP iussit hic DF iusse C, *corr.* C² 17 SEDEM A, *corr. rec.* re|mittet D

7. Donatus : Et adeo quod maximum est) ... Legitur et „quod maxime est." 11 Acron in Horat. C. II 3, 17 „uixit—bene." (*Idem ex inscriptione uetere ‚Tordae in Transiluania' affert Lindenbrogius*). 12. una sententia : Donat. in lemm. 15. Priscian. I p. 428 uiuo uiuisco, unde reuiuisco. T. in H. „Ille reuiuiscet numquam."

Digitized by Google

PA. Ómnem rem scio út sit gesta: aduéniens audiuí modo.
LA. Ád istos inuidós di perdant, qui haéc libenter núntiant.
PA. Égo me scio cauísse, ne ulla mérito contumélia
Fíeri a uobis pósset: idque sí nunc memorare híc uelim,
Quám fideli animo ét benigno in íllam et clementí fui,
Vére possum: ní te ex ipsa haec mágis uelim rescíscere:
Námque eo pacto máxume aput te méo erit ingenió fides,
Cúm illa, quae nunc ín me iniqua est, aéqua de me díxerit.
Néque mea culpa hóc discidium euénisse, id testór deos.
Séd quando sese ésse indignam députat, matrí meae
Quae concedat éiusque mores tóleret sua modéstia,
Néque alio pactó componi pótis inter eas grátia:
Ségreganda aut máter a me est, Phídippe, aut Philúmena.
Núnc me pietas mátris potius cómmodum suadét sequi.
LA. Pámphile, haud inuíto ad aures sérmo mihi accessít tuos,
Cúm te postputásse omnes res praé parente intéllego:
Vérum uide ne inpúlsus ira práue insistas, Pámphile.

18 AUDIUIOMNIA A audini omnia modo BCD¹EFP (modo D²) 19 di D, *corr.* D² 20 SCIOME A me scio *rell.* (||| E, *corr. rec.*) 22 et benigno *om.* BCEP 23 POSSUM A, *corr. rec.* reſciſſere BF 24 maxime D, *corr.* D² maxima E 25 in me nunc BCEP iniquast D, *corr.* D² DEMDIXERIT A 26 deos *ex* deum E² 27 SEESSE A esse *om.* BCEP matrem meam E 28 CUICONCEDATCUIUSQ. A *cum rell.* (que *ex* CUI *effecit corr. rec.* A) Quae *Ub. Bandinellus* eiusque *Bothius* tolleret F MODIAstia A, *corr. rec.* 29 conponi CP POTEST A *cum rell.* potis inter eas gratiast *Bentleius* 30 est a me DF PKILUMINA A, *corr. rec.* 32 haut C auris CDP, *corr.* C¹D²P¹ EUUS A, *corr. rec.* 33 te *om.* P pos putasse C omnis CP intellego C intelligo B 34 PRAUAE A prauae C INSISTIS A, *corr. rec.*

20. Ego me scio : Donat. in lemm. · 25. nunc in me : Donat. in lemm. 27. sese esse : Donat. et Eugraph. in lemm. 28. cui *et* cuiusque : Donat. in lemm. — cuius mores : Eugraph. in lemm. 29. componi potest : Donat. in lemm. 30. est a me : Donat. in lemm. 33. Arusian. p. 255 Post habeo illam rem prae illa re. T. Ad. (II 3, 9). Idem Hec. „Cum te—intelligo."

Digitized by Google

PA. Quibus íris pulsus núnc in illam iníquos sim? 485 35
Quae númquam quicquam ergá me commeritást, pater,
Quod nóllem, et saepe méritam quod uellém scio:
Amóque et laudo et uéhementer desídero:
Nam fuísse erga me míro ingenio expértus sum,
Illíque exopto ut rélicuam uitam éxigat 490 40
Cum eó uiro, me quí sit fortunátior,
Quandóquidem illam a me dístrahit necéssitas.
PH. Tibi id ín manu est ne fíat. LA. Si sanús sies,
Iube illám redire. PA. Nón est consiliúm, pater:
Matrís seruibo cómmodis. LA. Quo abís? ades, 495 45
Mane, ínquam: quo abis? — PH. Quae haéc est pertinácia?
LA. Dixín, Phidippe, hanc rem aégre laturum ésse eum?
Quam obrém te orabam, fíliam ut remítteres.
PH. Non crédidi edepol ádeo inhumanúm fore.
Ita núnc is sibi me súpplicaturúm putat? 500 50
Si est út uelit reddúcere uxorém, licet:
Sin álio est animo, rénumeret dotem húc, eat.
LA. Ecce aútem tu quoque próterue iracúndus es.

35 INPULSUSNUNCILLAM A ịnpulsus D ĩpulsus F impulsus E, *corr. schol.* iniquos C, *corr.* C² iniquus D¹, *v* iniquis *schol. in marg.* iniquuſ *ex* iniquiſ F² iniquis E SIEM A 36 erga me *om.* BC commeritast D, *corr.* D² PAT er A, *corr. rec.* 37 Quod—uellem *in ras.* F SAEPEIDQUODUELLEMMERITAM A qđ uellem meritam DF 40 RELIQUAM A *cum rell.* exigat || D 41 meo C me *om.* B 43 *In* A *deletis duabus personarum notis totum u. Lacheti* (B) *dedit corr. rec.* sanus satis sies BCDEF ſanuſ eſ ſatiſ F, *corr.* F² 44 ILLA A 45 ABIS ADES A, ADES *induxit corr. rec.* abis ||||||| mane D abis mane BCEFP 48 ut filiam BCDEFP 51 est ut B reducere BCDEFP 52 SIALIO A, *corr.* A¹ remuneret E

35. inpulsus: Donat. et Eugr. in lemm. — siem: Eugr. in lemm. 36. Arusian. p. 220 „nunquam—commeritus' pater." 37. saepe meritam quod uellem: Donat. in lemm. 39. Non. p. 295 „Nam—sum." 40. Non. p. 291 „Illique—exigat." 43. si sanus sies: Donat. *ter* in lemm. 45. (Serg.) in Donat. p. 506 552. Max. Victorin. p. 279. Lind. Cledon. p. 1872. 1913. Pompeii Comm. p. 225 „Matris seruibo commodis." 48. ut filiam: Donat. in lemm. 52. Donat. in Eun. IV 7, 26 „renumeret—eat."

Digitized by Google

PH. Percóntumax redísti huc nobis, Pámphile.
LA. Decédet iam ira haec, étsi merito irátus est.
PH. Quia paúlum uobis áccessit pecúniae,
Subláti animi sunt. LA. Étiam mecum lítigas?
PH. Delíberet renúntietque bodié mihi,
Velítne an non: ut álii, si huic non ést, siet.
LA. Phidíppe, ades, audi paúcis. — abiit. quíd mea?
Postrémo inter se tránsigant ipsi, út lubet,
Quandó nec gnatus néque hic mihi quicquam optémperant,
Quae díco parui péndunt. porto hoc iúrgium
Ad uxórem, cuius haec fiunt consilio ómnia,
Atque ín eam hoc omne quód mihi aegrest éuomam.

Φ MYRRKINA MULIER — B PHIDIPPUS SENEX

IV 1 MY. Périi, quid agam? quó me uortam? quíd uiro meo réspondebo
Mísera? nam audiísse uocem púeri uisus est uágientis:
Íta corripuit dérepente tácitus sese ad fíliam.

54 redisti h D^2 *in ras.* 55 DECEDĔT A, *corr. rec.* Deced& ||||| ira D Decedet iam ira F iam *om.* BCEP 56 PAULULUM AEF paulū ||| D paululū, *ultima syllaba a corr.*, P ACCESIT A 57 AANIMI A animis E, *corr.* E^2 59 denuntietque F 59 an nǫlit D ANNON UXOREM A alii E^2F^1, *cum* A aliis BCDE^1F^2P huc D non sit BCDEFP 60 ABIT A 61 iput P 62 natus CEP NECKIC A obtemperat D, *corr.* D^2 62 Quę D porto *ex* porro E porto D, *corr.* D^2 *Post u.* 65 F. III. A E

IV 1 Z MYRRINA MVLIER B PHIDIPPVS SENEX D MYRRINA PHIDIPPVS MVLIER SENEX PC (Actus quartus *schol.* P) MYRRINA PHIDIPPVS E 2 Miferam F infantis uagientis D uagienti|f F

54. Lex. Maii p. 576 „Percontumax—Pamphile" (*om.* huc). 55. Decedet iam ira : Donat. in lemm. 56. 57. Non. p. 385 „Quia paulum—sunt." 56. paululum : Donat. *bis* in lemm. 59. alii *et* non sit : Donat. in lemm. 62. neque hic : Donat. in lemm. 64. fiunt haec : Donat. in lemm. 65. Donat. in IV 2, 6 „Atque—euomam."

IV 1. 3. Non. p. 518.. Max. Victorin. p. 283 Lind. „Ita—filiam." (se : *Non.*). — Arusian. p. 229 u. Derepente.. T. H. „.proripuit'—filiam."

Digitized by Google

Quód si rescierít peperisse eam, íd qua causa clám me habuisse
Dícam, non edepól scio.
Sed óstium concrépuit. credo ipsum éxire ad me: núlla sum.
PH. Vxor ubi me ad fíliam ire sénsit, se duxít foras:
Átque eccam uideo. quíd aïs, Myrrhina? heús tibi dico. MY.
Míhine, mi uir?
PH. Vír ego tuos sim? tú uirum me aut hóminem deputás adeo esse?
Nám si utrumuis hórum, mulier, úmquam tibi uisús forem,
Nón sic ludibrió tuis factis hábitus essem. MY. Quíbus?
PH. Ad rogitas?
Péperit filia. hém, taces? ex quo? MY. Istúc patrem rogáre
est aequom?
Périi: ex quo censés nisi ex illo cuí data est nuptum óbsecro?
PH. Crédo: neque adeo árbitrari pátris est aliter. séd demiror,
Quíd sit quam obrem tántopere omnes nós celare uólueris
Pártum, praesertím cum et recte et témpore suo pépererit.
Ádeon peruicáci esse animo, ut púerum praeoptarés perire,
Éx quo firmiórem inter nos fóre amicitiam pósthac scires,
Pótius quam aduorsum ánimi tui libídinem esset cum íllo nupta!

4 si *om.* D id pqua E QUAECAUSA A, E *induxit corr. rec. In* P *us. extenditur usque ad* edepol, *sequens a* Scio *incipit* causam (cla) me, *tum in marg.* habuisse—scio D 6 hostium BE ad me exire DF 7 UXORĒM A, EM *del. corr. rec.* irae D *In* A *us. exit in* ECCAM 8 agis BC Myrrina F MIKINEUIR A, *corr. rec.* mihine uir FP mihin uir BC mi *inter lineas* E 9 TUUS A sum BCDEFP tune CDEFP 10 mulier *om.* D¹, *add.* D² 12. 13 *tres uersus sunt in* A, 1. *exit in* TACES 2. *in* CENSES 3. *in* OBSECRO 12 Perit (pe) D, *corr.* D² rogitare BCF¹P (ϑ rogare *schol.* F) 13 PERI A nisi illo F 14 patrif||| ē, if *in ras.,* D 15 hunc tantopere D hoc omnis BCEFP 16 peperit (re) DF, *corr.* D²F¹ 17 puicaci F, ua *in marg.* ESANIMOET (se) INGENIO (A) A, *corr. rec.* praeobtares F 18 ETQUO (x) A, *corr. rec.* fore inter nos E POSTKANC A 19 ADUORSUS A ESSEETCUMILLA A esse (t) E, *corr.* E²

5. non ego pol scio: Eugraph. in lemm. 7. Arusian. p. 226. Duxit se. T. H. „Uxor—foras." 8. mihine mi uir: Donat. in lemm. 9. sum: Eugraph. in lemm. — tun: Donat. in lemm. 10. Prisc. I p. 450 „Nam—forem." 12. rogare: Donat. in lemm. 17. esse: Donat. in lemm. 19. Arusian. p. 249 Nupta est cum illo. F. H. „esset cum illo nupta."

Digitized by Google

Ego etiam illorum ésse hanc culpam crédidi, quae te ést penes. 535
MY. Mísera sum. PH. Vtinam scíam ita esse istuc. sét nunc mihi in mentém uenit
De hác re quod locúta es olim, cum íllum generum cépimus:
Nám negabas núptam posse fíliam tuam té pati
Cúm eo qui meretrícem amaret, quí pernoctarét foris.
MY. Quámuis causam hunc súspicari quam ípsam ueram máuolo. 540
PH. Múlto prius sciuí quam tu illum habére amicam, Mýrrhina:
Vérum id uitium númquam decreui ésse ego adulescéntiae:
Nám id innatumst. ád pol iam aderit, sé quoque etiam cum óderit.
Sed ut ólim te ostendísti, eadem esse níhil cessauisti úsque adhuc,
Vt fíliam ab eo abdúceres neu quód ego egissem ésset ratum. 545
Id núnc res indicium haéc facit, quo pácto factum uólueris.
MY. Ádeon me esse péruicacem cénses, cui matér siem,

20 hanc ẽe **D** culpam hanc **F** QUAEEST **A**, *corr. rec.* 21 ita *om.* **BCEP** in mentem uenit *om.* **E**^{1}, *add.* **E**^{2} 22 De hac re *Bentleius cum Donato* EXHACRE **A** *cum rell.* cụmcepimus **C** caepimus **F** 23 filiam posse tuam **BCEP** filiam tuam posse **F** 24 amaret et qui **F** FORAS **A**, *corr. rec.* 25 KANC **A** hanc **D**, *corr.* D^2 hinc **B** mauolo **D** mauolo, u *in ras.*, **P** 26 quantu **D** amicam habere **DF** myrrihna **DF** mirrhina **E** 27 decreui uerum ẽe **D** ego *om.* **AF** 28 NAMID OMNIBUSINNATUMST **ABCDEF** (innatũst **D**, *corr.* D^2) Nam id omnibus innatum (*om.* est) **P** omnibus *eiecit Bentleius* aderit tempus se **BCEFP** 29 UERUMUT **A**, *corr. rec.* eadẽ **D**, *corr.* D^2 eandem **E** eadem *super ras.* **P** nihil cessauisti eandem esse **F** cessasti **E** 30 ne||qđ **D** ne quod (B?)**CEFP** GRATUM **A** 31 indicium res **BCEP** 32 me ẽe *et* censes ei *in ras.* **D** CUIMATER **A**, cum ei mater *fecit corr. rec.* cui quae mater **C**

20. hanc culpam : Donat. in lemm. 21. ita esse : Donat. in lemm. 21—24. Donat. in IV 4, 89 „nunc mihi—foris" (22. De hac re. 23. nuptam filiam tuam posse te pati). 22. Ex hac re : Eugraph. in lemm. — Non. p. 253 „cum—cepimus." 25. causam hanc suspicari : Eugraph. in lemm. 28. Nam id innatum est omnibus : at pol iam aderit se : Donat. in lemm. 29. Sed ut : Donat. in lemm. 30. neu : Donat. in lemm. 31. res indicium facit : Donat. in lemm. 32. Donatus : cui] Deest ‚ei.'

Digitized by Google

Vt eo essem animo, si éx usu esset nóstro hoc matrimónium?
PH. Tún prospicere aut iúdicare nóstram in rem quod sít potes?
Aúdisti ex aliquó fortasse, quí uidisse eum díceret
Éxeuntem aut íntro euntem ad amícam. quid tum póstea?
Sí modeste ac ráro haec fecit, nónne ea dissimuláre nos
Mágis humanum est quám dare operam id scíre, qui nos óderit?
Nám si is posset áb ea sese dérepente auéllere,
Quácum tot consuésset annos, nón eum hominem dúcerem
Néc uirum satis fírmum gnatae. MY. Mítte adulescentem óbsecro
Ét quae me peccásse aïs. abi, sólum solus cónueni,
Róga uelitne an nón uxorem: si ést ut dicat uélle se,
Rédde: sin est aútem ut nolit, récte ego consuluí meae.
PH. Síquidem ille ipse nón uolt et tu sénsti in eo esse Mýrrhina,
Péccatum: aderam, cuíus consilio éa par fuerat próspici.

33 ex u^{fu} **F** 34 PHI *in* **C** *erasum et a* **C**^{2} *ante u.* 35 *positum est*: *in* **B** *ante* tun *spatium, ante* audisti PHI *erasum est* PHI *u.* 34. *om.* **P**, *praefigit sequenti* PH. *supra lineam* **E** Tū *ex* Tu **D**^{2} Tū **F** Tun *ex* Tum **P** Tum̄ **E** pp||icere, i *in ras.* **D** 35 PHI. Audisti **E** EUM SEDICERET **A** 37 FECITKAEC **A** hęc fęcit^{a} **D**, *corr.* **D**^{2} haec fęcit^{a} **E** haec facit **CFP** hoc facit **B** ea̤ **D** ea *om.* **BCEFP** 38 oderit *om.* **D**^{1}, *add.* **D**^{2} 39 si ip̤s^{ipse} **D**, *corr.* **D**^{2} si ipse **E** si id **P** POSSEST **A** repente **F** 40 Quicum **BCDEFP** CONSUISSET **A** consuescit^{uit} **E**, *corr.* **E**^{2} KOMINEMESSE DUCEREM **A** di|cerem **D** dicerem, dic *in ras.*, **F** dicerem **E** 41 gnata^{e} **C**, *corr.* **C**^{2} natae **F** 42 et que *ex* aeque **E** solus solum **BCDEFP** 43 UXOREMANNON **A** 44 Reddetur **E** sin autē ē **D** ego̤ cōsului **D** ego *om.* **BCEFP** 45 NONUOLT$^{n\ i}$ **A**, nolit *fecit corr. rec.* uolt^{u} **D**, *corr.* **D**^{2} SENSISTI **A** *cum rell.* esse in eo **DF** myrrihna **D** mirrihna **F** mirrhina **E** 46 aderam *deleuit* **D**^{2} cui' **E**, us *add.* **E**^{2} EAPARFUERAT **A** fuerat ea par **BCDEFP**

35. eum diceret: Donat. in lemm. 37. Donatus: nonne dissimulare] Modo „dissimulare" est „ignorantiam fingere." 40. Arusian. p. 219 „Quicum tot consuevisset annos." — Donatus: Quicum] Non „quacum", sed „quicum." 42. solus solum: Donatus. 43. uxorem an non: Donat. in lemm. 44. recte ego consului: Donat. in lemm. 45. sensisti esse: Donat. in lemm. 46. fuerat ea par: Donat. in lemm.

ASHMOLEAN MUSEUM LIBRARY OF CLASSICAL LITERATURE OXFORD
Digitized by Google

Quam óbrem incendor íra, esse ausam fácere haec te iniussú meo:
Ínterdico ne éxtulisse extra aédis puerum usquám uelis.
Séd ego stultiór, meis dictis quí parere hanc póstulem.
Íbo intro atque edícam seruis, né quoquam ecferrí sinant. — 565
MY. Nullám pol credo múlierem me míseriorem uíuere:
Nam ut híc laturus hóc sit, si ipsam rem út siet rescíuerit,
Non édepol clam me est, cum hóc quod leuiust tám animo irató tulit:
Nec quá uia senténtia eius póssit mutarí scio.
Hoc mihi únum ex plurumís miseriis rélicuom fuerát malum, 570
Si púerum ut tollam cógit, cuius nos quí sit nescimús pater:
Nam cúm compressa est gnáta, forma in ténebris nosci nón quita est:
Neque détractum eĭ est quícquam, qui post póssit nosci quí siet:

47 te ee ausam facere hęc tę D, *corr.* D² TEESSEAUSAMFACEREKAEC A *cum rell.* m eo F, *corr.* F² 48 aedis CP 49 STULTITIOR A parere hanc qui BCDEFP 50 t adque F efferri BDEP efferi r C, *corr.* C² efferi *ex* offerri, *ut uidetur,* F sinant, t *in ras.,* D 51 U MELIEREM A, *corr.* A¹ 52 hic *om.* F¹, *add. schol.* ut sit BC 53 N Non *ex* Nonne P Nonne BC I ā F KOCQUIDLEUIUSET s A, *corr. rec.* t leuiuſ ſit F, *corr.* F² leue est BCP animo iracundo BCEP iracundo animo DF 54 Nec D¹, ☙ Ne *schol. in marg.* Ne c E, *corr.* E² Nec qua uia qui F 55 RELICUUM A reliquum *rell.* 56 sit *ex* scit BC 57 compressa, res *in ras.,* B NATA ABCP 58 ei tum quicquam est BCDEFP POSSETPOST A post possit BCDEP post *om.* F noscier BCDEFP

47. esse ausam facere haec iniussu meo: Donat. in lemm. 49. parere hanc qui: Donat. in lemm. 53. cum hoc quod leue est [partum celabamus] tam iracundo animo tulerit: Eugraph. 55. Donatus: Possumus et interrogatiue pronuntiare. 57. Prisc. I p. 531. 544 „Nam—quita est." (nata). — Donat. in Andr. I 1, 26 „forma—quita est." (tenebris s. m. q. e. *Par.*).

Digitized by Google

Ipse éripuit ui, in dígito quem habuit, uírgini abiens ánulum.
Simul céreor Pamphilúm ne orata nóstra nequeat diútius
Celáre, cum sciát alienum púerum tolli pró suo.

59 ui in *in ras.* D 60 neq. ue ad t C, *corr.* C² 61 Celare D Caelare F sciet BDEFP sciet c C, *corr.* C²

61. sciet: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Θ SOSTRATA MULIER *B* PAMPHILUS ADULESCENS

IV 2 SO. Non clám me est, gnate mí, tibi me esse súspectam, uxorém tuam
Proptér meos mores hínc abisse, etsi éa dissimulas sédulo:
Verum íta me di ament ítaque optingant éx te quae exoptó mihi,
Vt númquam sciens commérui, merito ut cáperet odium illám mei:
Teque ánte quod me amáre rebar, eí rei firmastí fidem:

IV 2 *E* SOSTRATA MVLIER *A* PAMPHILVS ADVLESC̄ **D** SOSTRATA PAMPHILVS MVLIER LACHES ADVLESCENS SENEX **PC** (SENES P) SOSTRATA PAMPHILVS **E** *Tres figurae pictae sunt in* CFP 1 mi gnate **F** gnate *ex* grate *corr. rec.* **E** esse ẹsse suspectam **P** tibi esse suspectum *Fleckeisenus praeeunte Bentleio* 2 hin^{c} **F** affimulaſ **F** 3 di bene ament **D** ITQ. A, *corr. rec.* OPTINGANT A, N *induxit corr. rec. Ceterum ab hac fere scaena inde correcturae recentis manus inductae sunt in* A obtin^{ng}ant **C**, *corr.* C^2 QUAEXOPTEM A opto **BCP** obto **E** 4 conmerui **C** illam mei *Donatus, Faernus* ILLAMEI A *cum rell.* illam ei **C**) 5 ante quod *Bentleius ex suo ueterrimo* ante qd **P** ANTEQUAM **ABCDEF** meam arerebar **F** mea mare **C** REBAREFIRMASTI A, *corr. rec.*

IV 2. 1. tibi me esse suspectam: Donat. et Eugraph. in lemm. 3. exopto: Eugraph. in lemm. 4. illam mei: Donat. *bis* in lemm. — illa mei: Eugr. in lemm. 5. Donatus 1, Teque ante quam me) Deest ‚tantum,' ut sit ordo: Et quam te amare me rebar, tantum firmasti fidem ei rei. 2, Teque ante quam—fidem) Ordo et sensus hic est: Et ‚quod' ante rebar, ei rei firmasti fidem meam: neque me fefellit, ‚quod' ante rebar, te me amare.

Digitized by Google

Nam mihi intus tuos patér narrauit módo, quo pacto me
hábueris
Praepósitam amori tuó: nunc tibi me cértum est contra
grátiam
Referre, ut aput me praémium esse pósitum pietatí scias.
Mi Pámphile, hoc et uóbis et meae cómmodum famae ár-
bitror:
Ego rús abituram hinc cúm tuo me esse cérto decreuí patre,
Ne méa praesentia óbstet neu causa úlla restet rélicua,
Quin túa Philumena ád te redeat. PA. Quaéso quid istuc
cónsili est?
Illíus stultitia uícta ex urbe tú rus habitatúm migres?
Haud fácies, neque sinam út qui nobis, máter, male dictúm
uelit,
Mea pértinacia ésse dicat fáctum, hau tua modéstia.
Tum tuás amicas te ét cognatas déserere et festós dies
Mea caúsa nolo. SO. Níhil pol iam istae míhi res uoluptatís
ferunt:

6 MIINTUSTUUS A me *inductum in* F KABUERIT A, *corr. rec.* 7 me *om.* A certū sunt D, *corr.* D^2 es C, *corr.* C^2 8 Referre mi pamphile praemium esse positum P, *corr.* P^2 aput F PIETASCIAS A, *corr. rec.* pietati scias DE pietatis scias BCFP (sias C, *corr.* C^2) 9 KOCUOBIS (*om.* et) A me C, *corr.* C^2 FAMAEESSEARBITROR A 10 KABITURAM A ee: D, *corr.* D^2 certe BCEFP 11 praesententia E RELIQUA A *cum rell.* 12 PKILUMINA A, *corr. rec.* CONSILIIEST A 13 uicta es ex P, es *inseruit* P^2 14 Haut C, *corr.* C^2 Non facies D, *corr.* D^2 Non facies F ut *ex* aut, *ut uidetur*, P 15 dicat esse F KAUTUA A haut C'D haud BC^2EFP 16 amicas, *altera* a *in ras.*, D te *om.* D^1, *add.* D^2 tuas cognatas F 17 NOLONIKIL *Θ*. NOLO NIKILIAMISTAERESMIKI A, *alterum* NOLO *expunxit* A^1 istaec iam E mihi istaec D mihi *om.* F^1, *add.* F^2 istaec BCFP

8. pietatis: Donat. *bis* et Eugraph. in lemm. 10. certo: Donatus. 14. Non facies: Donatus *quinquiens*. — Idem: Sunt qui „neque sinam" iungant inferioribus, sunt qui totum contexte legant „Non facies" usque „modestia." 15. dicat esse: Donat. in lemm. 17. Nihil pol iam mihi istaec res: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Dum aetátis tempus túlit, perfuncta sátis sum: satias iám tenet
Studiórum istorum: haec míhi nunc cura est máxima, ut
ne cuí mea
Longínquitas aetátis obstet, mórtemue expectét meam.
Hic uídeo me esse inuísam inmerito: témpus est concédere.
Sic óptume, ut ego opínor, omnis caúsas praecidam ómnibus:
Et me hác suspicióne exsoluam et íllis morem géssero.
Sine me óbsecro hoc effúgere, uolgus quód male audit
múlierum.
PA. Quam fórtunatus céteris sum rébus, absque una hác foret,
Hanc mátrem habens talem, íllam autem uxorem! SO. Óbsecro, mi Pámphile,
Non tú te incommodám rem, ut quaeque est, ín animum inducés pati?
Si cétera sunt ita út uis ítaque uti ésse ego illa exístimo,

III 4. 1. Claud. Sac. p. 25 „Pro di immortale(s) facinus indignum.“ 3. 4. Donat. in Hec. III 5, 54 „o Aeschine—dedisti“ 4. istud: Donati *Ed. pr.* in lemm. 6. Donatus: „is nihil pendit“] „is“ abundat .. aut „is“ pro ‚ipse.‘ — nihil pendit: Eugraph. in lemm. 8. ni faciant: Eugraph. in lemm. 9—12. Diomed. p. 447 „In te spes Hegio— Si deseris tu, nos perimus.“ 9. Donatus: tu es patronus, tu parens] ... „parens“ ueri amoris nomen est. 11. Ille moriens nos tibi: Donat. in lemm. 12. Si tu deseris: Donat. *bis* in lemm. 13. Neque me satis: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Iubeo. HE. Óh, te quaerebam ípsum: salue, Démea.
DE. Quid aútem? HE. Maior fílius tuos Aéschinus,
Quem frátri adoptandúm dedisti, néque boni
Neque líberalis fúnctus officiúm est uiri.
DE. Quid istúc est? HE. Nostrum amícum noras Símulum [atque]
Aequálem? DE. Quid ni? HE. Fíliam eius uírginem
Vitiáuit. DE. Hem. HE. Mane: nón dum audisti, Démea,
Quod ést grauissimum. DE. Án quid est etiam ámplius?
HE. Vero ámplius: nam hoc quídem ferundum aliquó modost:
Persuásit nox amór uinum adulescéntia:
Humánumst. ubi scit fáctum, ad matrem uírginis
Venit ípsus ultro lácrimans orans óbsecrans
Fidém dans, iurans sé illam ducturúm domum.
Ignótumst, tacitumst, créditumst. uirgo éx eo
Compréssu grauida fácta est, mensis décimus est:

15 ho BCDF o GP 16 tuuſ *in ras.* G TUUS A 17 diſti G 18 liberalis, alis *in ras.*, E FUNCTUS est OFFICIUM EST A, *corr. rec.* functus est officium B officium P² *ex* officio 19 istuc F *Nota Hegionis deest in* A Simulum atque BCDEFP SIMULUM AG, *sequenti uersui* atque *praefixit corr. rec.* A *In* G GE. Noſtrū—u. 20 quinni *omissa, sed a* G² *in marg. superiore suppleta sunt In* D *haec* Quid istuc—u. 20 Aequalem *post illa* Quidni—uiciauit *scripta sunt, sed signis* ꝺ *appictis ordo restitutus est* 21 Vitiauit F a⁊ uiolauit *corr. saec. XI*^mi &iā ñdum DG 22 ANQUID quam A, quam *add. corr. rec.* an quicquam BCDEFGP est *om.* P etiam *om.* D¹G 23 Uere F aliquo modo ferendum est DG 24 nox *ex* mox E 25 sit factum C 26 ul ḷatro B, *corr. rec.* 28 Ignoṭum F creditū *om.* C¹, *add. schol.* 29 conpressu B conpressu C, *corr.* C² MENSISKICDECIMUSEST A *cum rell.* hic *sustulit Bentleius* dem ci G

14. 15. Prisc. II p. 228 Antiqui ‚gaudere te iubeo' pro ‚gaude.' T. in A. „gaudere – Iubeo." 18. Arusian. p. 231. Functus illam rem: T. A. „Neque liberalis functus est officium uiri." — functus est officio: Donat. in lemm. — est functus officio: Idem in u. 30. — functus est officium: Eugraphius. 22. quicquam: Donat. in lemm. 28. Prisc. I p. 510 „Ignotum—creditum est." — Lex. Maii p. 374 (cf. 289) Ignosco remittere indulgere. et tunc facit participium ‚ignoscitus.' T. in A. „Ignoscitum est creditum est tacitum est." 28. 29. Lactant. Plac. in Stat. Theb. I 576 „uirgo—mensis hic decimus est."

Digitized by Google

Ille bónus uir nobis psáltriam, si dís placet,
Paráuit, quicum uíuat: illam déserit.
DE. Pro cérto tu istaec dícis? HE. Mater uírginis
In médiost, ipsa uírgo, res ipsa, híc Geta
Praetérea, ut captus ést seruorum, nón malus
Neque inérs: alit illas, sólus omnem fámiliam
Susténtat: hunc abdúce, uinci, quaére rem.
GE. Immo hércle extorque, nísi ita factumst, Démea:
Postrémo non negábit: coram ipsúm cedo.
DE. Pudét: nec quid agam néc quid huic respóndeam
Sció. PA. Miseram me, dífferor dolóribus.
Iunó Lucina, fér opem: serua me óbsecro. HE. Hem,
Num namílla quaeso párturit? GE. Certe, Hégio. HE. Hem:
Illaéc fidem nunc uóstram inplorat, Démea,
Quod uós uis cogit, íd uoluntate ímpetret.

30 ſaltriam **BC** ſpaltriam **D** 31 cui cum **C**, *corr.* **C²** quicum *ex* quacum, uiuat *ex* uiuet **P²** deserat **BCDEFGP** 32 PROCERTOTU ISTAC **A**, ISTAC *in* istec *mutauit corr. rec.* Pro certon **BCDEFGP** 34 seruulorum **BCEFP** seruolorum **DG** MALUM **A** 35 inners **E** 36 ſuſtat **G** adduce **B** rem||| **D** 37 niſi *in ras.* **E** 38 POST REMONNEGABIT **A** ipso *ex* ipsum **C²P** ipso **BDEFG** caedo **F** 39 agam uel **E** huic *om.* **G** *In* **FP** scio *finem facit uersus* 40 Z. MISERAM **A** Φ Intus. miseram **D** PA. intuſ. miſerā **G** *Personae nota nulla praefixa* miseram **EF¹P¹** INTUS miseram **BC** *et* **F** *schol.* Intus clare(?) Pamphila. Miseram **P²** differror **C** 41 PEROPEM **A**, P *in* F *mutauit schol., ut uidetur* 42 *omissus a* **D¹F¹**, *suppletus a* **D²F²** *in marg.* nam *om.* **E** 43 Illa haec **D** Illa et fidem **EG** uestram **E** uram nunc **DG** (r *in ras.* D) INPLARAT **A** 44 Quid **D**, *corr.* **D²** uos ius **BEFGP**

30. 31. Donat. in I 1, 36 „psaltriam nobis si dis placet Parauit." 31. deserat: Donat. in lemm. 32. pro certon: Donat. in lemm. — pro certone: Eugraph. in lemm. 33—35. Prisc. I p. 286 „hic Geta—Neque iners" (34 seruorum). 34. seruulorum *semel*, seruorum *bis* Donatus. — seruorum: Eugraph. 35. Donatus: Incerta distinctio est, sed melius „solus omnem familiam sustentat." 40. Non. p. 284 et Donat in Andr. II 4, 5 „Miseram — doloribus." 43. nunc uestram: Donat. in lemm. 44. Donatus: Quod uos uis (ius *Ed. pr.*) cogit..] ...„uis" (ius *Ed. pr.*) legum intelligitur. — Schol. Bembin.: necessitas legum.

Digitized by Google

Haec primum ut fiant deós quaeso ut uobís decet.
Sin áliter animus uéster est, ego, Démea,
Summá ui defendam hánc atque illum mórtuom.
Cognátus mihi erat: úna a pueris páruolis
Sumus éducti: una sémper militiae ét domi
Fuimús: paupertatem úna pertulimús grauem.
Quaprópter nitar, fáciam, experiar, dénique
Animám relinquam pótius quam illas déseram.
Quid míhi respondes? DE. Frátrem conueniam, Hégio.
HE. Sed, Démea, hoc tu fácito cum animo cógites,
Quam uós facillime ágitis, quam estis máxume
Poténtes dites fórtunati nóbiles,
Tam máxime uos aéquo animo aequa nóscere
Opórtet, si uos uóltis perhiberi probos.
DE. Redíto: fient quaé fieri aequomst ómnia.
HE. Decét te facere. Géta, duc me intro ad Sóstratam. —
DE. Non me índicente haec fiunt: utinam hic sít modo

45 uobis C nobiſ *ex* uobiſ E uos P 46 uoster animuſ D ñr animuſ ẽ, animuſ ẽ *in ras.*, G 47 MORTUUM A 48 MKI A, *corr.* A¹ (erit? E) pueriſ F paruoli BCF (s *erasa* CF) paruuli DEGP¹ (paruulis P²) 49 EDUCATI A *cum rell.* educti *Faërnus* 51 enitar DG 52 illam BCD *Post* 53 *Calliopii recensio interpolat Phorm. II* 4, 21 Is quod mihi de hac re dederit consilium id sequar (dedederit G): *eundem in marg.* A *rec. corr. ascripsit ita:* quod mihi de ac re id s rit consilium exe *ut ultimae litterae cum membrana resecta perierint. Post h. u. interpolatum in* D *rasura est integro uersui sufficiens* 55 facito BC, te *add. scholl.* facitote E ANIMOGITES A, *corr. rec.* 56 extis F MAXUMI ABCF¹P 57 dictes F NOBILIS A 59 periberi D 60 redite F 61 dic& C me duc D intro *om.* BCEFP 62 nonne indicente E FIENT A hic DG, *corr.* D²G² hoc BCEFP

45. Claud. Sac. p. 27 „‚ita' ut uobis decet." — Seru. in Aen. VIII 127: „‚facite' ut uobis decet." — (Arusian. p. 223. T. A. „ita uobis decebat'"). 52. Seru. in Aen. III 140 „Animam—deseram." — *Versum post u.* 53 *interpolatum non agnoscit Donatus*: fratrem conueniam, Hegio] Vultuose pronuntiandum quod addidit „Hegio": quasi dicat ‚res in manu fratris est constituta, non mea.' 56. Seru. in Aen. I 445. Pseudo-Ascon. in Diuin. p. 102 „quam—agitis."

Digitized by Google

Defúnctum: uerum nímia illaec licéntia
Profécto euadit ín aliquod magnúm malum.
Ibo ác requiram frátrem, ut in eum haec éuomam.

Γ HEGIO SENEX

III 5 Bono ánimo fac sis, Sóstrata, et istam quód potes
Fac cónsolere. ego Mícionem, si áput forumst,
Conuéniam atque ut res géstast narrabo órdine:
Si est, *is* facturus út sit officiúm suom,
Faciát: sin aliter de hác re est eius senténtia,
Respóndeat mihi, ut quíd agam quam primúm sciam.

63 illa haec **DG** 64 euadet **BCDEFGP** aliquid **E** 65 et requiram **BCEF** COMAM **A**

III 5 Γ HEGIO SENEX **D** *In* **G** *spatium relictum est dimidium uersum aequans: nullum uero in* **B**, *neque noua scaena incipit in* **CFP**: *in* **E** HEGIO *est a corr.* 1 Bone **F** 2 consolare **EG** 4 SIEST FACTURUS **A** *cum rell.* Si est is facturus *Fleckeisenus* Si ita est, facturus *Guyetus et Bentleius* SUUM **A** 5 ESTSENTENTIA (*eius om.*) **A** 6 sciam *in ras.* **D** *Post u.* 6 F. III. **A E**

62. 63. Donatus: utinam hoc modo sit defunctum].. „hoc" id est negotium. — Schol. Bembin.: finitum hoc. 64. euadet: Donat. et Eugraph. in lemm. — Schol. Bembin.: euadit] ascendit. 65. hoc euomam: Donati *Ed. pr.* in lemm.

III 5. Donatus: Hi sex uersus in quibusdam non feruntur. 2. consolere (consulare *Ed. pr.*): Donat. in lemm. 2. 3. Arusian. p. 211: Ad' et apud' confuse ponuntur .. T. A. „ego Mitionem si ad' forum est Conueniam." 4 Si est facturus: Donat. et Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

Γ CTESIPHO ADULESCENS Λ SYRUS SERUOS

CT. Aín patrem hinc abísse rus? SY. Iam dúdum. CT. Dic IV 1
sodés. SY. Aput uillamst:
Núnc cum maxime óperis aliquid fácere credo. CT. Vtinám
quidem:
Quod cúm salute eius fíat, ita se défatigarít uelim,
Vt tríduo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere. 520
SY. Ita fíat, et istoc síqui potis est réctius. CT. Ita: nam húnc 5
diem
Miseré nimis cupio, ut coépi, perpetuom ín laetitia dégere.
Et íllut rus nulla ália causa tám male odi, nísi quia

IV 1 *A* CTESIPHO ADOLESC̄ *B* SYRVS SERVVS **D** CTESIPHO ADVLESCENS SYRVS SERVVS **CP** CTESIPHO SYRVS **F** SIRVS. CTESIPHO **E** CTEſIfo aduleſcenſ. ſiruſ ſeruuſ **G** 2 nunc t cū aut̄ aut̄ maxume **D**, *corr.* **D**² nunc c̣ụ̄ maxume **F**, *corr.* **F**² nē aut̄ maxume **G** Nunc maxume **E** aliquid operis **DG** 3 defetigarit **BCDFGP** 4 hoc *om.* **P**¹, *add.* **P**² pro^r^sum **P**, *corr.* **P**² prorsus **DEG** p^r^sum e lectone queat ṇeq: adsurgere **C**, *corr. schol.* assurgere **B** 5 SIQUI **A** siquid *rell.* 6 MISERUIUOSCUPIO **A** Misere cupio **BCDEFGP** UTUṬ **A**, *alterum* UT *induxit corr. rec.* PERPETUUM **A** 7. 8 *sic descripsit Guyetus In* **A** *u.* 7 *exit in* PROPEST, *in* **FP** *u.* 7. 8 *unum uersum efficiunt* causa male odi quia nisi prope est **E**

IV 1. 1. Arusian. p. 211 „apud uillam est." 2. Nunc autē maxime operis facere credo: Donati *Ed. pr.* in lemm. 3. ita defatigaretur: Eugraph. in lemm. 4. Non. p. 397 „Ut—surgere." 5. 6. Donat. in II 4, 23 „hunc diem Mi Syre nimis (nimis *om. Ed. pr.*)—degere." — 6. Donatus: Misere nimis cupio] „nimis" abundat more comicorum.. (*in u.* 7.) : „Illud" tamquam cum detestatione dixit et „male" et „nimis misere."

Digitized by Google

Propést: quod si esset lóngius,
Prius nox oppressísset illi, quam húc reuerti pósset iterum.
Núnc ubi me illic nón uidebit, iam húc recurret, sát scio:
Rogitábit me, ubi fúerim: 'ego hoc *te* tóto non uidí die:'
Quid dícam? SY. Nihilne in méntemst? CT. Numquam quícquam. SY. Tanto néquior.
Cliéns amicus hóspes nemost uóbis? CT. Sunt: quid póstea?
SY. Hisce ópera ut data sit. CT. Quaé non data sit? nón potest fierí. SY. Potest.
CT. Intérdius: sed si híc pernocto, caúsae quid dicám, Syre?
SY. Vah, quám uellem etiam nóctu amicis óperam mos essét dari.
Quin tu ótiosus ésto. ego illius sénsum pulchre cálleo.
Cum féruit maxumé, tam placidum quási ouem reddo. CT. Quó modo?
SY. Laudárier te audít libenter: fácio te aput illúm deum:

8 ABESSET A *cum rell.* esset *Guyetus* 9 ILLI^{c} A, c *add. corr. rec.* illic *rell.* POSSE^{t} A, *corr. rec.* 10 recurrat E 11 Rogabit BCDEFGP fuerim quem ego BCDEFGP hoc te *Kraussius* KODIE A *cum rell.* 12 in mente est BCDEFGP nequior, n *in ras.*, F 13 oſpeſ G qui postea D 14 NONDATAST A 15 Interdiu BCDEFGP 16 Vha DG *Ante* quā *notam* A *in ras. habet* D ut & iam D mos ēē: dari, *om.* D¹, *add* D² *in marg.* 17 ESTO A, TO *induxit corr. rec.* es BCDEFGP 18 feruet BCDEFGP placitum E quasi ouem F q fi quā ouē G, *corr.* G² quam ouem D, a*t* iouē *schol.* QUAMOUEM ABCEP 19 audi||||t E faci^{o}|| G, *corr.* G²

8. abesset : Donat. in lemm. 12. in mente est : Donat. in lemm. 14. Donat. in Eun. II 2, 50 „‚Haec' opera ut data sit." 15. Interdius *bis* Donatus. — Interdiu : Eugraph. in lemm. — Donat. in Hec. IV 1, 24 „sed si—Syre." 16. Symmach. Ep. I 17 .. in comico, cum ait „Quam uellem etiam noctu amicis operam mos esset dari." (Lindenbr.). — Donatus: 1, Vah quam uellem etiam noctu] Hoc utriusque personae conuenit, sed melius a Syro et facetius dicitur. Et quidam totum Ctesiphoni assignant abusque „interdius." — 2, „Quam uellem" proprie dicimus in his quae non uidemus fieri : bene igitur deficiente argumento, cum aliud non inueniret, in uota conuersus est : unde uidentur magis haec uerba Ctesiphonis esse. 17. Arusian. p. 244 „ego—Kalleo." 18. Donatus : cum feruit maxume] Tertia coniugatione dixit. — Prob. de ult. syll. p. 241 .. in hoc uerbo (‚feruere') recte corripitur (paenultima), quoniam antiqui tertiam coniugationem magis quam secundam esse uoluerunt .. T. in A. „‚dum' feruit—placidum q. r." — Prisc. I p. 479 ‚Ferueo' etiam ‚feruo' inuenitur... T. in A. „Cum maxime feruit tam placidum quasi ouem reddo." (fernet *codd.*). — Lactant. III 26 .. paucissimis Dei uerbis „tam placidum quam ouem reddam." 19. Prisc. II p. 16. Cledon. p. 1890 „facio—deum."

Digitized by Google

Virtútes narro. CT. Meás? SY. Tuas: homini ílico lacrumaé 20
cadunt
Quasi púero gaudio. ém tibi autem. CT. Quíd nam est?
SY. Lupus in fábula.
CT. Pater ést? SY. *Is* ipsest. CT. Sýre, quid agimus? SY. Fúge
modo intro, ego uídero.
CT. Siquíd rogabit, núsquam tu me: audístin? SY. Potin ut
désinas?

B DEMEA *Γ* CTESIPHO *A* SYRUS
SENEX ADULESCENS SERUOS

DE. Né ego homo sum infélix: fratrem núsquam inuenio géntium: 540 IV 2
Praéterea autem, dum íllum quaero, a uílla mercenárium
Vídi: is fíliúm negat esse rúri: nec quid agám scio.
CT. Sýre. SY. Quid est? CT. Men quaérit? SY. Verum. CT.
Périi. SY. Quin tu animó bono es.
DE. Quíd hoc malum infelícitatis? néqueo satis decérnere: 5
Nísi me credo huic ésse natum reí, ferundis míseriis. 545

20 illco G CADUND A 21 p gaudio EG em CP *cum* A hem BDEFG 22 Pater adest BCD²EFP (est D¹G *cum* A) SY. Is ipsust *Fleckeisenus A.* IPSEST A *B.* (SY.) ipsus est DG SY. ipsus (*om.* est) BCEFP (ipſ|uſ F) 23 CTE ||| ſi G rogitabit D, *corr.* D² potine BCDFP poti||ne E

IV 2 *B* DEMEA SENEX *A* SYRVS SERVVS *Z* CTESIPHO ADVLES̃ D DEMEA SYRVS SENEX SERVVS CTESIPHO ADVLESC P DEMEA SYRVS CTESIPHO F DEMEA CTESIPHO SYRVS E DEMEA SENEX SYRVS SERVVS CTESIPHO C DEMEA ſenex. Syruſ. feruuſ. Cteſifo. aduleſcenſ G 1 Ne ego sum infelix E PRIMUMFRATREM A *cum rell.* primum *sustulit G. Hermannus* 2 a||uilla C mercennarium BCDEFGP 4 Sire F SY. quid agis BCFP SY. quid ais E PERI A 5 infelicitaſ F infelicitatis est C, *corr.* C² discernere E

21, Donatus : gaudio] Deest ‚prae.' — Seru. in Aen. III 477 „en tibi autem. Quid est? lupus in fabula."

IV 2. 1. Ne ego homo sum infelix : Donat. in V 3, 3. in Andr. prol. 17. Ne ego infelix homo sum *et* Ne ego sum homo infelix : Idem in lemm. — Nae ego sum infelix : Eugraph. in lemm. 3. Charis. p. 142 ‚Rure' Terentius in Eunucho ... itaque et Varro ad Ciceronem XXII ‚rure ueni.' quem Plinius ad eundem XI ‚rure ordinatum arbustum' dixisse laudat : sed et Terentium in Adelphis „filium negat esse rure" ... cum nemo dubitet. 4. bono animo es : Donat. in lemm. 6. Donatus : „huic rei" subdistinguendum

Digitized by Google

Primus sentió mala nostra: primus rescisco ómnia:
Primus porro obnúntio: aegre sólus, siquit fít, fero.
SY. Rideo hunc: primum ait se scire: is sólus nescit ómnia.
DE. Núnc redeo: si fórte frater rédierit uisó. CT. Syre,
Óbsecro, uide ne ille huc prorsus se inruat. SY. Etiám taces?
Égo cauebo. CT. Númquam hercle hodie ego istuc committám tibi:
Nám me iam in cellam áliquam cum illa cóncludam: id tutíssimumst.
SY. Áge, tamen ego hunc ámouebo. DE. Séd eccum sceleratúm Syrum.
SY. Nón hercle hic quidém durare quísquam, si sic fít, potest.
Scire equidem uoló, quod mihi sint dómini: quae haec est míseria!
DE. Quíd ille gannit? quíd uolt? quid aïs, bóne uir? est fratér domi?
SY. Quíd malum 'bone uír' mihi narras? équidem perii. DE. Quíd tibi est?
SY. Rógitas? Ctesiphó me pugnis míserum et istam psáltriam
Vsque occidit. DE. Hém, quid narras? SY. Ém, uide ut discidít labrum.
DE. Quam óbrem? SY. Me inpulsóre hanc emptam esse aít. DE. Non tu eum rus hínc modo

8 ab nuncio G SIQUITFERŌFIT A, *signa transpositionis a pr. m.* 9 *r.* RIDEO A 11 ille *ex* illic, *ut uidetur*, F prorsus huc DG huc prorsus F prosus C¹P irruat B tace G 12 ego hodie (B?)CDEFGP 13 iam *om.* BCEFP 14 aeccum D Syrę F, *corr.* F² 15 durare quisquam si sic fit. durare potem D, *corr.* D² hic qdē quiſquā ſi ſic fit durare potest G 16 Scire quidem F 17 quid agis DEG 18 bene F mihi *supra lineam* B 19 me *in ras.* G 20 em uide C¹P *cum* A hem uide BC²DEFG 21 hanc rē emptam D AITESSE A hinc mihi DG hinc (*om.* modo) BCEFP *In* A *haec* RUSKINCMODO *initium sequentis us. faciunt*

et sic inferendum „ferundis miseriis." 9. Prisc. II p. 322. 355 „Rideo hunc." 11. Donatus: etiam taces] Antique pro ‚tace.' 12. hodie ego: Donat. in lemm. 13. me iam in: Donat. in lemm. 15. hic quidem durare: Donat. in lemm. — hic durare: Eugr. in lemm. — Non. p. 285 „Non hercle hic ‚qui uult' durare—potest." 16. quod sunt mihi: Donati *Ed. pr.* in lemm. 20. hem uide: Donat. *bis* in lemm.

Digitized by Google

Próduxe aibas? SY. Fáctum: uerum uénit post insániens:
Níhil pepercit. nón puduisse uérberare hominém senem!
Quem égo modo puerúm tantillum in mánibus gestaui meis.
DE. Laúdo: Ctesiphó, patrissas: ábi, uirum te iúdico.
SY. Laúdas? ne ille cóntinebit pósthac, si sapiét, manus.
DE. Fórtiter. SY. Perquám, quia miseram múlierem et me séruolum,
Quí referire nón audebam, uícit: hui, perfórtiter.
DE. Nón potuit meliús. idem quod ego séntit te esse huic rei caput.
Sét estne frater íntus? SY. Non est. DE. Vbi íllum in-
ueniam cógito.
SY. Scío ubi sit, uerum hódie numquam mónstrabo. DE. Hem,
quid aís? SY. Ita.
DE. Díminuetur tíbi quidem iam cérebrum. SY. At nomen néscio
Íllius hominis, séd locum noui úbi sit. DE. Dic ergó locum.
SY. Nóstin porticum áput macellum hanc deórsum? DE. Quid
ni nóuerim?

22 Dixtin abisse P^2 *in ras.* AIEBAS A *cum rell.* UENITINSANIENS (*om.* post) A infanieſ F 23 puisse P puduiſſę D, *corr.* D^2 24 geſtaui, geſt *in ras.*, G 25 cteſipo EG patriſſaſ ah uirū G 26 Laudasne? ille BDEG sapiat E 27 QUA A, *corr.* A^1 28 REFERINON A, *corr. rec.* ferire G 29 potui C, *corr.* C^2 SENSTIT A, S *expunxit* A^1 sensit *rell.* 30 illum quaeram BCDEFGP 31 ubi ē F KODE A, *corr. rec.* mostrabo E quid agis BCG 32 *omissus in* F, *sed in marg. suppletus, ualde quidem oblitteratus* Deminuetur B^1C Dimminuetur B *corr. rec.*, DEFP iam quidem DG aḍ C 33 hominiſ illiuſ G 34 maṛcellum D haṇc D

21. 22. Seru. in Aen. XI 52 „non—aiebas" (*al.* non tu hunc rus produxe te aiebas). 22. non tu rus eum prodiisse aiebas: Donati *Ed. pr.* in lemm. — aiebas: Eugraph. in lemm. 24. Donat. in V 1, 5 „Quem—meis" (*om.* modo). — Id. in Andr. I 2, 4 „tantillum puerum." — Arusian. p. 232 „Quem ego tantillum puerum in—meis." 25. Laudo te: Donat. *bis* in lemm. — Lex. Maii p. 415 „Laudo—iudico." — Donat. in IV 7, 5 „uirum te iudico." 26. sapiat: Donat. in lemm. 31. sed hodie: Eugraph. in lemm. 32. Diminuetur tibi iam cerebrum quidem: Donat. in lemm. — Prisc. I p. 32 Transit haec eadem (S) in M.. ‚dimminuo' pro ‚disminuo.' T. in A. „Dimminuetur tibi cerebrum." 34. Donati *Ed. pr.*: hic deorsum] quia non est unum. — hanc deorsum: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

SY. Praéterito hac récta platea súrsum: ubi eo uéneris,
Clíuos deorsum uórsum est: hac te praécipitato: póstea
Ést ad hanc manúm sacellum: ibi ángiportum própter est.
DE. Quód nam? SY. Illi ubi etiám caprificus mágna est. DE. Noui. SY. Hac pérgito.
DE. Íd quidem angipórtum non est péruium. SY. Verum hércle: uah,
Cénsen hominem me ésse? erraui: in pórticum rursúm redi:
Sáne hac multo própius ibis ét minor est errátio.
Scín Cratini huius dítis aedes? DE. Scío. SY. Vbi eas praetérieris,
Ád sinistram hac récta platea, ubi ád Dianae uéneris,
Íto ad dextram: príus quam ad portam uénias, aput ipsúm lacum
Ést pistrilla et éxaduorsum fábrica: ibi est. DE. Quid íbi facit?
SY. Léctulos in sóle ilignis pédibus faciundós dedit.

35 pterita D SURSUMUIEO A, uui *ex* UI *effecit corr. rec.* Clauuf F DEORSUMEST (uorsum *om.*) A uorſuf F KACPRAECIPITATO (te *om.*) A 36. 37 Post ea ~ F ibi ||| F, *corr.* F² 38 QUONAM A Quidnam D, *corr.* D² ILLIC A *cum rell.* ibi G magna est nostin DEM. noui B C²DEFG (nostin *om.* C¹ *cum* A P) 39 auah C 40 me hominem esse DEG 41 ppiciuf G 42 ditis *om.* F aedis BC, *corr.* B²C² praeterieris *Bentleius* 43 hanc E 44 dexteram DEG lacum *ex* locum F²P² (‚fossam' *schol.* P) locum DEG 45 pristilla B, *corr. schol.* pristrilla *ex* pristilla F PISTRILLAEIADUORSUM A exaduersu ||| E 46 in sole ||| P iligneis BCDEFGP

36. Prisc. II p. 75 „deorsum uersum." — deorsum uersum. hac (*om.* est): Donat. in lemm. 39. Non. p. 190. Prisc. I p. 262 „Id—peruium." — Prisc. II p. 287 δή coniunctio tam completiua quam confirmatiua... quomodo apud nos ‚uero' et ‚autem' .. T. in A. „Hoc autem a.—peruium." 40. me hominem esse: Donat. in lemm. 43. Acron in Hor. Serm. I 9, 35 „ubi—ueneris." — Prisc. II p. 304 „ubi—‚perueneris.'" 44. Donatus: apud ipsum lacum] Credibiliter addidit „lacum." nam Varro docet semper lacum portis additum. 44. 45. Lex. Maii p. 416 „apud ipsum ‚locum'—‚ex aduerso' fabrica." 45. Charis. p. 37. 155. Exc. Char. p. 535. T. in A. „pistrilla." — Charis. p. 73 T. „pistrilla erat quaedam." — et exaduorsum: Eugraph. in lemm. 46. illigneis Donat. *bis.* — Schol. Bembin.: Vergilius „Currentem ilignis potare canalibus undam." — Eugraph.: ilignis pedibus] hoc est pedibus iligneis, de ilice. — Prisc. I p. 70 iligneus .. T. in A.

Digitized by Google

DE. Vbi potetis uós: bene sane. séd cesso ad eum pérgere? —
SY. Í sane: ego te exércebo hodie, ut dignus es, silicérnium.
Aéschinus odióse cessat: prándium corrúmpitur:
Ctésipho autem in amóre est totus. égo iam prospiciám mihi: 50
Nám iam abibo atque únum quicquid, quód quidem erit bellíssimum, 590
Cárpam et cyathos sórbilans paulátim hunc producám diem.

B MICIO *Γ* HEGIO
SENES II

MI. Ego in hác re nihil repério, quam obrem laúder tantopere, IV 3
Hégio.
Meum offícium facio: quód peccatum a nóbis ortumst córrigo.
Nisi sí me in illo crédidisti esse hóminum numero, qui íta putant,
Sibi fieri iniuriam últro, si quam fécere ipsi expóstules, 595

47 DE. Ubi potetis uos. SY. bene sane. DE. sed cesso C¹FP¹ *In* BC²EGP² *illa* Ubi potetis uos *continuantur Syro, tum incipit Demea In* D *post* dedit, *post* uos *et post* sane *personarum notae erasae sunt: altera fuit* B bone F recte sane DG 48 I‖ sane CP 49 odiosae B otiose D ocioſe G conrumpitur CF 50 est in amore BCEFP amorē G PROSPICIM A 51 Iam iam E adibo D adibo B?EF unum quidq. DG quidquid CF¹ quod *om.* E 52 ciathos DEGP (cia *in ras.* P) sorbillans BCDEFGP

IV 3 *A* MICIO SENES *H* HEGIO II D MICIO SENES HEGIO II P MICIO SENEX HEGIO. II C MICIO EGIO EF MICIO. HEGIO. senes. II G 1 repperio BCE tanto p C, *corr.* C² tanto pere, *finalis a corr.*, P 3 nisi me D, *corr.* D² niſi me G esse *om.* E¹, *add.* E² 4 ultra E expostulent DG expostu'ant BCEFP

„lectulos iligneis pedibus." 47. Donatus: Ubi potetis uos] Incerta persona est. nam Syro uel Demeae hoc dictum iungi potest. — Recte sane] Hic εἰρωνεία est, non approbatio. 48. Donatus: I sane] Aut abundat „sane" aut inferioribus iungitur. — Non. p. 294 „Hi sane—silicernium" (Cf. p. 48). — Lex. Maii p. 532 „ego te exercebo hodie silicernium ut dignus es." 49. Otiose Aeschinus: Donat. in lemm. 50. in amore est totus: Donat. in lemm. 51. 52. Schol. Bembin. in V 1, 2 „quod—carpam e. c. s. p." 52. Lex. Maii p. 520 „cyathos sorbillans hunc paulatim producam diem."

IV 3. 1—4. Prisc. II p. 245 „Ego—expostulent" (3. ex illo credidisti esse numero hominum). 4. Donatus: Si quam fecere] Hic distingue et separatim infer „ipsi expostulant." — Si quam fecere ipsi expostulant] Sensus

Digitized by Google

Et últro accusant: íd quia non est á me factum, agis grátias?
HE. Ah, mínime: numquam te áliter atque es ín animum induxi meum.
Sed quaéso ut una mécum ad matrem úirginis eas, Mício,
Atque ístaec eadem quaé mihi dixti túte dicas múlieri:
Suspícionem hanc própter fratrem *esse:* eíus esse illam psáltriam.
MI. Si ita aéquom censes aút si ita opus est fácto, eamus. HE. Béne facis:
Nam etílli iam animum réleuaris, quaé dolore ac míseria
Tabéscit, et tuo offício fueris fúnctus. sed si alitér putas,
Egomét narrabo quaé mihi dixisti. MI. Ímmo ego ibo. HE. Béne facis:
Omnés, quibus res sunt mínus secundae, mágis sunt nescio quó modo
Suspíciosi: ad cóntumeliam ómnia accipiúnt magis:
Proptér suam inpoténtiam se sémper credunt claúdier.

5 accusent D¹G AGISAGRATIAS A, A *expunxit* A¹ 6 umquam *ex* numquam F te *om.* D¹, *add.* D² alit$\overline{te}$ G 7 que^{fo} G ina^{v} F 8 dixti mihi G 9 EIUSSEETILLAM A, isse^{is} *ex* SE *fecit corr. rec.* eius esse et illam *rell.* propter fratrem esse: eius esse illam psaltriam *Bentleius Post u.* 9 *lacunam significauit Fleckeisenus* 10 Sitae cū censef G AUTITA A, si^{si} *add. corr. rec.* factis$^{t to}$ F, *corr.* F² 11 NAMILL ANIMIUMRELEUABIS A, iam^{iam} *corr. rec.* iam animum relleuaris *Bentleius* animum iam releuabis BCEFGP animum iam reuelabis D 12 fultus D¹, functus D² 13 dixifti G DIXTI ABCDEFP *In* F *notae* MIC *et* HE *ex correctura sunt* 14 Omīb; G saecunde D 16 CLAUDIER A, necligi^{necligi} *a corr. rec.* neglegi C¹DEFGP negligi BC² ludier *Bentleius*

est manifestus, sed obscura sunt uerba et eorum collocatio et distinctio. nam incertum, utrum „Si expostulant" intelligendum sit an „siquam" pro una parte orationis accipi oporteat. — Schol. Bembin.: (expostulant)] in reatu ferunt. 5. id quia a me non est factum: Donat. in lemm. 9. Donatus: Suspicionem hanc propter fratrem eius esse] Nimis breuiter ac succincte et ut oportuit inter scientes. — et illam psaltriam] ‚propter fratrem eius esse' subaudiendum est. 10. Donatus: A iusto et utili est tota sententia. Et sane ‚hi' uersus desunt quos multa exemplaria non habent. 11. et illi animum releuabis: Donat. in lemm. 12. Arusian. p. 231 Functus illa re. T. in A. „et tuo—functus." 16. Donatus: neglegi] Legitur et „claudere."

Digitized by Google

Quaprópter te ipsum púrgare ipsi córam placabílius est.
MI. Et récte et uerum dícis. HE. Sequere me érgo hac intro.
MI. Máxume.

A AESCHINUS
ADULESCENS

Discrúcior animi. 610 IV 4
Hócine *ex* ínprouisó mali mihi óbici
Tántum, ut neque quid dé me faciam néc quid agam certúm siet!

17 IPSI[s] A, *corr. rec.* ipsis **BCDEFGP** est placabilius **E** 18 sequaere **C** sequaere **B** me ego **D** ERGOINTRO (hac *om.*) A

IV 4 *J* KESCKINVS ADVLESCENS **D** AESCHINVS ADVLESCENS **CP** AESCHIN' aduleſcenſ **G** AESCHINVS **EF** *Cantici uersus ita ordinati sunt in* A
DISCRUCIORANIANIMIKOCINEDEINPROUISOMALIMIKIOBICITANTUM
UTNEQUEQUIDMEFACIAMNECQUIDAGAMCERTUMSIET
MEMBRAMETUDEBILIASUNTANIMUSTIMOREOBSTIPUIT
PECTORECONSISTERENIHILCONSILIIQUITUAH
QUOMODOMEEXHACEXPEDIAMTURBA
TANTANUNCSUSPICIODEMEINCIDITNEQUEEAINMERITO
SOSTRATACREDITMIHIMEPSALTRIAMHANCEMISSEIDANUS
MIHIINDICIUMFECIT
Paulo aliter in **FP**
Discrucior animi
Hocine de inprouiso mali mihi obici tantum
Vt neque quid me faciam nec quid agam certum siet
Membra metu debilia sunt
Animus timore obstipuit
Pectore consistere nihil consilii quit uah
Quomodo me ex hac expediam turba
Tanta nunc suspicio de me incidit neque ea inmerito
Sostrata credit mihi me psaltriam hanc emisse id anus mihi indicium fecit.
A quo exemplo in his discedunt reliqui 1 animi|| **D** 2 hoccine **E** 3 quid me[de] **CE**, *corr.* C^2E^2 certuſ ſiem **G** certus siet, t *in ras.* **D**

17. Prisc. II p. 226 „Quapropter—est." (ipsis). — Donatus : coram] .. coram praesentibus.

IV 4. 1. Rufin. de metr. com. p. 379 Gaisf. : Varro in VII : Clausulas quoque primum appellatas dicunt quod clauderent sententiam, ut apud Accium „An haec iam obliti sunt Phryges." Nonnunquam ab his initium fit, ut apud Caecilium „Di boni quid hoc." apud Terentium „Discrucior animi." — Arusian. p. 225 „Discrucior animi." 2. de inprouiso : Donat. in lemm. 3. Donatus : Plus est „quid de me faciam" quam „quid faciam." — certum est] „certum est" pro ‚certum sit,' nisi forte „ut" ‚quam' significet.

Digitized by Google

Mémbra metu débilia súnt: animus timore
Óbstipuit: péctore nihil sístere consili quit.
Vah, quó modo hac me expédiam turba? tánta nunc
Suspício de me íncidit:
Néque ea inmerito: Sóstrata
Crédit mihi me psáltriam hanc emísse? id anus mihi indicium fecit.
Nám ut hinc forte [ea] ad óbstetricem erat míssa, ubi eam uidi, ílico
Accédo: rogito, Pámphila quid agát, iam partus ádsiet,
Eon óbstetricem accérsat. illa exclámat 'abi, abi: iam Aéschine,
Satis diú dedisti uérba: sát adhuc túa nos frustratást fides.'
"Hem, quíd istuc obsecro" ínquam "est?" 'ualeas, hábeas illam quaé placet.'
Sensi ílico id illas súspicari: séd me reprehendí tamen,
Ne quíd de fratre gárrulae illi dícerem ac fierét palam.
Núnc quid faciam? dícam fratris ésse hanc? quod minimést opus

5 obstupuit B(F²) 6 constitere B, *corr.* B² consistere michi consilii E consilii quid D(F¹) consilii quid potest EG 7 quomodo ex hac (me *om.*) E 9 credit|||, t *ex corr.*, D Vs. 1—3 *ex Bentleii,* 4—9 *ex G. Hermanni constitutione dedimus* 10 NAMIDFORTEAD (ea *om.*) A, ID *deleto* ut hinc *superscripsit corr. rec.* nam ut hinc forte BCDEFG? (hanc F) ea *om.* D¹, *add.* D² fortead G obstreticem F uidi eam BCDEFGP 11 Accede F rogo D¹G¹ (rogito D²G² *cum rell.*) pamphilam G partis F affiet E fi& G 12 EON A, e *add. corr. rec.* eone BCDEFGP ABI *semel* A Aeschinae P 13 UERBASAT A, nobis *add. corr. rec.* uerba nobis satis BCDEFGP frustata F 14 est *om.* E INQUAMST A 15 ad illas F (reprehendime B?) 16 QUIDE A, *corr. rec.* 17 FACIAMFRATRIS A, dicam *add. corr. rec.* esse hanc id quod BC², *schol.* D esse id quod C¹F¹P (esse hanc quod F² *cum* AD¹EG) MINIMESTOPUST A

(nisi forte significet oq ut oq *Ed. pr.*) 5. Arusian. p. 228 Expedio me ex hac re. T. A. „quomodo me expediam ex hac turba." 10. Nam ut hinc forte ea : Donat. in lemm. — ubi uidi] Sunt qui addant superuacue „hanc" et legant „hanc ubi uidi." 12. sat adhuc : Donat. in lemm. (*om. Ed. pr.*) 13. iam satis : Donat. in lemm.

Digitized by Google

Vsquam efferri: ac mítto: fieri pótis est ut nequa éxeat:
Ipsum id metuo ut crédant: tot concúrrunt ueri símilia:
Égomet rapui: ipse égomet solui argéntum: ad me abductá est domum.
Haéc adeo mea cúlpa fateor fieri. non me hanc rém patri,
Vt ut erat gesta, índicasse! exórassem ut eam dúcerem.
Céssatum usque adhúc est: nunc porro, Aéschine, expergíscere:
Núnc hoc primumst: ád illas ibo, ut púrgem me. accedam ád fores.
Périi: horresco sémper, ubi pultáre hasce occipió miser.
Heús heus: Aeschinús ego sum. aperite áliquis actutum óstium.
Pródit nescio quís: concedam huc.

18 UISQUAM A amitto D age mitto BCEFP age omittio G 19 IPSUMMETUO A, ID *add.* A¹ id *om.* G 20 adducta est B 21 mae culpa fateor (fieri *om.*) G fieri fateor D 22 Ut erat BCDEFGP exorasse E 23 NUNCPORRO A, *corr. rec.* nunc iam porro DG Aeschinae P 24 est primum BCEFP me ut purgem DG (pgē G) 25 PERI A SEMUBI A, *corr. rec.* pulsare DF² pulsitare G has B hasce *om.* C¹F¹P occipio miser G OCCIPIOFORES AB occipio miser D occipio fores miser CEFP 26 ego sum Aeschinus D apperite E actuū G, *corr.* G² hostium B

18. Eugraph.: „age" celari possit fortasse. 19. Donatus: Proprie non dixit ‚adducta,' sed „abducta." 20. Prisc. I p. 591 „Egomet rapui." — Id. II p. 14 ‚Egomet' ego et non alius. nec non etiam ‚ipse ego' uel ‚egomet ipse,' ut T. in A.: „Egomet rapui ipse ‚ego' solui argentum." 22. Donatus: Utut erat gesta (ut *Ed. pr.*)] ... „ut" certam qualitatem significat, „utut" (ut *Ed. pr.*) incertam: quasi diceret ‚quoquo modo, male bene.' 23. Donatus: nunc porro] .. Legitur et „iam." 24. Nunc hoc primum: Donat. in lemm. 26. Prisc. II p. 184. 304 „aperite aliquis actutum." — Lactant. Plac. in Stat. Theb. I 386 „actutum aperite aliquis." — Prisc. II p. 365. Donat. in Andr. I 1, 28 „aperite—ostium.

Digitized by Google

B MICIO SENEX *A* AESCHINUS ADULESCENS

IV 5 MI. Íta uti dixi, Sóstrata,
Fácite: ego Aeschinúm conueniam, ut quó modo acta haec
sint sciat.
Séd quis ostium híc pultauit? AE. Páter hercle est, perii.
MI. Aéschine,
AE. Quid huic híc negotist? MI. túne has pepulistí fores?
Tacet. cúr non ludo hunc áliquantisper? mélius est,
Quandóquidem hoc numquam mihi ípse uoluit dícere. 640
Nihil míhi respondes? AE. Nón equidem istas, quód sciam.
MI. Ita: nám mirabar, quíd hic negoti essét tibi.
Erúbuit: salua rés est. AE. Dic sodés, pater,
Tibi uéro quid istic ést rei? MI. Nihil míhi quidem.
Amícus quidam me á foro abduxít modo 645
Huc áduocatum síbi. AE. Quid? MI. Ego dicám tibi:
Habitánt hic quaedam múlieres paupérculae:
Vt opínor has non nósse te, et certó scio:
Neque enim diu huc migrárunt. AE. Quid tum póstea?

IV 5 *M* MICIO SENEX *Γ* AESCHINVS ADVLESCENS **D** MICIO AESCHINVS SENEX ADVLESCENS **CP** MICIO AESCHINVS **EFG** 1 UTDIXI **ABCFP** uti dixti **DG** ut dixti **E** 2 FACILE **A** (*sic*) facito **BCDEFGP** ego *om.* **G**, *add. schol.* haec acta **DG** acta *ex* hacta **F** SUNT **A**, *corr.* **A**[1] sunt **BCDEFGP** 3 hostium **BEF** OSTIUMKIC **A** hoc *rell.* pulsauit **BCDEFGP** PERI **A** 4 AE *et* MI *om.* **P**[1], *add.* **P**[2] huic *ex* huc **P** huic hic **C** 5 tace **G** *In* **E** *haec* melius est—*u.* 7 respondes *in ima pagina a schol. addita sunt* 6 uoluit credere **BCDEFGP** 7 quidem e **F** instas **BF**[2]**GP**[2] (‚interrogas' *schol.* **P**) 8 negoti **C**[1] *cum* **A** 9 Erubui **F** Salua, u *in ras.*, **F** 10 quid iste istuc s **D**, *corr.* **D**[2] rei est **BCEFP** Mi Nihil **G** 11 adduxit **B** 14 EAS **AD**[1]**G** has **BCD**[2]**EFP** NONON **A** certe **E** 15 hic **E** comigrarunt **C** commigrarunt **BDEFGP**

IV 5. 1. Diomed. p. 389 „ita ut dixi facite Sostrata." — ut dixi: Donat. et Eugraph. in lemm. 2. Donatus: facite) Iubet ut uel securae sint uel adornent nuptias. 6. Donatus: „credere" magno affectu dixit. non enim confiteretur ut patri, sed crederet aut parenti aut sodali suo. 7. Donat. in Hec. V 4. 23 „non—sciam." 9. Donat. in I 2, 4. in Andr. V 3, 7. Lamprid. Heliog. 11 „Erubuit—est." 10. Donat. in u. 42 „rei est." 14. has *et* certe: Donat. in lemm. 15. commigrauerunt: Donat.

Digitized by Google

MI. Virgó est cum matre. AE. Pérge. MI. Haec uirgo orbást patre:
Hic méus amicus illi genere est próximus:
Huic léges cogunt núbere hanc. AE. Perií. MI. Quid est?
AE. Nihil: récte: perge. MI. Is uénit ut secum áuehat:
Nam habitát Mileti. AE. Hem, uírginem ut secum áuehat?
MI. Sic ést. AE. Miletum usque óbsecro? MI. Ita. AE. Animó malest.
Quid ipsaé? quid aiunt? MI. Quíd illas censes? níhil enim.
Comménta mater ést, esse ex alió uiro
Nesció quo puerum nátum: neque eum nóminat:
Priórem esse illum, nón oportere huíc dari.
AE. Eho, nónne haec iusta tíbi uidetur póscere?
MI. Non. AE. Óbsecro non? án illam hinc abducét, pater?
MI. Quid illám ni abducat? AE. Fáctum a uobis dúriter
Inmísericorditérque atque etiam, sí est, pater,
Dicéndum magis apérte, inliberáliter.
MI. Quam obrém? AE. Rogas me? quíd illi tandem créditis

16 orbata est **E** |||patre **G** 19 MI. recte AE perge **EG** perge recte **C** (*signa sunt a scholiasta*) hiſ **G** aueat **E** (= *u.* 20) 20 *Totum uersum omissum a* **D**¹ *scholiasta suppleuit in ima pagina* milaeti **D** UEKAT **A**, *corr. rec.* 21 miletū **G**, *corr.* **G**² 22 ||||||| ipsę **P** (quid *erasum*) Quid ipsę aiunt **D**¹**G** istas censes **BCDEFGP** 23 *Versum omissum a* **C**¹ *suppleuit* **C**² *in marg.* Commentata, *alterum* ta *in ras. a corr.*, **F** ō mat, āt *in ras.*, **G** 24 parum **F** 25 oportere **G** 26 KAC **A**, E *add.* **A**¹ UIDETUR **A**, n *add. corr. rec.* uidentur **BCDEFGP** POSTEA **A** *cum rell.* poscere *Bothius* 27 obsecro non, non *a corr.*, **P** hanc **F** hic **E** adducet **B**, *corr.* **B**² 28 *omissus in* **C** *a m. pr. in ima pagina suppletus* adducat **B** factum est **E** 31 creditiſ **F**, *corr.* **F**²

16. Virgo cum matre est: Donat. in lemm. 19. Donatus: recte] id est ‚recte perii.' 22. Quid ipsae? quid aiunt? *et* illas: Donat. in lemm. 26. Donatus: Nonne haec iusta tibi uidentur postea (uidentur tibi esse *Ed. pr.*)] ... quae postea audisti quam illa quae pro Milesio dicebas prius. aut si hoc non est, quaere quid sit „postea." 28. Lex. Maii p. 170 „factum—duriter." — 28–30. Donat. in Phorm. II 3, 24 „factum—illiberaliter." (atque equū sic est dicere *Ed. pr.*). — Id. in Andr. I 1, 11 „factum est a nobis duriter Immisericorditerque, et si est pater,—inliberaliter."

Digitized by Google

Fore ánimi misero, qui illa consueuít prior?
Qui infélix haud scio án illam misere núnc amet,
Cum hanc síbi uidebit praésens praesenti éripi,
Abdúci ab oculis? fácinus indignúm, pater.
MI. Qua rátione istuc? quís despondit? quís dedit?
Cui quándo nupsit? aúctor his rebús quis est?
Cur dúxit alienam? AE. Án sedere opórtuit
Domi uírginem tam grándem, dum cognátus huc
Illínc ueniret éxspectantem? haec, mí pater,
Te dícere aequom fúit et id defféndere.
MI. Ridículum: aduersumne illum causam dícerem,
Cui uéneram aduocátus? sed quid ista, Aéschine,
Nostra? aút quid nobis cum illis? abeamús. quid est?
Quíd lacrimas? AE. Pater, óbsecro, ausculta. MI. Aéschine,
audiui ómnia
Ét scio: nam té amo: quo magis quaé agis curae súnt
mihi.
AE. Íta uelim me prómerentem amés, dum uiuas, mí pater,
Vt me hoc delictum ádmisisse in me, íd mihi uehementér
dolet

32 cum illa BCDEFGP consueui t F prius BCD (*in ras.* D)EFP 33 QUINFELIX A, *corr. rec.* quin felix CF, *corr.* C²F¹ haut C¹D amet D G *cum* A amat BCD²EFP 34 praesentem *Bentleius cum Seruio* presenti D, *corr.* D² 35 adduci B, *corr.* B² 36 istud G QUIDESPON DIT A despond& G 37 ISREBUS A qui est BCF¹P 39 hinc *Bentleius cum Donato* hic D 40 expectatum D, *sed corr.* D¹ *in marg.* expectantē 41 id dere G 42 aduorsum me illum D¹P dicere D dicerē cauſā G 43 sed ista D, *corr.* D² ISTIC A 44 abamuſ D 45 AUDIOMNIA A 47 o mi pater BCEFP 48 ut in me hoc delictū amiſiſſe id G amisisse B in me *om.* D¹, *add.* D² UEKEMEN A, *corr. rec.*

31. 32. Seru. in Aen. IV 408 „quid—consueuit" (credis. cum illa). 32. Arusian. p. 219 Consueuit illa re. T. A. „qui—prior." — Donatus: Qui cum illa consueuit] Legitur et „illam" et dicebant ueteres „hanc rem consueuit." 34. 35. Seru. in Aen. IV 83 „praesens ‚praesentem'—oculis." — praesenti: Donatus. 39. Donatus: hinc illinc] Prouerbialiter „hinc illinc." 42. Donatus: „Ridicule"] Vocatiuus casus est ab eo quod est ‚ridiculus.'" 43. 44. Prisc. II p. 364 „sed—illis." — 43. istaec: Donat. in lemm. 47. Seru. in Aen. IV 335. „Ita me uelim promerentem ames pater."

Digitized by Google

Ét me tui pudét. MI. Credo hercle: nam ingenium nouí tuom
Líberale: séd uereor ne indíligens nimiúm sies.
Ín qua ciuitáte tandem te árbitrare uíuere?
Vírginem uitiásti, quam te nón ius fuerat tángere.
Iam íd peccatum prímum magnum, *mágnum*, ad humanúm tamen:
Fécere alii saépe item boni. at póstquam id euenít, cedo
Númquid circumspéxti? aut numquid túte prospextí tibi,
Quíd fieret? qua fieret? si te mihi ípsum puduit próloqui,
Quá rescíscerem? haéc dum dubitas, ménses abierúnt decem.
Pródidisti et te ét illam miseram et gnátum, quod quidem in té fuit.
Quíd? credebas dórmienti haec tíbi confecturós deos?
Ét illam sine tua ópera in cubiculum íri deductúm domum?
Nólim ceterárum rerum té socordem eodém modo.
Bóno animo es, ducés uxorem. AE. Hem. MI. Bóno animo es, inquám. AE. Pater,

49 tui, i *in ras.*, **F** TUUM **A** 50 Liberare **D** INDILIGES **A** nimium *om.* **G** fiet, f *in ras. a corr.*, **D** 51 tandem **F** ARBITRARE **A**, *corr.* A^1 52 ius non **BCDEFGP** 53 nam id **E** magnum *geminauerunt Muretus et Faërnus, semel habent libri* PRIMUMAGNUM **A**, *corr.* A^1 ad **C** 54 bone **F** posquam **F** IDUENIT **A** 55 Numquid **F** aut—tibi *om.* **D**, *sed suppleuit* D^1 *in ima pagina* 56 puduit dicere **BCDEFGP** 57 refiscerem **G** 58 Prodidisti, ro *ex corr.*, **P** Prodidisti || || te **D** Prodidisti te **BCEFP** 59 tormenti **D** 61 nollem **D**, *corr.* D^2 nollē **G** rerum *om.* $D^1F^1G^1$ 62 uxorem hanc **BCDEFGP** BONOANIMOEST INQUAM **A** (es *ex* EST *corr. rec.*), *in quo u. post* EST *incisus est* es *ex* est **C** o pater **E**

49. Agroet. p. 2270 „Me tui pudet' dicit et quem de alterius facto et quem de suo pudet. T. in A. sub uerbis Aeschini (*Exciderunt*): ubi eum pudet patri non ante confessum. 52. primum est magnum, at humanum: Donat. in lemm. 54. alii item saepe: Donat. *bis* in lemm. 56. Donat. in Hec. III 2, 25 „Quid fieret. qua fieret." — puduit dicere: Donat. in lemm. 58. Prodidisti te: Donat. in lemm. — Idem in III 4, 12 „Prodidisti et te—fuit." 59. Donatus: Quid credebas] Incerta distinctio. nam et per se „quid?" et „quid credebas?" legi potest. 61. Nolim: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Óbsecro, num lúdis tu [nunc] me? MI. Égo te? quam obrem? AE. Néscio:
Quía tam misere hoc ésse cupio uérum, eo uereór magis.
MI. Ábi domum ac deos cómprecare, ut úxorem accersás: abi.
AE. Quíd? iam uxorem? MI. Iám. AE. Iam? MI. Iam quantúm potest. AE. Di mé, pater,
Ómnes oderint, ni magis te quam óculos nunc [ego] amó meos.
MI. Quíd? quam illam? AE. Aeque. MI. Pérbenigne. AE. Quíd? ille ubi est Milésius?
MI. Périit, abiit, náuem ascendit: séd cur cessas? AE. Ábi, pater:
Tú potius deos cómprecare: nám tibi eos certó scio,
Quó uir melior múlto es quam ego, optémperaturós magis.
MI. Égo eo intro, ut quae opus sunt parentur: tú fac ut dixi, sí sapis. —

63 NUNCLUDISTUME A num ludis nunc tu me DG num ludis tu nunc me BCFP num ludis tu michi nunc E te *om.* F'P 64 MISER A, E *add. uel* A¹ *uel corr. ant.* hoc cē G ideo BCEFP 65 conprecare CF arcessas C¹DF²GP accessas C²F' 66 Quid iamne uxorem ducam, ducam *in ras. a corr.*, D Quid iamne uxorem ducam BCEFGP MI. quantum (*om.* iam) E POTES ADFG DICME A, C *induxit corr. rec.* 67 oderint *ex* oderunt D NUNCAMO A nunc ego amo *rell.* 68 QUICQUAMILLA A milesius, sius *in ras.*, D 69 PERIITABITNAUEM ESCENDIT A Nauem ascendit abiit periit DG (nauī G) Abiit periit nauem ascendit BCEFP nauim BC² escendit C, *corr.* C²) 70 conpraecare C conprecare BF certos scio D certe scio BCEFP 71 optemperaturos DFP *cum* A 72 ego ibo intro DG sint F parenter D

63. Donat. in lemm.: „non ludis nunc me." *tum:* et ob hanc causam dicit „ludis tu me nunc"... — Diomed. p. 346 „num ludis tu me." 64. Seru. in Aen. VII 556 Egregium Veneris genus] ... Urbanus totum hunc locum per interrogationem uult accipi ... ut quasi per gratulationem non credat, sicut illud Terentii „quia tam misere cupio, eo uereor magis. — Donat. in Hec. V 4, 1: ‚in Heaut.' „eo (ego *Ed. pr.*) uereor magis." — cupio esse: Donat. in lemm. 66. Donatus: Quid? iam uxorem] Accessit ad beneficium tempus et ideo „iam" quasi gestiens repetit adolescens. — Idem: quantum potes] Id est cito. aut „quantum potest." deest ‚esse.' — Schol. Bembin.: quantum desiderio capis. 67. quam oculos amo meos: Donat. in lemm. 68. Quicquam illa: Donati *Ed. pr.* in lemm. 69. abiit nauem ascendit: Donat. in lemm. 72. Prisc. II p. 119 „Ego ibo—dixi." —

Digitized by Google

AE. Quid hoc ést negoti? hoc ést patrem esse aut hóc est fílium ésse?
Si fráter aut sodális esset, quí magis morem géreret?
Hic nón amandus? hícine non gestándus in sinú est? hem:
Itaque ádeo magnam mihi ínicit sua cómmoditate cúram,
Ne fórte inprudens fáciam quod nolít: sciens cauébo.
Sed césso ire intro, né morae meis núptiis egomét siem?

B DEMEA
SENEX

DE. Defessus sum ambulándo: ut, Syre, te cúm tua IV 6
Monstrátione mágnus perdat Iúppiter!
Perréptaui usque omne óppidum: ad portam, ád lacum,
Quo nón? neque fabrica illi úlla erat nec frátrem homo
Vidísse se aibat quísquam. nunc ueró domi
Certum óbsidere est úsque, donec rédierit.

75 AMANDUS est A, est *add. corr. rec.* amandus est **D G** 76 INIECIT **A** *cum rell.* (e *in ras.* **F**) 77 NEFORTENPRUDENS **A**, *corr.* A[1] Ne inprudens forte **B C F P** forte *om.* **E** id faciam **D G** NOLIṄT **A** 78 ne mora meis **D E G P** nemo ra meis **F** nemorā eis **C** ne mora eis **B** sim *Guyetus et Bentleius*

IV 6 *B* DEMEA DVO *A* MICIO SENES **D** DEMEA MICIO SENES .II. **G** DEMEA MICIO **E** DEMEA SENEX **P C** DEM̃ **F** 1 te Sire **E** Sire **F** 2 monstrationē agnus C^1, monstratione agnus C^2 3 opidum **D** lacum **D** 4 nec fabrica illi ulla *Bentleius* NEQ. ILLIFABRICAULLA **A**, *corr. rec.* nec fabrica illic ulla **B C E F P** neque illc fabrica ulla **D G** DOMO **A** 5 fese **G** AIEBAT **A** *cum rell.*

Donatus: Ego eo intro ut quae opus sint parentur, tu fac ut dixi, si sapis] Hic uersus in quibusdam non inuenitur. 75. Hic non amandus est: Donat. in lemm. 76. iniecit: Donat. in lemm. 77. Ne forte inprudens: Eugraph. in lemm. 78. Arusian. p. 247 Morae illis est. T. A. „ne—siem." — ne in mora meis nuptiis: Donat. in lemm.

IV 6. Eugraphius: Haec scaena accusationem tenet quod adulescens uitiauerit uirginem et nunc meretricem rapuerit: defenditur a patre. 1. Prisc. I p. 514 „Defessus sum ambulando."

Digitized by Google

A MICIO *B* DEMEA
SENES II

IV 7 MI. Ibo, íllis dicam núllam esse in nobís moram.
DE. Sed eccum ípsum: te iam dúdum quaero, Mício.
MI. Quid nám? DE. Fero alia flágitia ad te ingéntia
Boni illíus adulescéntis. MI. Ecce autém. DE. Noua,
Capitália. MI. Ohe iam. DE. Néscis qui uir sít. MI. Scio.
DE. O stúlte, tu de psáltria me sómnias
Agere: hóc peccatum in uírginem est ciuém. MI. Scio.
DE. Oho, scís et patere? MI. Quíd ni patiar? DE. Díc mihi,
Non clámas? non insánis? MI. Non: malím quidem.
DE. Puer nátus[t]. MI. Di bene uórtant. DE. Virgo níhil habet.
MI. Audíui. DE. Et ducenda índotatast. MI. Scílicet.
DE. Quid núnc futurumst? MI. Íd enim quod res ípsa fert:
Illínc huc transferétur uirgo. DE. O Iúppiter,
Istócine pacto opórtet? MI. Quid faciam ámplius?
DE. Quid fácias? si non ípsa re tibi istúc dolet,
Simuláre certe est hóminis. MI. Quin iam uírginem
Despóndi: res compósita est: fiunt núptiae:

IV 7 MICIO DEMEA SENES II P MICIO . SENEX DEMEA .II. C MICIO DEMEA F *Non incipiunt nouam scaenam* DEG 1 Ibo, o *ex corr.*, F 2 haec cum DG 4 *In* G ecce—*u.* 5 eho iã *Micionis sunt, sed spatia relicta post* aut̄ *et* capitalia M. ecce autem noua. DE. Capitalia *Bothius* 5 Capita^{lia} F ^{o}EKO A, oeh *ex* EKO *effecit corr. rec.* ah nescis BCDEFGP quid C siet D^{1}G 6 ^{a}OSTULTE A, *corr. rec.* a ^{h}stulte C, *corr.* C^{2} ah stulte BDEFGP me *om.* D^{1}, *add.* D^{2} *In* A *uersus exit in* AGERE 7 pa^{ec}catum C, *corr.* C^{2} est *om.* G 8 Eho BCDFGP 9 equidem G 10 PUER^{Λ}NATUS^{et} A, *corr. rec.* Puer est natus DG natus est BCEFP bone F 11 indota D^{1}G 12 MI. quod res ipsa fert id enim E 13 tranſferret: G 15 quid fatia^{s} E quid facias rogitas BCDFGP iſtud G 16 est certe BC

IV 7. Donatus: In hac scaena est exemplum intempestiuae obiurgationis et per hoc ridiculae. 4. 5. Lex. Maii p. 125 „noua Capitalia." 8. Eho: Donat. in lemm. 9. Donatus: Non. malim quidem] Alii uolunt Micionem dicere „malim quidem" (non malim quidem *Ed. pr.*), alii Demeam. 10. Philargyr. in Verg. Ecl. 3, 30 „Puer natus nihil habet uirgo." — Puer natus est: Donat. in lemm. 14. fieri oportet: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Dempsí metum omnem: haec mágis sunt hominis. DE. Céterum
Placét tibi factum, Mício? MI. Non, sí queam
Mutáre. nunc cum nón queo, animo aequó fero.
Ita uítast hominum, quási cum ludas tésseris,
Si illúd quod maxume ópus est iactu nón cadit,
Illúd quod cecidit fórte, id arte ut córrigas.
DE. Corréctor: nempe tua árte uiginti minae
Pro psáltria periére: quae quantúm potest
Aliquo ábiciunda est, sí non pretio, grátiis.
MI. Neque ést neque illam sáne studeo uéndere.
DE. Quid ígitur facies? MI. Dómi erit. DE. Pro diuóm fidem,
Meretrix et mater fámilias una in domo?
MI. Cur nón? DE. Sanum te crédis esse? MI. Equidem árbitror.
DE. Ita mé di ament, ut uídeo tuam ego inéptiam,
Factúrum credo, ut hábeas quicum cántites.
MI. Cur nón? DE. Et noua nupta éadem haec discet. MI. Scilicet.
DE. Tu intér eas restim dúctans saltabís. MI. Probe.

18 hec magif G 19 quaeam D 20 IDMUTARE A dum E aequo animo BCDEGP fero aequo F 21 e uitast D 22 illud qđ G iactū C 24 TUA A, A *induxit corr. rec.* arte G¹, t certe G² certe E 26 aliqua o abiciunda, abiciun *in ras.*, G abicienda, e *in ras.*, D ABICIENDA A praetio BP PRETIOGRATIS A, at *add. corr. rec.* uel gratis (B?) CDEFP at t gratis G 27 studio e D, *corr.* D² 28 facies a D, *corr.* D² facias BCEFGP DIUOM e A, deum *ex* DIUOM *fecit corr. rec.* deum DG 29 FAMILIASUNA erit A, erit *add. corr. rec.* familias erit una BCDEFGP 30 sanumne credis te esse *Bentleius* SANUMTECREDISESSE AD¹G (sanū ne D, sanū *in ras.*, ne *a* D²) sanumne te credis esse BCEFP aequidem G 31 DIBENEAMENT A di (dii) ament BCDEFGP EGO TUAM ADG tuam ego BCEFP 32 Faturum P CANTIȩES t A, *corr. rec.* 33 ut et D haec eadem DG 34 du||ctanſ G

19. tibi placet: Donat. in lemm. 21. Ita est uita hominis: Donat. in lemm. — Charis. p. 192 „quasi—tesseris." 22. Donatus: Utrum „opus est iactu" an „iactu non cadit?" Incerta distinctio est. 29. mater familias una in domo: Eugraph. in lemm. 31. Ita me di ament ut ego uideo tuam ineptiam: Donat. in lemm. 32. Claud. Sac. p. 27 „habeas quicum cantites."

Digitized by Google

DE. Probe? MI. Ét tu nobiscum úna, si opus sit. DE. Eí mihi.
Non te haéc pudent? MI. Iam uéro omitte, Démea,
Tuam ístanc iracúndiam, atque ita utí decet
Hilarum ác lubentem fác te gnati in núptiis.
Ego hós conuenio: póst huc redeo. — DE. O Iúppiter,
Hancíne uitam! hoscine móres! hanc deméntiam!
Vxór sine dote uéniet: intus psáltria est:
Domus súmptuosa: adulescens luxu pérditus:
Senéx delirans. ípsa si cupiát Salus,
Seruáre prorsus nón potest hanc fámiliam.

Γ SYRUS *B* DEMEA
SERUOS SENEX

V 1 SY. Edepól, Syrisce, té curasti mólliter
Lautéque munus ádministrastí tuom.
Abi. séd postquam intus sum ómnium rerúm satur,

35 DE. Probe. MI *om.* BCEFGP (*habet* D *cum* A) una *om.* C', *add.* C² 37 ISTAM A iſtanc, c *in ras.*, D iracondiã G ut D'G 38 Hilarem DEF'G et lubentem P ut lubentem F face| in, in *in ras.*, D facẽ G GNATINUPTIIS (*o.n.* in) AG nati in nuptiis B in nati nuptiis CDEFP 39 CONUENIO A, ṃ *corr. et deleuit rec.* conueniam BCDEFGP huc *ex* hunc F 41 ueniat E 42 Domum C, *corr.* C² ſumptuoſa eſt EG 44 non poterit E hanc familiam non poteſt F

V 1 *Γ* SYRVS SERVVS *B* DEMEA SENEX D SYRVS DEMEA SERVVS SENEX CP SYRVS DEMEA EF Demea ſyrvſ G 1 Epol G, *corr.* G² Sirisce BE 2 Laute quae C amministrasti BG TUUM A 3 Abi *om.* A, *addidit corr. rec. in fine us.* 2 rerum omnium DG

35. 36. Prisc. II p. 231. 329 „ei—pudent." 36. Arusian. p. 253 „Non te haec pudent." 36. 37. Donat. in Andr. III 2, 30. in Eun. I 2, 112 „iam—istam iracundiam" (mitte: Eun.). in Ad. V 3, 49 „iam—istanc iracundiam." — istanc: Idem in lemm. 37. atque uti decet: Donat. in lemm. 38. Donatus: hilarum] uetuste, non ‚hilarem.' — et lubentem: Idem in lemm. 40. hosne: Donati *Ed. pr.* in lemm. 42. Prob. Cathol. p. 31. Claud. Sac. p. 59 „adulescens luxu perditus." 44. non poterit: Donat. in lemm.

V 1. 1. Prisc. I p. 115. II p. 16. 237. Cledon. p. 1924 „Edepol—molliter." (Surisce: Cledon.). 3. Arusian. p. 261 „postquam - tur." — Prisc. II p. 377 „sed—satur."

Digitized by Google

Prodeámbulare huc líbuit. DE. Illud sís uide
Exémplum disciplínae. SY. Ecce autem híc adest
Senex nóster. quid fit? quíd tu es tristis? DE. Óh scelus.
SY. Ohe iám: tu uerba fúndis hic, sapiéntia?
DE. Tu sí meus esses . . SY. Dís quidem esses, Démea,
Ac tuám rem constabilísses. DE. Exemplo ómnibus
Curárem ut esses. SY. Quam óbrem? quid fecí? DE. Rogas?
In ípsa turba atque ín peccato máximo,
Quod uix sedatum sátis est, potatís, scelus,
Quasi ré bene gesta. SY. Sáne nollem huc éxitum.

A DROMO PUER *B* DEMEA SENEX *A* SYRUS SERUOS

DR. Heus Sýre, rogat te Ctésipho ut redeás. SY. Abi. V 2
DE. Quid Ctésiphonem hic nárrat? SY. Nihil. DE. Eho, cárnufex,
Est Ctésipho intus? SY. Nón est. DE. Cur hic nóminat?
SY. Est álius quidam, párasitaster paúlulus:
Nostín? DE. Iam scibo. SY. Quíd agis? quo abis? DE.
Mítte me.

4 Porro deambulare **EG** KUCLIBUIT **A**, *cuius in locum* huic libitum est *substituit idemque induxit corr. rec.* libitum est **BCDEFGP** sis, *prior* s *in ras.*, **D** 6 ohe scelus **BCDEFGP** 7 eho *ex* ohe **D** eho **BCEFP** fundes **D**^{1}**G** sapientia hic **DG** 8 Tu **GP**^{1} TUN **ABCDEFP**^{2} 9 exemplo *Bentleius* EXEMPLA **A** exemplum **BCDEFGP** 10 curaremutasses **C**, *corr.* **C**^{2} 12 POTIS **A**, *corr. rec.* potasti **BCDEFGP** (otas *a corr. in ras.* **F**) 13 huc **D**^{1}**G** KUNC **A** (**B**?) **CD**^{2}**EFP** *Post* 13 F. IIII A. **E**

V 2 *Z* PVER DROMO *B* SENEX DEMEA *Γ* SERVVS SYRVS **D** DROMO PVER SYRVS DEMEA IDEM **P** DROMO SYRVS SERVVS DEMEA **C** DROMO SYRVS DEMEA **F** DROMO DEMEA SYRVS **E** *In* **G** *uacuum spatium dimidium uersum aequans* 1 Heus heus Syre **DG** 2 o carnufex **G** 4 paruulus **BC** 5 SCIO **A** aif **F**

4. 5. Donat. in Phorm. II 3, 11 „illud—disciplinae." 7. Donatus: „fundes"] Utrum sine ulla cessatione proferes an perdes? — Utrum „sapientia uerba" an „tu sapientia? 8. Pompeii Comment. p. 153 „dis ‚pol' esses, Demea." 12. Donatus: . . Oratorie „potastis" dixit, cum unum ebrium cernat. 13. hunc: Donat. in lemm. — Idem in Andr. I 1, 13 haud muto factum] . . ut „nollem factum," „nollem hunc exitum."

V 2. 4. Lex. Maii p. 438 „‚et' alius quidam parasitaster." — paululus: Donat. in lemm.

Digitized by Google

SY. Noli ínquam. DE. Non manum ábstines, mastígia?
An tíbi iam mauis cérebrum dispergam híc? SY. Abit.
Edepól commissatórem haud sane cómmodum,
Praesértim Ctesiphóni. quid ego núnc agam?
Nisi, dum haé silescunt túrbae, interea in ángulum
Aliquo ábeam atque edormíscam hoc uilli. sic agam.

A MICIO *B* DEMEA SENES II

V 3 MI. Paráta a nobis súnt, ita ut dixi, Sóstrata:
Vbi uís.. quis nam a me pépulit tam grauitér fores?
DE. Ei míhi, quid faciam? quíd agam? quid clamem aút querar?
O caélum, o terra, o mária Neptuni. MI. Ém tibi,
Rescíuit omnem rem: íd nunc clamat: ílicet,
Parátae lites: súccurrendumst. DE. Éccum adest

6 *Syri notam om.* A¹, *add. corr. rec.* nū manum G manum D, *corr.* D² manuf E malus F abstinens D 7 iam *om.* BCEFP magis E dispergi BCDEFGP (dispergę CF) abiit BCDEFGP 8 COMMISATOREM A, M *induxit corr. rec.* comissatorem C¹ cōmessatorem E comessatorem BC²P² (P² *in ras.*) comesatorem DFG haut C, *corr.* C² comodum C 9 pfertim *supra lineam* D ịn Ctesiphoni F 10 haec E 11 ḥabeam BC UILLISSIC A uilli EG uini F uini BCD (ui *in ras.* D) P

V 3 *A* MICIO SENES *B* DEMEA II D MICIO SENES DEMEA II P MICIO SENEX. DEMIA. II. C MICIO DEMEA EF Deœea œITIO G 1 dixti D²EF² 3 quid agam *om.* BCEFP quid damē || D quaerar B¹DG AUTQ.RAR A 4 hem BEG 5 clamat || licet D clamat scilicet BCEFGP 6 sucurrendum C, *corr.* C²

6. Prisc. II p. 299 „non—mastigia." — manus: Donat. in lemm. 7. An tibi mauis cerebrum dispergi hic. Abiit: Donat. in lemm. — Schol. Bembin.: dispergam: in diuersum spargam. 10. 11. Prisc. II p. 267 „Nisi —uilli." — Lex. Maii p. 610 „aliquo in angulum abeam hoc uillum obdormiscam." 11. Arus. p. 229 „edormiscam hoc ‚uini.'" — Prisc. I p. 428: „hoc uilli edormiscam." — uilli: Donat. et Eugraph.

V 3. 1. dixi: Donat. et Eugraph. („ita ut dixi" dicendo significat se dixisse omnia: Donat.) 3. hei mihi quid faciam? quid agam?: Donat. et Eugr. 4. Donat. in Andr. IV 2, 12. Acron in Hor. A. P. 92. in Epod. 17, 30 „O caelum—Neptuni. — hem: Donat. in lemm. 5. 6. Donatus: Videtur et ipse pertimuisse dicendo „ilicet" et „paratae lites." (dicendo .i. (*h. e.* scilicet) paratae lites *Ed. pr.*). — Seru. in Aen. II 424 „Ilicet" ‚mox'

Digitized by Google

Communis corruptela nostrum liberum.
MI. Tandem reprime iracundiam atque ad te redi.
DE. Repressi, redii, mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus. dictum hoc inter nos fuit —
Ex te adeo est ortum, — ne tu curares meum
Neue ego tuom? respondе. MI. Factumst, non nego.
DE. Cur nunc aput te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam, Micio? numqui minus
Mihi idem ius aequomst esse? quid mecumst tibi?
Quando ego tuom non curo, ne cura meum.
MI. Non aequom dicis. DE. Non? MI. Nam uetus uerbum hoc quidemst,
Communia esse amicorum inter se omnia.
DE. Facete: nunc demum istaec nata oratiost.
MI. Auscultа paucis, nisi molestumst, Demea.
Principio, si id te mordet, sumptum filii
Quem faciunt, quaeso hoc facito tecum cogites:
Tu illos duo olim pro re tollebas tua,
Quod satis putabas tua bona ambobus fore,

7 nostrorum **CEFP** 8 adque **F** ad te || || redi, te *in ras.*, **D** ad rem redi **G** 10 inter nos hoc **BCEFP** 11 ortum est **BCEFP** exortum est **DG** 12 TUUM **A** non ego **E** 13 nc̄ *ex* non **B** APUTTETAT **A** aput **G** 14 Curemuſ aequum **D**, *corr.* **D²** NUMQUI **A**, d *add. corr. rec.* numquid **BCDEFGP** 15 Mihi idem, Mihi i *in ras. a corr.*, **P** AEQUUMSTESSEQUID **A** esse quam **D¹F** esse quod **BCD²EGP** 16 TUUM **A** 18 INTEROMNIA (se *om.*) **A** 21 filii tui **F** 22 facito hoc **D¹G** facito haec **BCD²EFP** 23 duos **BCEFP** olim duos **DG** pre *ex* pre **D²** tollebas, ra *in marg.*, **F** TOLERABAS **AG** 24 tua *ex* tanta **P²** ambobus esse **E** ambobus tua **C**

‚confestim.' sed apud ueteres significabat ‚actum est' ... „Em—ilicet." — Schol. Bembini: scire licet res omnis palam. 7. nostrorum liberorum: Donati *Ed. pr.* in lemm. 8. ad rem redi: Eugraph. in lemm. 10. hoc inter nos: Eugraph. in lemm. 11. est ortum: Eugraph. in lemm. 14. Donatus: num (nam *Ed. pr.*) qui minus] ... „qui" qua re uel cur significat. 16. Eugraph. in III 3, 68 „Quando—meum." 17. Donatus: non. nam—est] Confidenter „non" repetiuit, non habens rationem quam subiceret, nisi illi prouerbium uenisset in mentem. 19. Donatus: Facete—oratio est] Alii totum iungunt, alii separant. 21. id mordet te: Donat. in lemm. (Claud. Sac. p. 58 T. „sumptus quos ergo faciunt." cf. Heaut. I 1, 78. Hec. IV 4, 63). 23. Charis. p. 126 „Tu—tua": ubi HELENIUS ACRON ‚pro duos.'

Digitized by Google

Et mé tum uxorem crédidisti scílicet
Ductúrum: eandem illam rátionem antiquam óptine:
Consérua, quaere, párce, fac quam plúrimum
Illís relinquas: glóriam tu istam óptine.
Mea, quaé praeter spem euénere, utantúr sine.
De súmma nihil decédet: quod hinc accésserit,
Id dé lucro putáto esse omne. haec sí uoles
In ánimo uere cógitare, Démea,
Et mihi ét tibi et illis démpseris moléstiam.
DE. Mittó rem: consuetúdinem ipsorúm.. MI. Mane:
Scio: ístuc ibam. múlta in homine, Démea,
Signa ínsunt, ex quibus cóniectura fácile fit,
Duo cúm idem faciunt, saépe ut possis dícere
'Iloc licet inpune fácere huic, illi nón licet',
Non quó dissimilis rés sit, sed quo is quí facit.
Quae ego inésse in illis uídeo, ut confidám fore
Ita ut uólumus. uideo eos sápere, intellegere, ín loco
Veréri, inter se amáre: scires líberum
Ingénium atque animum. quó uis illos tú die

25 m&um **C** mecum, *ut uidetur,* **D** scilicet credidisti **E** *In* **FP** *uersus exit in* Ducturum. 26 optine **BCFP** *cum* **A** retine **E** 28 istam tibi obtine **D**, *corr.* **D²** obtine *ex* obtime **G** tu istanc tibi optine **BCEFP** (obtine **E**) tu istanc tibi (*om.* obtine) *Bentleius* 29 Mea praeter quae praeter **P**, *corr.* **P²** euenire e **D**, *corr.* **D²** 30 decidet *ex* decedet **F²P²** DECEDIT **A** 31 omnia haec **BCDEFGP** 33 *omissus in* **C**, *sed a* **C'** *in ima pagina suppletus* 34 CONSUETUDINEMAMBORUM **A** 36 facile sit **E** 38 Huic licet **D'G** facere inpune **EF** INPUNEREKUIC **A** facere hoc **G** 39 Non qđ **BCDEFGP** sed quo **D'G** *cum* **A** sed quod **BCD²EFP** 40 INESSEILLIS **A** in illis esse **BCDEFGP** et uideo **F** ut confidam—*u.* 41 uideo *in marg.* **D** 41 UIDEOSAPERE (eos *om.*) **A** fauere **G** intelligere **B** 42 scires *Lachmannus* SCIREET **A** scire est **BCDFGP** scire ||||| **E** et liberum **F**, et *add.* **F²** 43 ILLOSTUDE **A** illo studie **F** illos studio tu die **D**, *corr.* **D²**

25. 26. Diomed. p. 390 „me ‚tum cum' uxorem—Ducturum." 29. Arusian. p. 265 „Mea—sine." (Prisc. II p. 138. T. in A. „‚quia' praeter spem ‚euenit.'"). 34. ipsorum: Donat. 37. Donatus: Melius est „saepe" ad superiora coniungere... ‚saepe idem faciunt.' 39. Non quod: Donat. et Eugr. in lemm. — sed quod hic: Eugr. in lemm. 40. illis inesse: Donati *Ed. pr.* in lemm. 41. Prisc. II p. 107. 177. 290 „uideo amare inter se." — Idem p. 375: „uideo sapere in loco amare inter se." — Donatus: Non „in loco intelligere," sed „in loco uereri."

Digitized by Google

Reddúcas. at enim métuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paúlo. o noster Démea,
Ad ómnia alia aetáte sapimus réctius:
Solum únum hoc uitium adfért senectus hóminibus:
Adténtiores súmus ad rem omnes, quám sat est:
Quod illós sat aetas ácuet. DE. Ne nimiúm modo
Bonaé tuae istae nós rationes, Mício,
Et túos iste animus aéquos subuertát. MI. Tace:
Non fíet. mitte iam ístaec: da te hodié mihi:
Expórge frontem. DE. Scílicet ita témpus fert,
Faciúndumst: ceterum égo rus cras cum fílio
Cum prímo luci ibo hínc. MI. De nocte cénseo:
Hodié modo hilarum fác te. DE. Et istam psáltriam
Vna illuc mecum hinc ábstraham. MI. Pugnáueris.
Eo pácto prorsum illi álligaris fílium.
Modo fácito ut illam sérues. DE. Ego istuc uídero:
Atque íbi fauillae pléna, fumi ac póllinis

44 reddúcas D REDUCAS A *cum rell.* re metuaſ G 45 O misiores P Omiſsio C 47 Solū *ex* Soluſ G ADFERTSENECTUS ADG senectus adfert BCEFP (affert BE) 48 Atte mitiores F, *corr.* F² 50 istae *om.* G 51 TUUSISTAE A istáe C aequos CDEFP *cum* A ſubuortant BCEF²GP ſubuertant DF¹ 54 ego *om.* BCDEFGP cras *om.* BCEFP cum F, *corr.* F² 55 Cum prima luci P Cum prima luce BCDEFG LUCI A, *corr. rec.* MI. immo de nocte BC²DEF²GP (immo *om.* C¹F¹P¹ *cum* A) 56 hylarum DG te fac BCDEFGP ſaltriam F 57 illum D abſtahā G 58 pſtū G prorsus E²F² illic BCDEFGP 59 ISUIDERO A istoc Euidebo G 60 atque illi BCDEFP² (li *in ras.* CF bi P¹ *cum* A) atq; illa G

51. Donatus: ...subuertant] Si „ne" ‚ualde,' „subuertit" (subuertant *Ed. pr.*) infra legendum est. si „ne" pro ‚non' coniunctio est, „subuertat" (subuertant *Ed. pr.*) legendum est. 53. Arus. p. 230. Acron in Hor. C. III 29, 13 „Exporge frontem." — ceterum rus cras (*om.* ego): Donat. in lemm. 55. Donatus: cum primo lucu] ... „primo lucu" ueteres dicebant, lucum pro sole ponentes. 2, cum primo lucu] Veteres masculino genere dicebant ‚lucem.' — Schol. Bembin.: primo luci: alterum ‚datiui ca[sus est], alterum genetiui. nam „luci" [ita de]clinauit ut Vergilius ... duri mile[s Ulixi]. 56. fac te: Donat. in lemm. 58. prorsus illic: Donat. in lemm. 60. Atque illic: Donat. in lemm. 60. 61. Lex. Maii p. 437 „pollinis a fumi plena sit faxo."

Digitized by Google

Coquéndo sit faxo ét molendo: praéter haec
Merídie ipso fáciam ut stipulam cólligat:
Tam excóctam reddam atque átram quam carbóst. MI. Placet:
Nunc míhi uidere sápere. 'atque equidem filium
Tum etiám si nolit cógam ut cum illa uná cubet.'
DE. Derídes? fortunátus, qui isto animó sies:
Ego séntio. MI. Ah, pergísne? DE. Iam iam désino.
MI. I ergo íntro, et cui rei est, eí rei hunc sumamús diem.

61 SITET (faxo) A, faxo *add. corr. rec.* 63 reddā, ddā *in ras. a corr.*, P *In u.* 64—67 *secuti sumus distinctionem personarum qualis est in* B² D E G P², *nisi quod in* E *rasura est post* sapere (64) *et* sies (66). *In* B¹ C F P¹ *illa omnia* atque (64)—sentio (67) *sunt Demeae. In* A *loquitur Demea* ATQUE—CUBET, *Micio* DERIDES, *Demea* FORTUNATUS—SENTIO 65 Tuụm D cogas D E G, s *in ras. a* D¹ E² cub(e)at D, *corr.* D² 66 istoc B C D E F G P 67 ẠḲ A, *induxit corr. rec.* pergne (is) E 68 ịi C ụt (e) F ETQ(cui)Ụ(i)ỌDRẸṢEST A, cui rei *ex* QUODRES *effecit corr. rec. cum* B C P cui rei opus est D E G EIREI (ilarum) A, ilarum *add. corr. rec.* ei rei hilarem hunc D E G rei est ẹị (opus) ṛẹị (ilarē) huụnc F

61. 62. Prisc. I p. 365 „praeterea'—colligat." — Idem p. 159 „ipso meridie stipulam colligendo." — Pompeii Comment. p. 136 „praeterea ipso meridie faciam ut stipulas colligat." 63. Seru. in Aen. XI 788 „Tam excoctam atque atram reddam quam carbo est." 64. Donatus: Atque equidem filium] Suadet laetitiam non solum, sed etiam ridere cogit inuitum. 66. Donatus: Derides—sies] Hoc uerbum uultu Demeae sic profertur, ut subrisisse uideatur inuitus. — *Et* isto *et* istoc: Donat. in lemm. 68. et ei rei cui rei opus est: Donati *Ed. pr.* in lemm.

Digitized by Google

A DEMEA SENEX

Númquam ita quisquam béne subducta rátione ad uitám fuit, 855 V 4
Quín res aetas úsus semper áliquid adportét noui,
Áliquit moneat: út illa quae te scísse credas néscias,
Ét quae tibi putáris prima, in éxperiundo ut répudies.
Quód nunc mihi euenít: nam ego uitam dúram, quam uixi 5
úsque adhuc,
Própe iam excurso spátio omitto. id quam óbrem? re ipsa
répperi 860
Fácilitate níhil esse homini mélius neque cleméntia.
Íd esse uerum ex me átque ex fratre cuíuis facilest nóscere.
Ílle suam semper égit uitam in ótio, in conuíuiis,
Clémens, placidus, núlli laedere ós, adridere ómnibus: 10
Síbi uixit: sibi súmptum fecit: ómnes bene dicúnt, amant. 865

V 4 *A* DEMEA SENEX D deωea G DEMEA SYRVS / SENEX SERVVS CP DEMEA SYRVS E DEMEA SYR. F *Duae figurae sunt pictae in* CFP 1 Numquam me F bone F 2 apportet B 3 scire BCEFP 4 putares DG ut *om.* BCD²EFP (*habuit* D¹ *cum* AG) 5 *Totus uersus in* P *a corr. in ras. scriptus est In media uoce* UIX|I *incisum est in* A uix| Vusq; D, *altera* u *erasa* 6 mitto BCEF omitto P, *corr.* P² INQUAMOBREM A, *corr.* A¹ reperi D 8 cuius F cui uif G, *corr.* G² est *ex corr.* C 9 Illae G gessit uitam DG 10 arridere BE

V 4. 1. Non. p. 399 „Numquam—fuit." 6. Prisc. I p. 375. 378. 562. II p. 269 „decurso iam spatio." — Id. II p. 230 „decurso spatio." — iam decurso spatio : Eugraph. in lemm. 9. egit uitam : Donat. in lemm. 10. Prisc. II p. 355 „nulli—omnibus."

ASHMOLEAN MUSEUM LIBRARY OF CLASSICAL LITERATURE OXFORD
Digitized by Google

Égo ille agrestis, saéuos, tristis, párcus, truculentús, tenax
Dúxi uxorem: quam ibi miseriam uídi! nati fílii,
Ália cura: heia aútem, dum studeo illis ut quam plúrimum
Fácerem, contriui ín quaerundo uítam atque aetatém meam:
Núnc exacta aetáte hoc fructi pró labore ab eís fero,
Ódium: ille alter síne labore pátria potitur cómmoda.
Íllum amant, me fúgitant: illi crédunt consilia ómnia,
Íllum diligúnt, aput illum súnt ambo, ego desértus sum:
Íllum ut uiuat óptant, meam autem mórtem exspectant scílicet.
Íta eos meo labóre eductos máximo hic fecít suos
Paúlo sumptu: míseriam omnem ego cápio, hic potitur gaúdia.
Áge age nunciam éxperiamur cóntra, ecquid ego póssiem
Blánde dicere aút benigne fácere, quando hoc próuocat.
Égo quoque a meís me amari et mágni fieri póstulo.
Si íd fit dando atque óbsequendo, nón posteriorés feram.
Déerit: id mea mínime re fert, quí sum natu máxumus.

12 parcus *ex* partus **D** 13 nati sunt filii **F** 14 cura porro autem **BCD²EFP** (cura heia autem **D¹** *cum* **A**) haei **G** 16 FRUC FRUCTI **A** ABIIS **AD¹G¹P¹** ab is **G²P²** ab his **BE** ąabhis, h *in ras.*, **C** ab bſ, h *in ras*, **D** ab hiif filiſ fero **F**, fero *add. schol.* 18 ominia **F** 19 aput **G** *cum* **A** 20 Illi *ex* Illū **F** optant, nt *in ras.*. **D** 21 MEOMEO **A**, *prius* MEO *induxit corr. rec.* meo *in marg.* **F** EDICATOS **A**, *corr. rec.* edoctos **C** edoctos **D** maxime **DG** 22 capio ego **G** POTITURCON gau **A**, *corr. rec.: sequitur fenestra in qua* MODA *primae et* dia *recentis interierunt* 23 nunc (*om.* iam) **BCEFGP** PORROCONTRA ETQUID **A**, PORRO *induxit corr. rec.* contra ecquid **C** contra haec quid **BDEFG** possim **DG** POSSIEM **A**, E *induxit corr. rec.* 24 huc **G** eo hᵗ|c **B**, *corr.* **D²** eo **BCEFP** 25 amare **CF** MAGNI i PIERI pendi **A**, *corr. rec.* magni pendi **BCDEFGP** 26 atq; obsequendo *om.* **C¹**, *add.* **C²** POSTERIORIS post eriores, s *finalis in ras.*, **D** 27 DEERIT **A**, E *induxit corr. rec.*

13. 14. Augustin. de ciu. dei XIX 5 „Duxi—cura." - Donat. in I 1, 21 „Uxorem duxi—cura." 16. Charis. p. 130 „Nunc—fero" (ab eis *om.*), ubi HELENIUS ACRON ‚et huius fructuis ut senatuis ueteres extulerunt.' — Prisc. I p. 257 „Nunc—fero." 17. Arusian. p. 251 „ille—patriam potitur commodam." — Prisc. II p. 281 „ille—commoda." — Seru. in Aen. III 278 „patria—commoda." 22. (Non. p. 481 T. Adelfis „mille potior gaudia"). — Arusian. p. 251 „hic potitur gaudia." 23. nunc experiamur (*om.* iam): Donat. in lemm. 24. huc: Donat. in lemm. 25. magni pendi: Eugraph. in lemm. — Donatus: si id fit] id est iam a liberis si magni pendor.

Digitized by Google

B SYRUS *A* DEMEA
SERUOS SENEX

SY. Heus Démea, orat fráter ne abeas lóngius. V 5
DE. Quis homo? ó Syre noster, sálue: quid fit? quíd agitur?
SY. Recte. DE. Óptimest. iam núnc haec tria primum áddidi
Praetér naturam: 'o nóster, quid fit? quíd agitur?' 885
Seruom haúd inliberálem praebes te, ét tibi 5
Libéns bene faxim. SY. Grátiam habeo. DE. Atquí, Syre,
Hoc uérumst et ipsa re éxperiere própediem.

Γ GETA *A* DEMEA
SERUOS SENEX

GE. Era, ego húc ad hos prouíso, quam mox úrginem V 6
Accérsant. sed eccum Démeam. saluós sies. 890
DE. O quí uocare? GE. Géta. DE. Geta, hominem máxumi
Pretí te esse hodie iúdicaui animó meo:

V 5 *A* SYRVS SERVVS *B* DEMEA SENEX **D** syruſ ſeuuſ Demea **G** *Continuatur scaena antecedens in* **BCEFP** 1 rogat frater **BCDEFGP** 2 quis homo est **DEG** KOMO est **A**, est *add. corr. rec.* 3 optu me est **D**, *corr.* **D²** optumū ē **G** tria *om.* **G** addidi *om.* **G¹**, *add.* **G²** 5 ſeruuſ **G** haut in liberalem **C** 6 faxim||| **B** 7 et ex ipſa re **G** EXPERIRE E **A**, *corr.* **A¹** experire e **D**

V 6 *Δ* GETA SERVVS *Γ* DEMEA SENEX **D** GETA SERVVS DEMEA SENEX **PC** GETA DEMEA **EFG** 1 Era ego hinc ad hos *supra lineam* **D** Era **C**, *corr.* **C²** hục in **C**, *corr.* **C²** hic n **F** hinc *ex* hunc **B** hinc **E** ADUOS **A** prouisam **BCEFP** 2 arcessant **DG** 3 oh **CF** eh **D** uocariſ **G** maxume **G** 4 PRETI *euanidum in* **A** Praetii **P** esse te **BCEFP** iudicaui hodie **DG** in animo meo **F**

V 5. 1. rogat frater: Donat. in lemm. 3. optime est: Donat. in lemm. 3. 4. Donat. in V 6, 8. V 7, 3 „iam—agitur" (tria haec V 6, 8). 4. Donat. in III 3, 19. in Eun. II 2, 40 „O noster—agitur." 5. Lex. Maii p. 291. 307 „Seruum—te."

V 6. 1. Hera ego hinc ad hos prouisam: Donat. in lemm. — Schol. Bembin.: progrediar et uideam. — 1. 2. Donat. in Eun. III 5, 44 „quam—Accersant." 3. 4. Donat. in Phorm. V 9, 59 „qui uocare—Pretii."

Digitized by Google

Nam is mihi profecto est séruos spectatús satis,
Cui dóminus curaest, íta uti tibi sensí, Geta,
Et tíbi ob eam rem, síquid usus uénerit,
Libéns bene faxim. méditor esse adfábilis,
Et béne procedit. GE. Bónus es, cum haec existimas.
DE. Paulátim plebem prímulum fació meam.

A AESCHINUS ADULESCENS — *A* DEMEA SENEX — *B* SYRUS SERUI — *Γ* GETA II

AE. Occídunt me quidem, dúm nimis sanctas núptias
Student fácere: in apparándo consumúnt diem.
DE. Quid ágitur, Aeschine? AE. Éhem, pater mi, tu hic eras?
DE. Tuos hércle uero et ánimo et naturá pater,
Qui té amat plus quam hosce óculos. sed cur nón domum
Vxórem accersis? AE. Cúpio: uerum hoc míhi moraest:
Tibícina et hymenaéum qui cantént. DE. Eho,
Vin tu huíc seni auscultáre? AE. Quid? DE. Missa haéc face,

5 hif G PRAEFECTOEST A, *corr. rec.* est profecto BCDEFGP 6 CUI *euanidum in* A ut (B?)CDEFP 7 siquid F 8 affabilis BE adfabulif G 9 existimas *in ras.* D 10 primolum BCD²EFP facilo P facito F MEUM A

V 7 *A* AESCHINVS ADVLESC̄ *B* SYRVS SERVI *Γ* GETA .II. *A* DEMEA SENEX D AESCHINVS ADVLESCENS DEMEA SENEX GETA SERVVS SYRVS SERVVS CP AESCHINVS DEMEA SYRVS GETA F heſchin'. demea | syruſ G AESCHINVS DEMEA E 1 MEEQUIDEM A 2 in apparendo D, *corr.* D² totum consumunt BCDEFGP 3 haeſchine G hem DG mi || tun G tun BCDEFP 4 TUUS A ercle E 6 queso uxorem E uxorem quaeso BCFP (quęro F) acceſſerif G MIHIMORAST A, e *add. corr. rec.* mihi morę e D¹G mihi mora est CD²EFP mihi mora|| est B 7 TIBICINAM A himenaeum BFG himeneum D, *corr.* D² (= 9) cantet DG canat BCEFP 8 uincuhuic G ISTAEC A, *corr. rec.* istec D, *corr.* D² iſtec G

5. est profecto: Donat. in lemm. 6. ut: Donat. et Eugraph. in lemm. 8. 9. Diomed. p. 389 „meditor—procedit."

V 7. 3. hem: Donat. in lemm. — Prisc. II p. 1 T. (in ‚Andria') „pater mi." 6. Uxorem quaeso *et* mihi mora est: Donat. in lemm. 8. Arusian. p. 217 „‚Vis'—auscultare."

Digitized by Google

Hymenaéum turbas lámpadas tibícinas,
Atque hánc in horto máceriam iube dírui
Quantúm potest: hac tránsfer: unam fác domum:
Tradúc et matrem et fámiliam omnem ad nós. AE. Placet,
Patér lepidissime. DE. Eúge, iam lepidús uocor.
Fratri aédes fient péruiae, turbám domum
Addúcet, sumptu amíttet multa: quíd mea?
Ego lépidus ineo grátiam. iube núnciam
Dinúmeret ille Bábylo uigintí minas.
Syre, céssas ire ac fácere? SY. Quid ego? DE. Dírue.
Tu illás abi et tradúce. GE. Di tibi, Démea,
Bene fáciant, cum te uídeo nostrae fámiliae
Tam ex ánimo factum uélle. DE. Dignos árbitror.
Quid tú ais? AE. Sic opínor. DE. Multo réctiust
Quam illám puerperam húc nunc duci pér uiam
Aegrótam. AE. Nihil enim uídi melius, mí pater.
DE. Sic sóleo. sed eccum Mício egreditúr foras.

9 hymen cū **G** Turbam hymenaeum **BCEFP** turbam **D** LAMPEDES **A** 10 orto **G** durui **G** 11 potef **G** potes||||ac **P** 12 TRADUCET MATRAM **A** Transduce **BCDEFGP** & filiam **G** 13 leppidissime **DG** heuge **G** 14 FRATRI[s] **A**, s *add. corr. rec.* Fratris (B?)**CDEFGP** hedef **G** *In* **A** *corr. rec. in fine adiecit* abducet 15 ETSUMPTUM AMITTET (*om.* Adduc, ET *induxit corr. rec.*) **A** Adducet et sumptu **EF** Adducet et sumptum **BCDGP** admittet BC^2EFP (amittet C^1DG) 16 *Hic uersus ultimus est codicis Bembini: trium foliorum quae ad ultimum quinionem pertinebant margines tantum supersunt: finiebatur autem comoedia in paenultimi folii pagina aversa fere media. quae in his marginibus supersunt singulae litterae, suis locis indicatae sunt* 17 ille *libri* illi *Donatus* babilo **DE** babillo **G** 18 Sire **F** ||ire **D**, i *in ras.*, **D** ire[ac] facere **P** quid ago **CEF**[2] 19 ac traduce **DG** di[i] **D** 22 quid tu agis **BC** ais Aeschine **E** S. ſic opinor **G** 23 hac BCD^2E hanc D^1FG 24 melius uidi **DEFGP** pater mi **F** 25 aeccum **D** egreditur, tur *in ras.*, **D**

9. Seru. in Aen. X 432: .. plurali numero ‚turbas' perturbationes dixerunt et strepitus: unde et T. „turbas lampadas" propter strepitum uolunt dixisse. — turbas lampadas: Donat. in lemm. 14. Donatus: Fratri aedes] Elegantius quam „fratris." — Fratri: Eugraph. in lemm. 17. Schol. Iuuenal. 3, 221 „Dinumeret nunc ille ‚Babylonias.'" — Donatus: illi) Cui illi? Ctesiphoni [an] lenoni an Aeschino an Syro? — ille Babylo: Eugraph. in lemm.

Digitized by Google

B MICIO SENES *A* DEMEA II *Δ* AESCHINUS ADULESCENS *(Γ)* SYRUS SERUOS

V 8 MI. Iubet fráter? ubi is est? tún iubes hoc, Démea?
DE. Ego uéro iubeo et hác re et aliis ómnibus
Quam máxume unam fácere nos hanc fámiliam,
Colere ádiuuare adiúngere. AE. Ita quaesó, pater.
MI. Haud áliter censeo. DE. Ímmo hercle ita nobís decet:
Primum huíus uxorist máter. MI. Est. quid póstea?
DE. Proba ét modesta. MI. Ita áiunt. DE. Natu grándior.
MI. Scio. DE. Párere iam diu haéc per annos nón potest:
Nec qui eám respiciat quísquam est: solast. MI. Quam híc rem agit?
DE. Hanc te aéquomst ducere, ét te operam ut fiát dare.
MI. Me dúcere autem? DE. Té. MI. Me? DE. Te inquam. MI. Inéptis. DE. Si tu sís homo,
Hic fáciat. AE. Mi patér. MI. Quid tu autem huic, ásine, auscultas? DE. Níhil agis:
Fieri áliter non potést. MI. Deliras. AE. Síne te exorem, mí pater.
MI. Insánis: aufer. DE. Áge, da ueniam fílio. MI. Satin sánus es?

V 8 *A* MICIO SENES *B* DEMEA II. *Δ* AESCHINVS ADVLESC̄ *S* SYRVS SERVVS D MICIO SENEX
DEMEA AESCHINVS P EIDEM MICIO SENEX. DEMEA EIDEM. AESCHINVS C MICIO
DEMEA AESCHINVS F MICIO DEMEA E SYR̄ Demea. eſchin'. MICIO G
1 tune (B?) CD²EFP tuni G 2 iubeo et hac F 4 adiubare F 5 S. haud aliter censeo G haut C, *corr.* C² 6 uxori est *Arusianus* uxoris est BCDEFGP A. Est. quid postea? D MI. quid postea BCEFGP 9 recipiat EF²G 11 tāquam F 12 faciat *in ras.* D autem *om.* BCEFP huic, uic *in ras. a corr.*, F hic G asine *om.* E asinae D auna G 14 Insanis aufer *Donatus* aufer *om.* BCDEFGP da ueniam quaeso filio BCD²EFP (quaeso *om.* D¹G) sat insanus es BFP

V 8. 1. Donatus: Tune iubes hoc, Demea?] Interrogatiue pronuntiandum totum: ita erit una persona. 3. 4. Lex. Maii p. 280 Adiuto uerbum frequentatiuum: unde T. in A. „hanc—adiutare." 6. Arusian. p. 248. Mater illi. T. A. „Primum huius uxori est mater." — uxoris est: Donat. et Eugraph. in lemm. 8. Prisc. I p. 500 T. in ‚Phormione' „‚Neque' parere iam diu haec per ‚aetatem' potest." 11. 12. Prisc. II p. 241 „si tu—faciet." 12. Donatus: quid tu autem huic asine auscultas] Aptum conuicium grandi et fatuo. 14. Donatus: Insanis aufer] „aufer" uel te uel manum.

Digitized by Google

Ego nóuos maritus ánno demum quínto et sexagénsumo
Fiam átque anum decrépitam ducam? idne éstis auctorés mihi?
AE. Fac: prómisi ego illis. MI. Prómisti autem? dé te largitór, puer.
DE. Age, quíd siquid te máius oret? MI. Quási non hoc sit máxumum.
DE. Da uéniam. AE. Ne grauáre. DE. Fac, promítte. MI. Non omíttitis?
AE. Non, nísi te exorem. MI. Vís est haec quidem. DE. Áge prolixe, Mício.
MI. Etsi hóc mihi prauom inéptum absurdum atque álienum a uitá mea
Vidétur: si uos tánto opere istuc uóltis, fiat. AE. Béne facis.
Meritó te amo. DE. Verúm quid? *quid* ego dícam, hoc cum fit quód uolo?
Quid núnc, quod restat? Hégio est his cognatus próxumus,

15 sexagensimo **BP** sexagesimo C^2**DEFG** (sexagesimum C^1) 17 promisisti **BCDEFGP** lagitor **C** 18 age, a *a corr.*, **D** hoc non **BCEFP** 19 m. ne grauare **G** 20 D. non—exorem **G** prolixe, lixe *a corr. in ras.*, **E** 21 prauom **D** *In* **FP** *uersus exit in* Videtur *In* **A** *conspicitur* MEA 22 tantopere **DEG** tantū opere **F** 23 *Ante* Merito *spatium notae personae sufficiens habet* **C** amo te (B?) **CEFP** DE. uerum quid ego dicam **BCEFP** B. uerum ego Quid dicam **D** (*in quo a* Quid *inde manus scribae alia est*) D. Verū ego || qd dicā **G** quid *geminauit Muretus* cǫm fit **C** cum *om.* **G** 24 nc̄ qd̄ **G** ||quid nunc qd̄ **D** heio **BC**, *corr.* B^2C^2 est is **BC** *Bentleius hos duos uersus ita scripsit*

D. Merito tuo te amo. uerum. M. quid? D. ego dicam, hoc cum fit quod uolo.
M. Quid nunc? quid restat? D. Hegio hic est his cognatus proxumus.

16. Arusian. p. 214 „idne—mihi." 17. Diomed. p. 339 „de te—puer." 19. Donatus: Ne grauere] Ne te difficilem praebeas. 21. Arusian. p. 213 „alienum a uita mea." 23. Donatus: hoc confit (quō fit *Ed. pr.*) quod uolo] Perficitur quod uolo. — Idem in Andr. I 1, 140. confore] Ab eo quod est confit (confidit *Par.*) .. sic in A. „uerum quid ego dicam? hoc confit (confidit *Par.*) quod uolo." — Placid. Gloss. ap. Mai. Class. Auct. VI p. 558: ‚Confieri' pro ‚fieri' adiecta praepositione. hoc Virgilius. Terentius uero „hoc confit quod uolo" et „spero [confore"]. 24. Donatus: quid restat?]

Digitized by Google

Adfinis nobis, paúper: bene nos áliquid facere illí decet.
MI. Quid fácere? DE. Agellist hic sub urbe paúlum quod locitás foras:
Huic démus qui fruátur. MI. Paulum id aútemst? DE. Si multúmst, tamen
Faciúndumst: pro patre huic est, bonus est, nóster est, recté datur.
Postrémo non meum illud uerbum fácio, quod tu, Mício,
Bene ét sapienter díxti dudum: 'útium commune ómniumst,
Quod nímium ad rem in senécta attenti súmus'. hanc maculam nós decet
Effúgere: dictumst uére et re ipsa fieri oportet. AE. Mí pater.
MI. Quid ístuc? dabitur quándoquidem hic uolt. DE. Gaúdeo.
Nunc míhi es germanus páriter animo et córpore.
Suó sibi gladio hunc iúgulo.

25 Affinis **BDG** bone **F** illi facere **P** facere illi **B** 26 B. sub urbe est hic agelli paululum **DG** paululum **BCEFP** foris $C^2DEF^2GP^2$ (foras C^1P^1 *cum* **B** feraſ F^1) 27 fruatur illo **E** paululum **BCDEFGP** etsi **DG** multum sit **BCEFP** tamen *om.* **BCFP** 28 Facundum **F** 29 nunc *Palmerius, Bentleii Regius* non **BCDEFGP** illud *ex* illu **F** illud *inter lineas* **B** 30 commune est omnium **D** est *om.* **G** 31 adtenti **P** 32 Effugere *in marg.* **D** et dictum est **DG** uere *om.* **P** ipsa re **BCEFP** AES. mi pater *suo loco habet* **F**, *in exitum sequentis uersus post* uolt *delapsum est in* **BCDEGP** 33 *A.* gaudeo quid **D** quidem quando **BCEFP** gaudeo (gaudio **G**), *omissa Demeae nota in* **BDEG**, *post sequentem uersum* (corpore) *positum est in* **BCEFGP**, *ita ut ab ea uoce incipiat us.* 35 *in* **FP**, *nec non repetitum eo loco in* **D** *Versus* 34 Nunc — corpore *in* **CFP** *a recentiore manu additus est.* **B**. nunc tu germanus, *Demeae nota a corr.*, **D** MI. nc̄ tu mi es **G** Nc̄ tu es michi **BC** (mihi **B**) Nunc tu michi es **EF** et animo **BCDEFGP** 35 *Inter* gaudeo *et* suo *spatium tribus litteris sufficiens habet* **D** et suo **P** iugula **G**

Pro ‚quid sequitur'? 26. Donatus: quod locitas foras] „Foras" dixit locum pro persona ponens, quasi diceret ‚nescio cui alieno' ... aut si „foris." ‚foris posito,' id est alieno. — Arusian. p. 245 Locatus fundus foris. T. A. „agelli paululum quod locitas foris." — Lex. Maii p. 316 „paululum quod locitas foris." — agelli est hic sub urbe paullum quod locitas foras: Eugraph. in lemm. — sub urbe est agelli paululum: Donat. in lemm. 27. Arusian. p. 230 „Huic—fruatur." 29. non: Donat. *bis* in lemm. — Idem in Andr. I 1, 18 „non meum—in senecta a. s." (30. ac sapienter *et om.* est). 35. Prisc. II p. 319 „Suo—iugulo." — Idem II p. 172 „Suo sibi hunc gladio iugulo."

Digitized by Google

SY. Factumst quód iussisti, Démea. V 9
DE. Frúgi homo's. ergo édepol hodie meá quidem sententia
Iúdico Syrum fieri esse aequom líberum. MI. Istunc líberum? 960
Quód nam ob factum? DE. Múlta. SY. O noster Démea,
edepol uír bonu's:
Égo istos uobis úsque a pueris cúraui ambos sédulo,
Dócui, monui, béne praecepi sémper quae potui ómnia.
DE. Rés apparet: ét quidem porro haec, óbsonare cúm fide,
Scórtum adducere, ápparare dé die conuiuium, 965
Nón mediocris hóminis haec sunt ófficia. SY. O lepidúm
caput.
DE. Póstremo hodie in psáltria hac emúnda hic adiutór fuit,

V 9 *Continuatur haec scaena sine interstitio in* DG: *neque fuit noua scaena in* A SYRVS SERVVS DEMEA EIDEM AESCHINVS MICIO C SYRVS DEMEA MICIO AESCHINVS EF SYRVS DEMEA SERVVS EIDEM P, *in quo quidem etiam Aeschinus et Micio picti sunt, ut in* CF 1 iusti DEG 2 ergo *ex* ego *in marg. a corr.* D ego *ex* ergo F ego G 3 liberum aequum DG iftuc G 4 *In* A *reliquum est* (bo)NUS es *om.* C¹FP, *add.* C² 5 usque ||a F curauǫ F 6 mo||ui F 7 aparet *in ras.* D *In margine codicis* A *Demeae nota A a corr. rec. addita est: uersui* 9 *demum praefixa est a pr. m.* 8 adducere C ǫbducere F apparere F¹G 9 funt hęc G capuḍ C 10 *In* A *nota A superest* istac BCEFP hęc G

V 9 1. iussisti: Donat. in lemm. 2. ego: Donat. in lemm. 3. Iudico Syrum fieri liberum: Donat. in lemm. 4. Seru. in Aen. I 233 „Quodnam ob factum." — Prisc. II p. 2 „o noster Demea." 5. Charis. p. 119. Ambos T. in A. „usque—sedulo" .. idque HELENIUS ACRON sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputauit Verriumque dicit errare qui putat ‚hos ambo' dici debere. — Idem p. 192 Viderit .. HELENIUS ACRON commentariis quos Adelphis Terenti non indiligenter attulit quid altioris causae reiue perspexerit. nam ita disserit: „ut ‚falso,' inquit, et ‚consulto,' ita ‚sedulo' dictitatum: nisi forte ‚sine dolo.'" putat esse ‚sedulo' nec cum industria, uel ideo cum industria, cum sit utique diuersum. nec enim conuenit ei cui puerorum ineunte uita salus credita est retexenti curam sollicitudinemue quam ceperat „ego ‚uos' usque – ambos ‚sedulo," quasi ei de satisfactione criminis dolique certandum esset ac non prae se ferendum de ostentatione meritorum. — Idem p. 219: „Sedulo" HELENIUS ACRON in Adelphis Terenti „ut ‚falso' inquit et ‚consulto,' nisi forte hic non (nomen *Keil*) est ‚sine dolo' „usque—sedulo." quamquam sit ‚sine dolo,' per se tamen ‚sedulo' sic utique est ut ‚falso.' 7. Donatus: Res apparet] Mire irridet Demea. 8. Arusian. p. 226 „apparare de die conuiuium." 9. Seru. in Aen. I 399 „o lepidum caput." 10. istac: Donat. in lemm.

Digitized by Google

Híc curauit: pródesse aequomst: álii meliorés erunt:
Dénique hic uolt fieri. MI. Vin tu hoc fieri? AE. Cupio.
MI. Sí quidem
Tú uis: Syre, eho accéde huc ad me: líber esto. SY. Béne facis:
Ómnibus gratiam hábeo, et seorsum tíbi praeterea, Démea.
DE. Gaúdeo. AE. Et ego. SY. Crédo: utinam hoc perpétuom fiat gaúdium,
Phrýgiam ut uxorém meam una mécum uideam líberam.
DE. Óptumam quidem múlierem. SY. Et quidem tuó nepoti huius fílio
Hódie prima mámmam dedit haec. DE. Hércle uero sério,
Síquidem prima dédit, haud dubiumst quín emitti aequóm siet.
MI. Ób eam rem? DE. Ob eam: póstremo a me argéntum quantist súmito.
SY. Dí tibi, Demea, ómnes semper ómnia optata ófferant.
MI. Sýre, processisti hódie pulchre. DE. Síquidem porro, Mício,
Tú tuom officium fácies, atque huic áliquid paulum praé manu
Déderis, unde utátur: reddet tíbi cito. MI. Istoc uílius.
AE. Frúgi homost. SY. Reddam hércle, da modo. AE. Áge, pater. MI. Post cónsulam.

11 p^{d}esse D, *corr.* D^{2} er^{u}ant G 12 hiṇc F *In* G uin—fieri *continuantur Demeae In* FP *uersus exit in* Tu uis 13 hoc uoltis D^{1}G^{1}, tu uis D^{2}G^{2} *cum rell.* Sire F eho ſyre DG ꝑeo C e^{h}o FP 15 hoc ^{utinā} G 16 Phrigiā G frigiam BC^{2}EFP (fugiam C^{1}) una mecum *ex* unam eccum C^{2} mecum *in ras.* D mecum *om.* E 17 Obtumā F 18 Hoc̣die prim^{m}āammam C primam mammam BDF 19 primo *ex* prima F primam E haut P 20 DE. ob eam rem E 21 Demea oro omnes E omnia omnes semper *Bentleius* 22 pulcre G 23 Tu *om.* G paululum BCEFGP (*om.* D) p̄ manu, u *in ras.*, D paululū $^{modo\ at\ p}$ p̄ ^{manū} manu G, *corr. schol.* *Ab initio us.* 25. 26. 27 *in* A *supersunt notae* Δ. Α. Β 25 Frui D dadomo G

13. Syre accede: Donat. in lemm. 14. Cledon. p. 1924 „seorsum Demea." 18. primā: Donati *Ed. pr.* primam: Eugraph. 21. omnes semper omnia: Donat. in lemm. 22. Querol. p. 37 Par. „processisti hodie pulchre."

Digitized by Google

DE. Fáciet. SY. O uir óptume. AE. O patér mi festiuíssume.
MI. Quíd istuc? quae res tám repente móres mutauít tuos?
Quód prolubium? quaé istaec subitast lárgitas? DE. Dicám tibi:
Vt id ostenderém, quod te isti fácilem et festiuóm putant,
Íd non fieri ex uéra uita néque adeo ex aequo ét bono,
Séd ex adsentando índulgendo et lárgiendo, Mício.
Núnc adeo si ob eám rem uobis méa uita inuisa, Aéschine, est,
Quía non iusta iniústa prorsus ómnia omnino óbsequor,
Míssa facio: effúndite, emite, fácite quod uobís lubet.
Séd si id uoltis pótius, quae uos própter adulescéntiam
Mínus uidetis, mágis inpense cúpitis, consulitís parum,
Haéc reprehendere ét corrigere me ét secundare ín loco:
Écce me, qui id fáciam uobis. AE. Tíbi, pater, permíttimus:

26 Facies B Faciet C o mi pater BCFP mi pater (*om.* o) E 27 istęc F 28 proluuium BC²DG iſtaec G ista||| D ista BCEFP 29 festiuǫm D, *corr.* D² 30 id non fieri *in ras.* D 31 assentando DE aſſetando F 32 haefchine G 33 Quod F iusta iniusta C¹P ista iniusta BC²DEFG sequor D ſequor G 34 emi|te D aemite G uobis *om.* G 35 si uultis D ſi uoltiſ G 36 impensę D 37 corrigere G secundare *Donatus* obsecundare BCDEFGP 38 quid faciam D qd faciā G quid faciam F

28. Non. p. 373 Proluuium profusio. T. in A. „quod proluuium haec subita largitas.“ — Idem p. 493 „quod proluuium? quae istahaec subita est largitas.“ — Seru. in Aen. III 217 Aliquando ‚proluuies' sola effusio. T. „Quod proluuium? quae haec est subita largitas.“ — Lex. Maii p. 362 Proluuium aquae inundatio, quod etiam pro cuiuslibet rei effusione dicitur. T. in A. „quae est ista tam subita largitas? quod proluuium.“ — ‚profluuium' Eugraph. in lemm. — Donatus „Proluuium“] quod graeci *προθυμίαν* (*om. Ed. pr.*) id est promtus animus ad largiendum. 29—31. Donat. in Eun. II 2, 20 „quod te isti—bono Sed ex indulgendo uel assentando et largiendo.“ 33. Donatus: „iusta iniusta“ (ita iusta *Ed. pr.*)] Prouerbiales sunt huius modi elocutiones, ut ‚fanda nefanda' ‚digna indigna' ‚uelis nolis' ‚fas nefas.' — iusta iniusta: Eugraph. 37. obsecundare: Eugraph. — Donatus: et corrigere et obsecundare] .. qui corrigit, non ilico ‚secundat'... alii „secundare“ ‚obsequi' dictum putant ... „obsecundare“ uel in melius conuertere uel obsequi intelligimus.

Digitized by Google

Plús scis quid opus fáctost. sed de frátre quid fiét? DE.
Sino
40 Hábeat: in istac fínem faciat. MI. Ístuc recte. ω. Plaúdite.

39 facto s|t (est) D sino F² *in ras.* 40 habeā G faciat. istud D AES. istuc recte BCFP (istac (v) F) ES. iſtud recte G AES. recte E ω. plaudite BCEFGP plaudite (*om.* ω) D. *Tum* calliopius recensui C²EFP calliopio (us) recensui DG

TERENTII AFRI ADHELPHOE EXPLICIT B
INCIPIT HECYRA

TERENTI AFRI ADELPOE EXPLICIT
FELICITER C
INCIPIT HECYRA

P. TERENTI AFRI
ADELPHOE EXPLICVIT D
INCIPIT EIVSDEM EVNVCHVS
FELICITER ARGVMENTVM

TERENCII AFRI ADELFOS EXPLICIT INCIPIT ECHIRA E

TERENTI AFRI ADELPHOS EXPLICIT. INCIPIT F
HECHIRA FELICITER

P. TEREN(TII A)FRI ADELPHOE EXPLICVIT. INCIPIT EIVSDĒ EVNVCHVS
FE|LIC(ITER) G

TERENTI AFRI ADELPHOE
EXPLICIT P
INCIPIT HECYRA FELICITER

39. facto opus: Eugraph. in lemm. 40. Donatus: istuc recte] Bene et Micio non discessit de proposito suo. — Eugraph. . . Micio . . dixit „istuc recte."

ASHMOLEAN MUSEUM
LIBRARY OF CLASSICAL LITERATURE
OXFORD

Berolini apud Weidmannos (I. Reimer)

Lipsiae typis J. B. Hirschfeld.

12

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google